Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Manuscripta Rhenaugiensia - Cod. St. Blasien 33 bis 37

[Pars II] - St. Blasien 34

Hohenbaum van der Meer, Moritz

[Südschwarzwald, St. Blasien], [1769/1770]

Millenarium Rhenaugiense, bis 1499 reichend

urn:nbn:de:bsz:31-46477

Visual Library

IX

Frontispicium

Ectypon est ex libro Evang. Sæculi Decimi. Ms. 17.

Millenarij
Rhenaugiensis

Sæculum II. III. IV. et V. ab Anno Christi

C M.

usque ad annum

M CCC.

adijciuntur ad Calcem
Sigilla antiquiora et nobiliora.
Archivij nostri
opera et manu

F. Mauritij Hochenbaum
van der Meer. p. t. Prioris
Anno 1769.

BIBLIOTHECA MONASTERII

I

Ps 116: Evang: Sacut Cecini Nro. 17

XII

HOF-BIBLIOTHEK KARLSRUHE

Monendum iterum Lectorem putavi, ne omnia jam certa et expedita in hisce Saeculis à me expectet, monumenta enim, ut in plerisque antiquis, pauca supersunt, quod praecipue contingit, ubi Chartularium nostrum desinit, nimirum post initium Seculi duodecimi, usque ad finem decimi tertij. Quapropter tunc Chartas in margine designare coepi, secundum numeros Codicis Diplomatici, quem jam derelinqui curo. quod si aliquando nota numeralis desit, facile ibi poterit inveniri, cum Chartae omnes secundum annorum seriem distributae sint. Caeterum animadvertit Clarissimus Schoepflinus ad initium Suae Historiae Zaringo-Badensis, probe distinguendos esse Historicae veritatis gradus, ne certa cum verisimilibus confunduntur. Ad verisimilia certe saepius mihi confugiendum fuit, ubi certa defecerunt, ita tamen, ut ea pro certis nolim obtrudere. T. I. fol. 8.

Sed neque panegyrin Majorum nostrorum à me quisquam exigat, qui bene cum Cicerone norim, primum Historici munus esse, ut non solum nihil veri taceat, sed ut etiam male facta prodere non erubescat, quantum scilicet Philosophia Christi permittit.

Conspectum generalem Historiae nostrae, si à me poscas, videbis, prospera adversis ita fuisse intermixta, ut vix Seculum aliquod effluxerit, quo non Majoribus nostris cum extremis malis fuerit conflictandum. Saeculo primo Superiori vidimus, vix Monasterium à Fundatoribus constructum, jam pene extirpatum ab hominibus inimicis fuisse. Saeculo secundo, seu Christi X. videbis, inundatione Hungarorum tenebris fuisse demersum; Saeculo XI. ab Henrico IV. exagitatum: Saeculo XII. à Lenzburgensibus Comitibus irreparabili damno oppressum: Saeculo XIII. ex altera parte à Krenkingensibus Dynastis occupatum. Nec deinceps securiora tibi tempora promittas, ut enim Saeculo XIV. Sub Hussiacis advocatis nulla fuisse memorantur in Archivio nostro, Saeculo tamen insequente XV. Sulzenses Comites ferocia nihil aut parum Superioribus posteaculoribus cessisse videntur.

Præfatio.

videntur Seculo XVI. qualiter ab Hæreticis, ejectis Monachis, vastatum fuerit Monasterium nostrum, notius est, quam ut opus necessum sit. Recruduit eadem clades Seculo XVII. proxime elapso, gliscente inter Helvetios bello. Quæ demum præsenti Seculo XVIII. instent mala, si præterita non sufficiant, Deus novit, et benignus avertat. Dispositit sanè providentissimum Numen idcirco Monasterij nostri, ut ne nimium in secularem potentiam, atque adeo in fastum excrescere potuerit, neque tamen omninò malis succumberet, sed justa in mediocritate jugiter conservaretur; cum alioquin à proportione Suæ fundationis facile illustrissima hodie Monasteria antecellere potuissent.

Non adeo subjecta vicissitudini Disciplina Regularis, ut temporalis substantia fuit; etenim fervor primævus nondum barbarica vastatione extinctus erat, ut non ad Seculum usque undecimum perduraret; quo ad finem vergente novis stimulis per reformationem Hirsaugiensem accedentibus, vel inter Advocatorum persecutiones Seculo XII. pulchrius enituit. Sed quod Lenzburgenses non poterant, efficere Krenkingenses in ipsum Laurentum illata peste, ut jam Seculo XIII. aliam prorsus faciem Disciplina assumeret: quamvis id non tam privato nostrorum vitio, quam universæ ordinis Monastici corruptelæ adscribendum esse, ex Trithemio constet, qui ad annum 1215. sequentia scribit: Sicut in Monachis fervor S. Conversationis illo tempore omnino sequebat, ita illis nullum divinarum Scripturarum studium sapiebat, unde propter nimiam illius temporis Monachorum ignaviam, nihil aut parum litteris invenitur commendatum, quod nobis ad perfectionem Historiæ nostræ queat conducere. Sed compellimur necessariò Hirsaugiensium opus gestis alienis per seriem complurium annorum, donec reformatio veniat, ornare. Hucusque apposite in rem meam Trithemius. Sane ob defectum propriorum documentorum ex alijs vicinis

chron. fuld. Hirs. f. 578.

factis

sacris nostra conijcere vbeunque compellimur. Non tamen omnino otiosos nostrates fuisse, tot Mss. ad Diuinum saltem opus pertinentia demonstrant. Porro reformatio illa Burcfeldensis, quæ ad Seculum XV. Trithemium solabatur, nobis tamen, licet conaretur, nondum profuit.

De Sigillis, quæ ad Calcem addidi, no gratis id factum quis putet, pauca monebo. Rarissima, & antiquissima quædam sunt, quæ tenebris obvolvi non debent. Sane tria, Ludovici Germanici, S. Heinrici, Ottonum, præcipuè IV. obvia non sunt. Austriaca quædam, Herrgottus ex nostro Archivio digna censuit, quæ delineari curaret, operi suo genealogico inferenda.

Progressus Sigillorum ex istis exemplis videri potest. antiquitus enim Supremi duntaxat Principes Sigilla habebant, nec alia, quam illorum Capitibus signata, mox exhibebatur pectus, deinde umbilicus, postremo corpus integrum. Abbatum nostrorum Sigilla hanc retinuêre formam, cum Seculares jam Simbola imaginibus substituerent gentilitia primum Seculo XIIII. comparent ad pedes, donec exspirante Sequenti Seculo etiam ipsi meris Simbolis uterentur. Capituli Signum Betma virgo erat, cujus originale adhuc sub tribus clavibus conservatur jam quinque Seculis antiquius. Salmo pro Simbolo Mnrij primum Seculo XIV. ad finem reperitur assumptus, proindeque pisces Civitatis Rhenaugiensis vetustior est. Cera primum plerumque cum sit mixta, mox pura, denique Seculo XV. rubra.

Unum adhuc Lectorem precor, confusionem quamdam in Historiæ hujus descriptione benigne excusare velit; dum enim materias separo, necesse est, ab tempore recentiori sæpe redeatur ad præteritum, quod nauseam quamdam excitare potest. Verum meminerit, me non tam oblectamentum, quam accuratam rerum indaginem prosine in hac Lucubratione habuisse; unde necesse erat, singula seorsim perscrutari. Facile poteris, erudite Confrater! jam ordine Chronologico ad oblectandum, si placet, res ipsas disponere. Vale.

Caput I.

Sæculum Rhenoviense II. Christi X. ab Anno 900 usque 1000.

Caput I.

Eversio secunda Monasterij, eiusque separatio.

Ad initium huius Seculi nihil occurrit memorabile, praeter quandam cõmutationem, quæ facta est año 912. XXV. inter Rupertum Abbatem et Fabonem, qui bona sua à Wolvino in pago Cleggove in villa Hasela quondam accepta Mnrio restituit, et in vicem eorum alia accepit, in villa haud procul dissita, quæ dicitur ostrolvingen. Haselam cum alijs villis Cleggovie Ludovicus Rex Germaniæ Mnrio año 870. donaverat: credibile est. ergo, Wolvenum Restauratorem nostrum quædam bona ibi sita posterioribus annis Faboni tradidisse in beneficium seu feudum, cum Fabo Wolvenum, Senioremsuum, id est, Dominum seu Patronum in hac Charta nominet; illud etiam quod Fabo per hoc concambium accepit in ostersingen, derivatur pariter ex donatione eiusdem Ludovici, quamvis postea, nempe Seculo XII. Mnrium à Berchtoldo de Flacho alia bona in eadem villa obtinuerit. Cæterum per medium Sæculum cessant Chartæ, et subintrat Cellona. inquieta enim cuncta hoc tempore in vicinia nostra fuerunt. Nam primo Eckanger et Berchtold Suevie Comites, ex posteris Ruthardi Fundatorum nostrorum Satoris, Salomonem Episcopum Constantiensem ob villam Chronicon Stamheim, quæ primum Rhenaugiæ, deinde S. Gallo Reginon. donata fuerat, persequuntur, et año 914. in eodem loco, haud procul à Rhenaugia dissito, captum, in arce Duellensi includant, ea propter triennio post à Conrado Cæsare capitis damnati. Deinde Burchardus Dux Suevie año 919. teste Herrmanno contracto apud Vitodurum Rudolphum Regem Burgundiæ acie

fol. 357. subegit: quam aquam Crusius eamdem victoriam ipsi Regi

Henrico

Henrico aucupi adannum 920. attribuat. Isti vero tumultus bellici in confiniis nostris sine perturbatione Mnrij accidere haud poterant.

Quod verè Caput est, Hungari paulo post totam Regionem igni ferroq; vastarunt. Extat in quodam Ms. nostro dissertatio non inelegans eodem Sæculo decimo, ab authore nondum comperto exarata, qua docetur, nomen Hungari non à Hog et Magog, ut multi tunc credebant, sed à fame derivari, quod scilicet famem teutonicis Lm Hungr, quocunque pervenissent, zelin quant. Mabillonius adannum 962. fol. 558. meminit huius Epistolæ, eamq; attribuit cuidam Abbati S. germani de monte falconis: mirum! Si Halus derivationem teutonicam adoptavit. Econtra witichindus apud Reuberum * refert: Scytarum populum Hungaros, à quodam eorum Duce sic dictos. ab Hunnis, et hos à gotis originem trahere; certum est, hos ad finem Sæculi præcedentis ab Arnolfo Imperatore contra *Bohemiæ Ducem adscitos, acerrimos totius Imperij hostes per medium Sæculum exstitisse. Nam anno 903. vastant Longobardiam, 907. Bavariam, 908. Saxoniam, et Thuringiam, 909. Alemanniam, 915. Fuldam usque pervenère, 917. Basilea incensa alsatiam depopulantur, 925 orientalem Franciam adoriuntar, aut cæteras invasiones sileam; donec tandem ab Ottone Magno assistente S. Udalrico apud Augustam anno 955. ad internecionem deleti sunt: quæ omnia ex Reginonis Chronico, aliisq; coævis authoribus constat: ijdem cum Hermanno testantur, Martyrium S. Wiboradæ apud S. Gallum præ- dicto anno 925. contigisse; unde Constantia frustra obsessa totum Rheni tractum Basileam usque vastarunt: qua procella necesse fuit, nostram quoq; Insulam in ipso Rheno sitam penitus fuisse absorptam. Silent quidem acta nostra, sed ipsum Silentium satis alte ruinam, de- nullo documento usq; ad annum 963. relicto. Wurstisius apposite loquitur: [illegible]

CII.

* fol. 7.

a. Sub Engilb. to Abbate et Conrado Im[illegible]cta, scribit E. Kaedus jun. a[illegible] d Goldast.

fol. 85. Chron. Basil. mänigliche mit Pfeil, Bogen zu Ihsu gesagt. x

Audiamus Cæ. Ekhardum Iuniorem de suo S. galli Mnrio hanc tragadiam exhibentem, qualem in nostro quoq; accidisse judicare possumus: ait ergò: Ungri auditis tempestatibus regni, Noricos rapidi invadunt, et vastant, Augustam diu obsessa precibus vedalrici Epi, repulsi, alemañiam omine vetante turmatim pervadunt; exgit deinde narrando, qualiter Engilhardus abbas San-gallensis armatis fratribus ad sacrum securitatem arcem ad Flurium Sindriam, postea Clax, et Abbatis Cella, Ieste goldaste dictam, tumultuario opere excitari, munirique fecerit, in quam irruentibus jam prope Barbaris, cum thesauro Ecclesiæ omnibusq; Monachis, unico excepto fratre, qui ob corium ad consuendos calceos sibi denegatum fugere nolebat, se contulerit, senibus et infantibus Wassor-bungi inclusis. Posteà Barbaros adventantes his verbis describit: ingruunt tandem pharetrati illi, pilis minacibus et speculis asperi, locum omnem persultant ur-soricibi, nulli sexui aut ætati, certum est, misereri: quibus subiungit totum ædificium fuisse incendere molitos crematis valvarum postis, licet divina protegente manu, indendium relictis, tumi vestigijs illico subsederit. memorata subinde S. Wiboradæ passione, ait, Hungaros incensis ad S. gallum domibus, viam, quæ Constantiam ducit, abijsse: Tunc, inquit, villas proximas incurrentes investigant, et rapiunt, cunctaq; quæ præterent, ædificia exurunt. Constantia quidem intus armis defensa, foris vero muros fuisse crematos. Augiam subductis navibus perstitisse incolumem, in quam San-gallenses Codices suos servandos intulerant, quamvis queratur, non integrum eorumdem numerum fuisse restitutum. Ne tamen, eandem fortunam Insulæ nostræ fuisse, quis putet, scribit, Hungaros Renum ora igne cædibusque pervadentes devolutos ad Sechingensem S. Crucis locum

in notis

ex utraque

ex utraq; ~~parte~~ Rheni ripa constitisse, pontem navi-
-bus jungturi, nisi quidam vir strenuus Airminger de
suis eos, qui ex Sechingensi parte erant, subito invasisset
trucidatis plerisq; præter eos, qui Rhenum fuga trans-
-nataverant. Extremo navibus inquit, ungri de Schwar-
-zwalde multis paratis in alsatiam ipsi priores suas
Legiones transponunt, qua vastata et cremata Hoch-
feldi montem juxtaq; Sylvam festinanter transeuntes
Vesontium veniunt. Finita tandem, eodem resciente
fuit Tragoedia per Conradum Regem Burgundiæ,
dum Saracenos ex altera parte Regnum infestantes
opportune contra Hungaros concitavit, quibus mutua
cæde se necantibus, ipse superveniens utrosque de-
-levit.

Ex præsenti C. Khardi descriptione de Mnrij nostri fato dubi-
tare non licet, quis enim credat, Hungaros hac in via per
Rheni lactum transeuntes, et Mnrijs specialiter inhiantes,
Coenobium tam insigne intactum reliquisse? à Constantia
certè Sechingam usq; cia igne cædibusq; pervaserant,
proximas quasq; villas investigantes, nec Rhenaugiam
in medio sitam poterant præterire, quippe non alia via
usi, præter eam, quam Rheni defluxus demonstrabat.
Nec naves in Rheno, deste C. Karde, ipsis deerant, quas in
lacu augienses subduxerant, quin imo nostrum Mnrium
huic tempestati omninò succubuisse ex tam tali silentio ar-
gui posset, nisi ex sequentibus chartis constaret, Monachos
jugiter fuisse superstites. Sane Diplomata, charta, et
Codices non solum superioris sæculi, sed etiam ad initium
præsentis certò conscripti demonstrant, eosdem cum rebus
pretiosis sacrisq; Reliquijs fuisse in loco tuto conservatos,
quod ad exemplum aliorum Monachorum nostri quoque
Monachi indubiè fecerunt, nam et frequens Barbarorum
excidius ea monebat, nec ignorabant, eos locis dudum non
immorari. Credibile est ergo, Rhenaugienses fuga dilapsos
post liminio redijsse, et fortè cum Ruperto Abbate adhuc
superstite ruinas reparare molitos, quo tamen Abbate
defuncto rebus ferme desperatis Monachi nostri S. Conradi

tunc Episcopi

tunc Epi, et Fundatorum nostrorum propin qui, utpote
veveni Restauratoris nostri nepotis, aut pronepotis au-
xilium implorauerint, qui omnem industriam suã impendit,
ut Mnrium denuo restitueret. Fuit S. Conradus in Epum
creatus anno 934. quando vero Mnrium nrum regendum
susceperit, non constat: certum est, anno 963. administrato-
rem nostrum fuisse, ut patet ex donatione Thoetonis, qui
in favorem nepotis sui Wisperti monachi ad mensam fra-
XXVII. trum quoddam prædium cum insigni annua pensione in
Trullikhova donavit coram præsentia Domini Chonradi Epi
cum consensu Monachorum. Et hic Thoeto est unicus hujus
Sæculi benefactor, cuius memoria ad nos devenit ideoqs
eò pluris æstimandus. Iam S. Conradum potius Restau-
ratorem secundum convenit appellare. Circa hæc tempora
S. Udalricus S. Conradi, ac Fundatorum nostrorum cognatus,
eundem S. Epum in vicino castro Louſen, forte adhuc Mnrio
nostro subjecto, convenit, ubi animas piaculares suis Sacri-
ficijs liberasse perhibentur: nec dubium, quin vicini nos-
tri Mnrij meminerint, et fortasse ipsi invixerint, certe pius-
sima consilia de restaurando penitus Coenobio contulerint.
Fuit anno 1230. atrigs huic Sancto Specialis quædam Eccle-
LVII. f. 321. sia in Insula nostra erecta, atqs à Conrado altero Epo
Constantiensi dedicata, ex quo constat, eos ut Speciales Mnrij
nostri Patronos singulari honore cultos fuisse, quorum festa,
vix facta Canonizatione in omnibus Calendarijs nostris me-
morantur. Ut autem restauratio à S. Conrado facta firmiter
consisteret, idem S. amplissimam facultatum ac privilegiorum con-
firmationem ab Ottone Magno ano 972. obtinuit. Sic enim Im-
XXVI. perator ipse testatur: Venerabilis Constantiensis Ecclesiæ Epus
Chuonradus nostram imploravit Serenitatem ... cujus petitioni
assensum præbentes, simulqs piorum constituta super immunitatem
Sancti Loci perpendentes, præcipimus et statuimus, ut præscriptum
Cœnobium ea immunitate subsistat, sicut Cartarum textus eidem
Loco conscriptarum enumerat etc. Et opportunè occurrit, quod Sige-
bertus Gemblacensis ad annum 960. de Ottone Magno scribit,
et Restaurationi Mnrij nostri apprimè convenit: Hoc tempore per
industriam Ottonis Imperatoris meliorato Imperij et Ecclesiæ statu
multa Mnria et Coenobia ad laudem Dei et honorem Sanctorum aut
restaurantur ut ampliantur, aut ædificantur. Ego hoc Diplomate
contentus S. Conradus, cum Otto Magnus paulo post discessisset, ab ejus
XXVII. filio et Succes[sore] Ottone II. ano 974. Similem immunitatem confirma-
tionem impetra[vit], quæ ferme ijsdem verbis concepta est. Sigillum
vide ad Calcem hujus Tomi Tab. I. et II.

Caput II.

Caput II.

Advocati Monasterij Sæculo Secundo.

Eamdem distinctionem, quam in priori Sæculo assignavimus ulterius retinentes, Advocatos primum Supremos Mnrij nostri, deinde minores, seu ordinarios adscribemus. Hago Ludovicum dictum Infantem Arnolfi filium, eiusqs in regno Franciæ Orientalis anno 900. Successorem, æquum est credere, fuisse Supremum Mnrij Rhenaugiensis Tutelarem, ejus namqs mentio fit in Ms. quodam Codice dicto S. Gregorij Sacramentario, ubi eius nomen sequentibus verbis exprimitur in Missa tempore Synodi pro Rege dicenda: Omnipotens sempiterne Deus, qui famulum tuum H. Ludovicum regni fastigio etc. item in alia oratione: Omnip. Semp. Deus cælestium terrestrium qs Moderator, qui famulum tuum H. Ludovicum etc. Hunc ergo, pro quo in divinis officijs preces fundebant, Supremum advocatum agnoscebant nostrates. XL. III. fol. 205.

Conradus Ludovico post decennium sicut in regno, sic in advocatia successit, cujus nomen Chartæ Tabonis adscriptum sic legitur: Anno ab Incarnatione Dni DCCCCXII. Regni Chuonradi Regis I. Anastasij vero II. Papæ I. mense octobri die veneris. Electus fuit Conradus ad finem anni ijj. eodemqs Anastasius tertius, non vero Secundus ut sæpe in his erat descriptor Chartularij. Hunc XXV.

Henricus auceps excepit anno 919. Rex Germaniæ, seu etiam Romanorum, licet coronam Imperij Romæ non acceperit, neqs ex critico illo tempore diploma aliquod vel charta eius nomine designata Supersit. Rex quidem Laudatissimus, Sed in vicinia nostra parum notus, nisi dum anno 920. Regem Burgundiæ prope Vitodurum acie subegit. Cui

Otto Magnus Successit anno 935. qui Supremam Advocatiam Suam sequentibus verbis dato Diplomate declarat: ut idem Mnrium cum personis sibi cohærentibus, terris quoqs cultis et incultis post Deum et Sanctos ejus nostro nostrorumqs Successorum municipatui subjectum, nullius Superioris aut inferioris personæ difficultate turbetur; igitur, ut prædictum est, sub nostræ tuitionis immunitate locus prænotatus subsistens ab omni etc. Datum est hoc Diploma anno ab Incarnatione 973. XV. Kal. Sept. id est, die 18.va augusti; ergo Otto non hoc, Sed sequenti anno, nonis Maij, id est, die 7ma ejusdem obijt, prout dum urspergensi XVI. hoc Diploma germanice refert Cangius T. I. fol. 374.

gensi, et Alberto Aradensi demonstrat Grusius, asserens aliud Diploma Epo Gurcensi, eodem die et anno, eodemqs loco, nempe Constantiæ datum. Sane cum ipse Bucelinus, alias contrariæ opinionis testetur, Ottonem anno 973. Constantiam venisse, id non poterat maturius contigisse, cum Otto celebraset Pascha Quintilieburgi, Ascensionem Merseburgi, et Pentecosten, quæ incidit in 10.a Maij, Milevij. Sic egregiè more suo defendit hanc Chronologiam taxin R. P. Geroldus, addens indictionem XV. non secundum computum Pontificium à Kalendis Januarij, Sed Cæsareum quæ Constantiniana dicitur, ab 8.vo Kalendas octobris seu à die 24. Septembris numerandam esse.

Ottonis II. Diplomate simili Advocatia super Monriu nostrum demonstratur, quo eadem Imperialis tuitio ijsdem pene verbis exprimitur. Datum est hoc Diploma non diu post mortem Patris, scilicet, ute Kalendas Julij anno 974. Indictione anno Regni XIII. Imperij VI. ubi anni regiminis desumuntur ab anno 967. quando Otto II. à Patre in Consortium regni admissus.

Referre hic juvat Diploma Ottonianum inter omnia primum, quod ostentant Patres-San-Blasiani, in quo libertas Cellæ albæ his verbis exprimitur: ab omni hominum potestate liberam scimus: quæ utique præcedentem subiectionem videntur supponere. Sed non conveniunt ipsi viri eruditissimi, utrum istud Diploma ab Ottone primo vel Secundo fuerit datum? adscribitur annus Incarnatis 963. Regni 26. cui sidendum, sine dubio illius author erit Otto Magnus, ut vult R. P. Hugo in sua diatriba: econtra R. P. Herrgottus substituere mavult Ottonem Secundum et annum 983. Nam suspicatur rasuram ac correctionem passum fuisse Diploma, ea valida ratione ductus, quod subscribatur Hildesoldus Epus et Cancellarius vice Willigisi archicancellarij, cum tamen constet, eo tempore, nimirum anno 963. Willigisum nondum fuisse vel archiepiscopum, vel archicancellarium, certe in nostris Diplomatibus utriusqs Ottonis subscribitur econtra Willigisus Cancellarius in vicem Rpti archinotarij. ex quibus totum Diploma San-Blasianum reditur suspectum; sive enim otto primus sive Secundus producatur, non videtur convenire cum Diplomatibus nostris, in quibus ijdem Imperatores confirmant, et ab omni difficultate

P. Herrgotto assentit. Schoepflinus Tom. 1. Hist. Zar. pag. 100.

etiam

etiam inferiorum tuentur Monasium nostrum, cum omnibus sibi cohærentibus terris cultis et incultis ad se juste donative, ac legaliter pertinentibus; qualis erat Cella Alba, à Sigimaro sub Confirmatione Ludovici Regis Rhenaugiæ donata. Probabilis quidem est conjectura, occasione vastationis Hungaricæ dismembratam fuisse Cellam illam, sed tamen hactenus nondum sufficienter demonstrata. Tota pendet ex demon- authoritate istius Diplomatis San-Blasiani; quod si authenticum est, negari vix potest, currente hoc Sæculo factam fuisse dictam Separationem, sive deinde sub Ottone I. sive II. viginti nimirum annis serius aut citius, parum refert.

Otto III. Secundi filius in Regimine et tutela Monasij subsecutus est anno 983. cuius Diploma extat datum Quintilburgi anno 995. quo mandat restituendum Monasio quidquid Episcopus Constantiensis Gebhardus de bonis illius hactenus usurpaverat. Res aliunde, quam ex hoc Diplomate competeta non est: fuisse autem possessionem amplissimam textus ipse demonstrare videtur; quomodo enim pro exigua terra portione necesse fuisset Quintilburgi Imperatorem adire? quomodo Supremos adhibere intercessores Mathildam Imperatoris amitam Quedlinburgensem Abbatissam, Willigisum archiepiscopum, primum Electorem Moguntiæ, et Hildibaldum Reverendissimum Præsulem Wormatiensem? certe ipsa hæc expressio omnem illam terram, quam Epus usurpative tenuit, tractum satis magnum prologuitur; maxime, cum Cæsar Archiepos, Epos, Duces et Comites ab illa arceat, et Bannum centum librarum auri optimi in contrafacientes decernat: ridiculum enim foret, prorsus modica tantam minarum copiam prosundere. Sed, quænam quæso illa terra fuit? forte Cella alba, quæ à Monasio separata, et postea ab Epis Constantiensibus infestata fuit, quamquam Jamnolfus medius inter S. Conradum, Sanctumque Gebhardum, Epus dedicavit? Sed hanc restitutam fuisse non constat. Forte Cynastia Lauffensis? quam S. Conradus invisit, et inter primævas Monasij Fundationes numerabatur; pariter nihil constat de restitutione: credibile nihilominus est, fuisse quædam bona, quæ prius Rhenaugiæ fundata, postea in Constantiensium Eporum potestatem venerunt, qualia fuerunt Stamhemium, Lottstetten, Rafft, Langwisen, Talheim, ubi defacto adhuc jurisdictionem exercent; licet enim restitutio

facta

Quintilij castra à tempore augusti dicta Schud. p. 1. f. 36. Sigillum VI. in fine.

facta non fuerit, aut minus constanter à Constantiensibus observata. Novum enim non est, præcepta Regia executione, aut effectu maxime contra potentiores caruisse. Existimat R. P. Geroldus, hanc usurpationem ab eo tempore fuisse derivatum, quando S. Conradus Monrij administrationem suscepit, cùmq; bona, quasi propria curavit, ac cum bonis Episcopatus quodammodo confudit: unde contingere poterat, ut restitutio ipso adminiculante Monrio, non statim omnia separata fuerint, maxime cum idem Sanctus paulo post nimirum anno 976. beata morte decesserit: quo propter ejus successor gaminelfus à monachis qui Wispertum elegerant abbatem, exclusus, et post eum S. gebhardus, quasdam possessiones nemine forte obsistente retinuerint, quousq; Not. Kerus abbas, S. gebhardo defuncto, ab ejus successore, Lamperto, Monacho quondam Petershusiano, coram Imperatore collatas possessiones repetijt. Otto III. regimen cum vita deposuit ano 1002

Advocati inferiores, seu ordinarij hoc integro Sæculo in chartis nostris, quorum defectus hoc tempore maximus, duo tantum memorantur, scilicet Hilderadus in commutatione Fabonis anno 912. et Engilboldus in donatione Theotonis
XXV. anno 963. Illum sic exprimit Fabo: cum Rectoribus Monrij quod dicitur Rinava, id est, cum Ruperto Abbate, eiusq; advocato Hilderado. Hunc vero hisce proloquitur Theoto: In præsentia populi, et idoneis testibus, et Engilboldo advocato. Cujus vero Sematis et conditionis fuerint? hactenus incompertum, maximè cum præsenti Sæculo nomina familiarum nondùm fuerint usitata: certum tamen est, fuisse Viros potentes in vicinia, quam conditionem requirunt Diplomata de Advocatis loquentia. Nec dubium, per integrum hoc Sæculum plures ejusmodi advocatos fuisse Substitutos, quorum tamen nomina ex defectu documentorum ignorantur.

Caput III.

Caput III.

Abbates Sæculi II.

VI. Rupertus.

Ad initium Sæculi hujus Rupertum Abbatem fuisse XXV.
Monij nostri constat ex Charta Jabonis data ano 912.
ubi refertur concambium factum cum Ruperto Abbate,
utig; Monio utile: cætera hujus Abbatis acta plane desunt,
unde conijcere licet, eum infausta illa tempora vastationis
Hungaricæ attigisse, quæ monumenta nobis omnia denegarut,
maxime cum ejus prædecessoris Gozberti II. regimen,
usqs ad primordia hujus Sæculi se se extendisse videa-
tur: certe anno 885. Sub Wichramo abbate Rupertus
nondum erat Monachus, cum ejus nomen in Cathalogo
San-gallensi desideretur; Supersunt tamen Homiliæ
Patrum, manu ipsius Ruperti Scriptæ, de quibus infra
in Ms. LI. Mirari hic fabit, quare idem ab annalistis
nostris alio nomine vocetur, Redepertus, cum in charta
superiori expresse vocetur Röpertus, vocali u, super o
posita, ut pronuntiari debeat secundum dialectum eo
ævo usitatam Ruopertus, aut Ruadpertus, id est, vel
Rupertus vel Ropertus, quæ eadem sunt nomina.
Similiter hallucinatur ille, qui putat, hunc abbatem
eundem esse, qui in columna quarta San-gallensi
ponitur quartus Ruadpoldus, quod Albam faminam
ad latus sitam habeat; neqs enim vel locus iste huic
abbati congruit.

VII. S. Conradus
Episcopus Constantiensis.

Hunc S. Antistitem Rhenaugiæ administratorem
fuisse supra vidimus, nec imerito proinde inter abba-
tes honoris nostri causa collocandus est, licet neqs
monachus, neqs abbas regularis revera fuerit. Ultimus
eodem jure, quo Campidonenses, qui S. Adalricum in-
ter abbates suos numerant, quod post crematum ab Hun-
garis Monsium omnem operam pro reparatione im-
penderit.

penderit. Sed nego alienum à moribus illius ævi fuit, quod Episcopi, et nominatim Constantienses, administratores et abbates Monasteriorum constituerentur: certe in Chartis et Diplomatibus hujus temporis mentio Solius S. Conradi sit ac monachorum, nullius vero abbatis Regularis, cujus nomen alias sine dubio fuisset insertum, nec opus fuisset novam facultatem pro eligendo Regulari abbate porquirere. acceptavit S. Conradus unacum monachis insignem donationem Theotonis, quæ singulariter in favorem Conventûs facta fuit, cùm bis in eadem Charta exprimatur: ad mensam monachorum, ad mensam fratrum; pro quibus proinde ille Sanctus præcipue paternam suam solicitudinem ostendit. Nego propria authoritate abbatiam usurpasse credendus est, quin potius à monachis expetitum fuisse, colligi potest ex eo, quod re egregiè restituta, in confirmationem privilegiorum generali, quam ab Ottone Magno, occasione novæ, dum Imperator anno 973. Constantiam adventasset, suo interventu impetravit, nominatim exprimi fecerit, liberam facultatem eligendi abbatem; secundum Regulam S. Benedicti abbatem inter se eligendi. Nego hoc contentus, decedente paulò post Ottone M. sequenti anno ab ejus successore simile Diploma obtinuit, ne scilicet ingravescente jam propria ætate alij Episcopi occasionem captarent. Murium usurpandi non potuit tamen præcavere, quin magna pars bonorum abijsdem retineretur. *

XXVI XXVII.

* Vere Monrij nostri. Restaurator Secundus quem titulum emeseri studuit, quod fundatorum nostrorum nepos exstiterit.

VIII. Wispertus.

S. Conradus anno 976. in cælum assumptus, seu potius ipso adhuc inter vivos agente, electus est à Fratribus in abbatem Wispertus jam monachus nominatus in Charta Theotonis anno 962. cujus erat nepos ex Trutkinhova. Is primus interpolatus fuit Catalogo San-gallensi sub nomine Wipract, id est, Wipraht, nam litteram c veteres cum sibilo efferebant, prout nos litteram S. pronuntiamus. Interpolatis porro illa in dicto Catalogo S. gallensi necessaria erat, cum Columnæ tres priores saltem, jam alijs nominibus repletæ essent, nec proinde Wipract usquam aliter

XXV.

adscribi

adscribi potuit, sed negs debuit, quam ad latus immediate sub Tingoldo monacho, qui primæva mana ultimus inter Rhenaugienses sub Wichramo erat conscriptus: diu tenere clavum Wispertas non potuit Benefactoris nepos, et ipse Benefactor, nam

IX. Sigehast.

Circa annum 980. renovata cum San-gallensibus confraternitate, prædecessorem suum eorum Catalogo inscribi fecit, post quem statim ipse his verbis notatus fuit: Sigehast Abba. quin et fratrum suorum, quamvis paucorum nomina inscribenda transmisit, quos tamen augere omni studio curavit, ut ex sequenti Cathalogo patebit. Decennio circiter in regimine transacto locum cessit.

X. Adalberto.

Cui circa annum 990. jam pedum gestabat, adscriptus eidem Cathalogo post columnam tertiam sub nomine Adalbract abba id est, adalbrast abbas. Idem abbas notatur in altero Ms. San-gallensi, seu Tabulis defunctorum: Adalbertus abbas de Rinowa, ad diem 26. aug. Brevissimum eius regimen insinuatur. cum nullus ex conventu ei adscribitur, cuius ratio esse poterat, quod primum sub eius successore sacerit notatus, qui se pariter cum integro conventu inscribi curavit. Nec solum breve, sed et inquietum et periculis plenum ejus regimen fuit: nam cum rustici census annuos Monasterijs ac nobilibus persolvere renuentes armis sumptis tumultuarentur, Nobiles econtra cum abbatibus, eos coercere satagebant. Vetum est ad pugnam supra locum, ubi postmodum Schafhusium excreverat, in qua Nobiles plurima suorum nece cruentam victoriam mercati sunt, inter quos noster quoqs Adalbertus abbas fuit. Eorum corpora cognatis ibi agentibus in sacello erecto et S. Petro dedicato honorifice sepulta: jam tunc Coco paradysi nomen coeptum imponi, quod crederent, in paradysum occisorum pro justitia animas susceptas fuisse: beneficium pro aliqno clerico sæculari adiunctum erat, donec elapsis circiter tribus sæculis in Monasterium S. Francisci seu S. Clarae puellare excrevit. Referunt hæc Stumpfius, Brusius, aliqs rerum germanicarum scriptores: Adalbertum vero nostrum tunc occubuisse testatur Chronicon Einsidlense, ubi dicitur:

ubi dicitur: miser abiliter, scilicet à rusticis occisus: me-
fol. 479. - monat quoq; Mabillonius tomo 4. anal. fol. 179. his verbis:
adelbertus Rhenaugiæ abbas miserabiliter occisus est
anno 990: ponit vir eruditus numerum rotundum cum
addere debuisset binarium: longius aberravit Bucelinus,
cum id scribit contigisse anno rotundo 900. nisi forte
sit mendum in impressis.
In Calendario quodam Ms. ad diem 26. augusti obitus
LXXIV. 2. adilberti abbatis hoc modo notatus: adilbertus c: v:
abbas Illi characteres multum negotij facessiverunt
diversis, quod indicare videantur, hunc abbatem fuisse
tantum Conversum: Sed non advertesunt puncta sub-
- strata, quibus scriptor se erasse fatetur; dum enim
multos cum hisce etiam notis Conversi adscribisset, per
- errorem easdem notas etiam huic apposuerat, sed cor-
- rexit vel doleoit per puncta, quod consuetum illa tem-
- pestate fuisse, plurimis exemplis ex nostris Mss. ostendi
potest. Verum cum hoc sæculo nullibi adhuc conver-
- sorum mentio occurrat, roboratus, errorem scriptoris quoad
illas notas subrepsisse.

XI. Not Kerus.

Statim interfecto adalberto Not Kerum fuisse electum
ex Diplomate Ottonis tertij dato anno 995. conijcitur, in
quo sequentibus nominatur: Cui Not Kerus Venerabilis
Abbas præesse videtur: is ipse enim erat, qui Episcopo
Constantiensi fortiter restitit, bona usurpata repetijt, gravis-
- simum Imperiale præceptum impetravit, ac utinam bona
ipsa obtinuisset. Hic abbas aliunde hactenus, quam ex isto
Diplomate erat incompertus, sed inspecto originali libro
S. gallensi, quem præoculis habeo, eundem reperi ante
columnam primam cum toto suo Conventu adscriptum;
quis enim alius ibi scriberetur ad Rhenovienses, nisi
Rhenovienses? accedit, quod character sit ejusdem omninò
manûs, quæ Wispertum, Sigehardum, et adalbertum inter-
- polaverat, Evidens igitur est, Not Kerum cum nomine præ-
- decessoris sui totum Conventum S. gallensibus ad inscribon-
- dum communicasse; qui comodiorem locum pro Rhenovien-
- sibus non invenerunt, quàm ante columnam primam,
cum secunda iam obtet interpolata, tertia autem et quarta
Rhenovienses Religiosos non contineret: Cathalogum
mox exhibebimus: Sit igitus

Caput IV.

Caput IV.

Monachi, et Fratres conscripti in Sæculo Secundo.

Quinam Religiosi in Monasterio nostro sub initium aut mediatem præsentis Sæculi vixerint? plane ignotum, tum quia monumenta nostra silent, tum quia in libro conscriptorum Monasterij S. gallensis à prima illa inscriptione facta anno 885. sub Wichram abbate, nulli amplius nec Monachi, nec abbates usque ad Wispertum, qui circa annum 971. electus fuit, conscripti reperiuntur; certum tamen est, intra centum ferme annos plurimos vixisse, maxime sub initium huius Sæculi, nec unquam monachos, vastato etiam Monasterio per Hungaros, penitus defuisse. Hademar Presbyter Scriptor quatuor Evangeliorum in Ms. 151. depictus, utique monachus noster huius rei testis esse potest: itaque præter eos juniores, qui ex Conventu Wichrami usque ad primordia huius Sæculi supervixerunt, addendi sorent illi, quos Goszpertus II. Suscepit, inter quos ipse numerat filium Suum Tolkerum: deinde etiam à Ruperto et S. Conrado Susceptos, licet appareat, post incursionem illam numerum monachorum valde sui se diminutum; Superfuere tamen, præter Wispertum, qui monachus memoratur ano 963. et Sigehastum, qui pariter ex monacho factus est abbas. Sex sequentes Religiosi, quos ipse Sigehastus catha-
logo San-gallensi inscribi fecit, quorum aliqui forte à Wisperto fuerunt Susceptí: nomina sunt ista:

Ödalker
Managolt
alberich
Perichker
Wadalhart
Engilscalch.

Hi ergo circa annum 950. aderant, verum paulo post insignior auctus fuit numerus. Nam præter adalbertum et Notkerum abbates, quindecim sequentes recenter reperti sunt Cathalogo San-gallensi sub Notkero ante columnam primam adscripti, qui cum quibusdam præcedentibus circa annum 995. simul vixerunt, hoc enim necesse non erat eidem catalogo iterato inscribere: nomina quidem abscisso olim ex parte anteriori truncata sunt, ea tamen ex posterioribus syllabis aut certe aut probabiliter restituere conabimur

Notker

ɔotKer abba	Notker abbas.
Nb.Ker prb.	alb.Ker.
rdelbr̃ prb.	adelbert.
to. prb.	Ato.
dalh̃ diac.	adalhart.
nelg diac.	Snelger.
rolt diac.	Kerolt.
rhtolo.	Firhtelo.
rdelbr̃.	adelbert.
ɔringer	Geringer.
N.ſtein.	Rötstein.
ɔripract.	Wiripract.
ɔlKelo.	Hol Kelo
to.	Otto.
ɔigeboto	Sigeboto.
ɔei.Kho	Kei.Kho.

cum priores tres notâ presbyteri afficiantur, et sequentes item tres nota Diaconi, credibile est reliquos fuisse simplices monachos, aut forte juniores, nondum ad statum clericalem comparatos: nec improbabile est, alb.Kerum, qui primo loco post abbatem ponitur, fuisse præpositum, quod pariter de supradicto ädal.Kero existimandum, cùm et alia abbatia hoc ævo Præpositos habuisse, compertum sit.

Ex his constat, post restitutum Monasterium Confraternitatem quoq; cum Monasterio S. galli, quæ decedente wichramo interrupta, fuerat denuo restorusse, cum quatuor abbates cum canctis monachis nostris ad exitum hujus Sæculi virentibus Libro San-gallensi fuerint illati. Vicissim S. gallenses in simili Fratrum conscriptorum libro Rhenaugiensi inscriptos fuisse non est dubium, hic enim in quodam Ms. hujus Sæculi Liber vitæ nuncupatus: quorum nomina ad commemorandum nomina actua in libro vitæ suscipimus, eumq; Sæculo decimo sexto fuisse perisse, ex monumentis constat, aliquod tamen similis libri fragmentum in eodem Codice adhuc superest, in quo Norbertus Abbas San-gallensis adscriptus reperitur, aliiq; sine dubio ex eodem Coenobio, quod ex eo confirmari posse videtur, quia cùm idem Codex aliàs sit certo pro Rhenovensibus Scriptus, tamen Festa San-gallensia singulariter continet, quæ proinde à nostris Speciali ritu culta fuerunt, sic enim Festum S. galli exhibetur cum vigilia et octava. Nec vero similitudine caret, eandem quoq; Fraternitatem initam fuisse cum Almio Angiæ Divitis, licet Catalogi utriusq; desiderentur. Inprimis enim in eodem Codice festa augiensia Speciali nota distinguuntur

L.XXV. fol. 237.

guuntur, cum additione nimirùm ipsius augiæ nominis; Sic ad festum S. Marci adscribitur augia: Sic ad diem vigesimum Augusti habetur: Inventio et exaltatio Sanguinis Christi in augia Sic ad festum S. Joannatæ notatur iterum augia: Sic denique, ut cætera, veluti geneseij, Firminij, Joañis et Pauli omittamus, die 19. octobr. habetur: Passio S. Januarij etc. augia et Rinaugia: quare enim hæc duo Monasteria jungerentur, nisi socidere fuissent juncta: deinde adsunt aliqua Mss. jam Sæculo 9no jo.no et jj.no à monachis augiensibus Scripta, quæ tamen jam Sæculo undecimo ad nostrum Monasterium devenerunt; videbimus eodem Sæculo Specialem Societatem Richardi Abbatis nostri cum Monacho Augiensi monache ab Hermanno contracte ejusdem Sodali notatam: denique in eodem fragmento inseruntur Rotmannus abbas augiensis ad annum 972. Warmannus ex monacho augiensi Episcopus Constantiensis, aliique quos pariter verisimile est, fuisse augienses; licet plures quoque Laici inscripti sint, qui ut Benefactores in Societatem bonorum operum admittebantur. L. LXXXI.

Fragmentum istud, licet posteriori Sæculo dicto Codici insertum fuerit, quia tamen nonnulla ex præsenti Sæculo continet, non dubito, ob connexionem hoc loco integre adscribere. Est porro instar libri S. gallensis in 4. columnas divisum, sed, quod summopere dolendum, non solum omnes prioris foly, sed et prima columna Secundi foly penitùs erasa est, ubi circiter centum nomina numerabantur: reliquit erasor tantum in columna Sexta quosdam, incipiendo à Uerino monacho, qui proinde eodem Sæculo undecimo inscripti fuerant, alius denique Sæculo duodecimo superveniens in superiori vacuo columnarum posteriorum inseruit plures tam ex Sæculo jo.mo quàm ex duobus sequentibus illos, quos aliunde exscripserat, hos verò ipsos præsens noverat: Constat porro ex Calendarijs aliorum Mss. plerosque Sæculo primum undecimo vixisse, in quibus dies obitus fuit notatus, cùm in libro Conscriptorum plerumque paulò post referantur: quod non omnes in alijs Codicibus experiantur, ratio esse potest, vel ex defecta documentorum deperditorum, vel, quod fortè obitus personarum non fuerit intimatus: placuit ex latere adnotare alia Mss. in quibus eadem nomina eædemque personæ propter temporis convenientiam leguntur.

Fragmentum

Fragmentum Libri
Fratrum Conscriptorum nostrorum
Ex Ms. 75. fol. 244.
NB. Columnæ quinque priores sunt erasæ
Columna 6ta.

Werin Monachus.	27. Nov. Ms. 71[illegible]2.
Burchardus.	29. Sept. C. Ms. 83. et 74.
Ludwicus.	25. ap. m. Ms. 74. 2.
Heinricus.	9. Jan. C. Ms. 74.
Herimannus.	Ms. 39.
Mathilt.	15. Jan. C. Ms. 74.
Ödilricus.	Ms. 17.
göta.	
Hademöt.	
Berta.	6. Febr. C. Ms. 79.
Ita.	7. Febr. C. Ms. 83. et 74.
Rögerus.	
Luitfridus.	
Macthild.	1. april. C. Ms. 74.
Irmingast.	
Judinta.	Ms. 39. in Fraternitatis consortium venit.
Mathilt.	16. apr. Ms. 74.
Luitkart.	C. Ms. 39.
Notkerus.	Ms 94. e Nocker.
Waltherus.	Ms. 36? Waldger diac.
Hadewic.	C. 29. decem. Ms. 83. et 74.
Berta.	29. aug. Ms. 38.
adilheit.	Ms. 17. in Fraternitatis consortium venit cæsilys Suis ulricus, Bertoldus, et Berta.
Eberhart.	Ms. 94. Eberhardus I. occisus.
Cönrat.	22. Febr. C. Ms. 74. 2.

Eadem columna Superius adscriptus

Arnolt.	14. Martij C. Ms. 39. et 74.

In Superiori vacuo, manu posteriori

Kerolt.	17. Martij c. v. Ms. 74.

acili.

acili.
Fenno.
udalricus. Ms. 39.
adalhardus.
wipertus.
granbertus.
Warmannus archiepus. Constantiensis Episcopus ex augia anno 1026.
Adelbret. cum aliisquam plurimis Ms. 39.
Glinhardus.
adelhart.
Richertus.

Columna Septima.

Luitpertus.
Reginbertus.
wipertus.
Anno.
Erchenbaldus.
aaron.
gamenolfus epus. Constantiensis anno 974.
Rumolfus.
albann.
Berengerus.
Rotmannus abbas. Augiensis anno 972.

Inferius recentiori manu.

Johanna dedit sericum pallium. Rudolfus.

Columna octava.

Adelgoz. 29. oct. l. o. Ms. 74. 2.
Wicotinus.
Norbertus abbas S. gallensis anno 1034.
Findican. S. Blasianus anno 1108.
Röstein abbas.
Imo.
antwart.
Ropret.
Sigehardus.
Engilscalc.
Notkerus.
Eberhardus.
Sigeboto.

omnes sunt

omnes sunt numero sexaginta quinq; inter quos insuper speciali nota digni sunt: gaminolfus Epus constantiensis, qui inscriptus fuit, vel ùt successor S. Conradi administratoris nostri, vel ùt specialis fautor, et confrater augiæ divitis. Sed quemquam mirari debet, quod Warmannus archiepus vocetur, cùm ex nostris etiam Mss. constet, illo ævo novum non fuisse, Episcopos honoris gratia vocari archiepiscopos. Item de Eberhardus probabiliter cum adelberto abbate anno 992. occisus fuit; hinc enim in Ms. 39. plures inscribuntur occisi, et tandem additur: adelbret cum aliis quam plurimis, quod ad illam necem se referre videtur. Denique notandus est Rustenus Abbas S. Blasianus, nullibi enim gentium alius hoc nomine reperitur: unde credibile sæculo duodecimo restauratam fuisse amicitiam et confraternitatem inter utrumq; Mnzium.

Caput V.

Disciplina et Consuetudines.

Sæculi II. Seu X.

Dubitari nequit ad initium huius sæculi eamdem et quidem optimam Disciplinæ normam fuisse in Mnzio nostro observatam, quæ à sanctis illis institutoribus circa medium sæculi elapsi introducta fuerat in loco sancto, prout Rhenaugiam vocat Otto M. in suo Diplomate: devastato deinde ab Hungaris Mnzio planum est, disciplinam quoq; eversam fuisse, donec à sanctissimo administratore Conrade paulatim reducta, ad finem huius sæculi aucto monachorum numero in integrum restitueretur.

XXVI. Equidem regulam S. P. N. Benedicti jugiter observatam fuisse, patet ex Diplomatibus et Mss. coævis; nam idem Otto M. de novo concedit facultatem secundum Regulam S. Benedicti eligendi abbatem; quod ejus filius Otto II.

XXVII. CXI. ijsdem verbis in suo diplomate repetit: Regula appellatus ab hoc, quod obedientium dirigat mores: quam Smaragdus auctor sæculi noni in cunctis ipsi S.mo Patri attribuit. Cæterum convenit cum nostris editionibus, nisi in titulo Cap. 56. qui sic habet: de vestiarijs, et calcearijs Fratrum. Festa verò S. P. Benedicti diversimode nostris kalendarijs

LXXI. CII. huius sæculi inscripta sunt: nam in Ms. 77. parte secunda legitur ad diem 21. Martij: in depositione S. Benedicti: alia tñ Mss. ad diem posteriorem ponunt Translationem

S. Benedicti

S. Benedicti abbatis.

Nihilominus votum Paupertatis non alio modo fuit observatum, quam in præcedenti Sæculo, ut constat ex Rhetonis donatione, quam non aliter fecit, quam sub ea XXVII.
conditione, ut Wipertus nepos eius, qui et monachus Rhenaugiensis Coenobij, ad necessitatem suam redigat, habeat, atqs possideat, omnibus diebus vitæ suæ, sine ullius contradictione: addituraqs: Si abba, aut Monachi, sive aliquis de potestate eorum, impedimentum sive ullam læsionem intulerint, hoc ipsum ad coheredes Rhetonis redeat: et, quod magis mirère, huic contractui ipse S. Conradus suam authoritatem comodavit, ac ille ipse Monachus tam solers Disciplinæ Custos est creditus, ut post decennium in abbatem eligeretur. Inserta tamen est eidem donationi obligatio, ad mensam Monachorum singulis annis tribuendi tres modios farinæ, et sex situlas cerevisiæ, et unam vini, et duos Frischingos, sive unius sicli valentes; et post mortem ipsius præfata res ad mensam Fratrum ipsius Monasterij redeat.

Animadvertere hic licet, Fratres potiori ex parte cerevisia, quam vino fuisse usos, cum vineæ necdum ad tantam copiã excrevissent: singulari tamen ritu primæ uvæ benedici solebant, de qua et sequentia habentur in quodam huius LXXI.
Sæculi Ms: in nat: S. Xisti Epi: hac die novæ uvæ sunt fol. 289.
benedicendæ, si adhuc maturæ sunt, Sin autem, quando primùm maturescunt, Cellarius repræsentat eas Sacrista, ipseqs Sacerdoti ad benedicendum ipsa actionem ante illum locum, per quem hæc omnia, ubi quoqs armarius non deerit ad demonstrandum, quid Sacerdos dicturus sit. De Frischingis quid dicam? certum est, ea voce significari porcos, unius aut duorum annorum, [illegible]: fertur enim secundum Du Cangium a Teutonico [illegible] Pon: Sed nunquid ex hoc sequitur, Monachos nostros carnem porcinam manducare solitos fuisse? res videtur admodũ clara, cum eos Frischingos ad mensam monachorum destinatos fuisse dicatus: forte postquam Martij rebus arctatis Fratres carnibus vesci cæperunt: certe Mabillonius jam prius alicubi id factitatum testatur: nisi dicere malis, solum pretium Frischingorum pro mensa Fratrum inservisse, quod in præsenti charta unius sicli determinatur; siclus porrò juxta Du Cangium duos argenteos

gentes continebat, octo argentei unum Solidum aureum; ergo Siclus quartam partem ejusdem Solidi continebat.

Ad initium huius Sæculi bene constructum fuisse Mnzium ut juxta Regulam omnia necessaria adessent, colligitur
XLIII. ex Sacramentario S. Gregorij, quod sine dubio initiante hoc
Sæculo pro usu Mnzij nostri conscriptum fuit: in hoc exhiben-
fol. 263. tur orationes seu benedictiones faciendæ in Sacrario, vestiario, Refectorio, Dormitorio, Hospitali: ubi hospites et pauperes suscipiebantur: / in domo infirmorum, in caminata, id est, in loco, ubi focus in camino pro fovendis à frigore Fratribus
fol. 215. adhibatur, quibus benedictionibus sequens rubrica præfigitur: orationes in Mnzio Monachorum: in alio Ms. adduntur Benedictiones in Cellario et Coquina: in præcedenti vero sequuntur orationes speciales: pro Fratribus in via dirigendis, pro redeuntibus ex itinere; item in adventu Fratrum supervenientium;
fol. 154. alia oratio ad barbas tondendas confirmat consuetudinem in præcedenti Sæculo confirmatam indicatam. Verum huius
L V. exstat effigies in alio Ms. ad finem quidem huius Sæculi, sed pro Mnzio etiam nostro conscripto, cuius barba nec prolixa est, nec adeo tamen rasa, capilli toto capite prominentes, nisi in summo vertice, ubi rasura major conspicitur, ad similitudinem ~~ipsius~~ illius,
XIV. quam representat effigies S. Tintani post duo Sæcula depicta.
LXXI. Quidam Codex in præconio Paschali specialem mentionem facit abbatis omisso antistite his verbis: et abbate nostro cum grege sibi comisso: an quia tunc idem antistes et abbas erat S. Conradus?
fol. 55j. verum in Missa, quæ dicitur generalis, forte post aliquot annos scripta, utergo exprimitur: Domum apostolicum, Regem, Antistitem, et abbatem nostrum. Nec rarum erat, pro abbate in
XLIII. publicis officijs preces offerre, cum etiam altero Ms. habeatur speciales Missa pro abbate, item alia pro Congregatione; quin in ipso etiam Canone cujusdam Liturgiæ ad memento
LXXV. sequentia verba adduntur: Dominorum et Seniorum nostrorum,
fol. 237. quibus denotari Seniores Religiosos probabile est.

LXXI. Ritus in Sacrificio Missæ à modernis discrepantes sequen-
fol. 185. LXXV. tibus comprehendi possunt: duo quotidie decantabantur Missæ
fol. 103. solemnes: decantabantur, inquam, nam cum in ipsis Missalibus adscriptæ sint notæ Musicæ, patet ipsum Sacerdotem celebrantem unacum choro decantasse ea, quæ modo submissa voce solet recitare.
Apologia: sic vocatur confessio ante altare recitanda, aliter formata est, imo alia pro Sacerdote, alia pro circumstantibus habetur. Introitus vocatur Antiphona; tractus: Domine non secundum peccata ~~eh~~ dicebatur diarnus, quia quotidie, saltem in Missis de

in Missis de Tempore recitabatur etiam extra quadragesimam. Post offertoriam diversæ habentur formulæ offerendi panem, seu hostiam nondum consecratam, pro se ipso, pro omnibus, pro salute unius vivi, pro infirmo ch. Præfationes plerumq. speciales tam pro festis, quàm pro Dominicis et feriis: Prout etiam infra actionem, Seu Hanc igitur, in canone subinde Rex, subinde Imperator, subinde Antistes omittitur. Memento secundum post elevationem interdum omninò omissum reperitur. Agnus Dei habetur unicum, non nunquam duplex tantum. Post orationem Domine Jesu Christe, qui dixisti ch. sequentia adduntur: Habete vinculum pacis et Charitatis, ut apti sitis sacrosanctis mysteriis. oratio tertia, perceptio omittitur: sequitur Domine non sum dignus &c. et sanabitur spiritus meus. Multæ assignantur Missæ pro specialibus necessitatibus, et personis, ut pro monachis, pro amico, pro ipso Sacerdote, pro confitentibus ch. Publicam tamen pœnitentiam adhuc in usu fuisse, colligitur ex orationibus specialibus, quæ sub his Rubricis continentur: orationes et preces super pœnitentem confitentem peccata sua, more solito feria quarta infra quinquagesimam. Item: oratio ad reconciliandum pœnitentem feria quinta in Cœna Domini. Cæterum jejunia quatuor temporum servabantur hebdomada prima Martii et secunda Junii, quandocunq. occurrissent. XLIII. fol 229.

Festum S. Fintani plerisq. hujus Sæculi Calendariis fuit manu posteriori adscriptum, unico excepto Ms. LXXXV. ubi omninò apparet sub manu primâ, unde dicendum, postremis hujus Sæculi annis, quibus ipse Codex exaratus videtur, jam fuisse publicè cultum, vel Fintanum jam antea fuisse Sanctum vocatum, ùt ex vitæ ejus descriptione erui posse videtur: certum est, hoc in Calendario omnium primò comparere. Inserta est eidem Codici, sed manu recentiori Sæculi undecimi Senescentis oratio: Propitiare Dñe, qmus, nobis famulis tuis, per hujus S. Confessoris tui Fintani, qui in præsenti requiescit Ecclesia &c. additur denique aliud officium, sed manu recentiori. In duobus, item, Calendariis hujus Sæculi ad diem 3j. Julij: Dedicatio S. Fintani, manus est saltem initiantis Sæculi undecimi, unde colligere licet, dum festum ipsius solemniter celebrari cœpit, una fuisse quoque in loco reclusorij Sacellum ad ejus honorem dedicatum. Nam altaris dedicatio hujus Sancti notatur Sæculo duodecimo ad diem 12. Novembris, videantur, quæ de ejus cultu alibi fusius adduximus. T. XXV. fol. 243. L. XX 1°. L. XXXIII. L. XXXV.

S. Blasius hoc primum Sæculo inter Patronos primarios reperitur adscriptus post B. V. Mariam, et S. Petrum. vocatur enim Monasterium in Diplomate Ottonis III. dato anno 995. in honore S. XXIX.

in honore S. Blasij Martiris Constructum: Sicut autem
R. P. Geroldus male ex hoc infert, reliquias hujus S. Mar-
tyris primum hoc tempore Monio nostro illatas fuisse, ût
constat ex vita S. Pintani: ita minùs benè alij sentiunt,
eandem ante constructionem Monij jam adfuisse: constat e-
nim eas ipso tempore Restaurationis fuisse invectas. Sorte
in exemplum aut æmulationem Cellæ albæ, quæ tunc nomen
S. Blasij usurpavit, idem titulus Rhenaugiæ fuit prafixus,
ejus Festum perpetuo Calendarijs nostris adscribitur. Subinde
Litteris Majoribus: Specialiter notari meretur oratio ad S.
Blasium, quam probabiliter S. Blasiani à nostris mutuarunt,
CXI. in Codice hujus Sæculi, manu tamen Sequentis Scripta in
fol. 135. hunc modum: Omnipotens sempiterne Deus qui beatum Blasium
martyrem tuum ad te evocare dignatus es, da nobis quæsumus
ejus meritis adjuvari, ejusque precibus protegi. Per Dominum
nostrum Jesum Christum filium tuum qui tecum vivit et regnat
in unitate Spiritus Sancti Deus per omnia sæcula sæculorum.
Amen. Oratio ad S. Blasium martyrem. Omnipotens sempiterne
Deus qui beatum Blasium martyrem tuum ad te evocare dignatus
es, da nobis quæsumus ejus meritis adjuvari, ejusque precibus
protegi. Per Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum qui
tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus per omnia
sæcula sæculorum. Amen. Oratio ad S. Blasium martyrem.
Omnipotens Deus me benedicat, et animam meam vivificet,
Jesus Christus, cor meum illuminet et visitet, et Spiritus San-
ctus Paraclitus Sensum meum semper declaret, et in viam
LXXXI. rectam me dirigat. Amen. Eidem oratio etiam in alio
f. 328. Codice, saltem inchoata habetur. adeo passim erat in usu, et
LXXI. omnibus nota: Specialis Missa cum Sequentia et præfatione
LXXV. propria de S. Blasio jam hoc Sæculo exhibetur, Sequenti
L. f. 96. vero eidem altare dedicatum notatur ad 27. Nov.
LXXXIII.

S. Mauritij nomen majoribus litteris Calendario præ-
LXXI. sentis Sæculi hoc modo inscriptum est: MAVRICII cum aliis
~~Lex~~ VI. millia DCLXVI. Martyribus, cui assignatur
L. f. 92. etiam Specialis præfatio, imo Responsoria prolixa, et
antiphonæ propriæ ad matutinam cum notis antiquis
videri possunt in alio Codice ejusdem ætatis, quod
ansam præbet credendi hoc Festum solemniter jam tunc
celebratum fuisse, ejusque S. Reliquias præsentes fuisse.
CXI. S. quoque Januarij Festum in omnibus Calendarijs nos-
LXXI. tris ponitur ad diem 19. octobris. de quo habentur
f. 74. Speciales Hymni, propria Sequentia, imo etiam vi-
f. 124. gilia, plura de hoc diximus Sæculo præcedenti.
S. Petrus et Paulus in quibusdam Codicibus vocantur
LXXV. Domini nostri, utique ut Singulares Patroni: sic ad
diem 29. Junij Scribitur: Passio Dominorum nostrorum.
LXXI. Donique S. Martires Felix et Regula, S. Alexander,
Eventius et

Crentius et Theodulus in Calendarijs nostris specialiter notantur. f. 106.

Dedicatio Ecclesiæ celebratur die 20 Julij; nam dies fixus erat, nec in certam Dominicam transferebantur Dedicationes. Adscribitur porro ipsa solemnitas in Calendario sequentibus verbis: Dedicatio Renaugiensis Monasterij quæ nomine antiquius vocabantur Basilicæ Monasteriales. Et hæc quidem est omnium prima Dedicatio, quæ reperitur in Codicibus nostris, adeoque forsan Ecclesia prima: nam illam Ecclesiam, quæ sæculo duodecimo erecta fuit, consecravit Epūs Basileensis anno jjjjj. decimo Septimo Kal. Decembris, id est jj. Nov. in ipso Festo S. Tintani, quo die etiam annuc recolebatur, translato Festo S. Tintani in diem proximam. Occurrit quidem in alio Codice Dedicatio Assumptæ virginis ad diem jj.tam Augusti: verum hæc Dedicatio, quæ ponitur jj. aug. non est Rhenaugiensis Ecclesia, sed Augiæ Divitis, ut ex Martyrologijs eruitur, ubi nominatur Dedicatio Insulæ Augiensis. vide seq. sæc. c. ult. Certe B. V. Maria in omnibus Diplomatibus nostris primo loco vocatur, in charta vero data anno 962. Sequentia addantur: In honore beatæ Mariæ semper Virginis, et S. Petri Principis Apostolorum, cæterorumque plurimorum. Ex quibus constat, non diminutum, sed potius auctum fuisse Ss. Patronorum et Reliquiarum numerum. LXXV. LXXI. XL. III. f. 56.

De Sacris Reliquijs in quodam Codice sæculi huius inchoantis sequentia leguntur: Hæc sunt reliquiæ, quæ hic continentur, S. Blasij Martyris et S. Hyppoliti, de lapide S. Stephani, de corpore S. Walpurgæ, de Monte Domini, de monte Synai. Simplicitas Patrum nostrorum in hac re magis adhuc patebit sæculis proximè sequentibus. XL. III. f. 56.

Ritus in Baptismo conferendo ijdem servabantur, qui sæculo præcedenti notatu tamen dignissimi. Postremo additur: Tunc vestiatur infans, et si Epūs adest, statim confirmari oportet; omnino enim præcavendum est, ut confirmatio non negligatur. Et statim antequam tactetur, comunicet eum sacerdos corpori et sanguine Jesu Domini nostri Jesu Christi. Et si in pascha baptizentur, omnibus septem diebus ad Ecclesiam veniant, et quotidie comunicentur corpori et sanguine Domini. Cantantur letaniæ, et per totam Ecclesiam Cerei ad Missam accendantur. Eadem Comunio et confirmatio præcipitur in alio Codice multo antiquiori, ad exordium nempe huius sæculi scripto; nam post Baptismum per trinam immersionem additur: Comunicas et confirmas eum. LXXI. f. 88. XL. III. f. 151. LXXV.

Sepulturam porro quod attinet, habētur prolixæ exequiarum ritus. Laici quoque in Monasterio sepeliebantur, unde in Lytargia ad initium huius sæculi scripta exprimitur: quorum corpora in hoc Monte requiescant. Idem repetitur post medium huius sæculi in alio Codice, quod præcipue intelligendum de Benefactoribus, qui Sepulturas in Monasterijs eligebant, imo paulo post Specialis Missa describitur Pro Elee mosinarijs, id est, ut ex sequentibus colligitur, qui Elee mosinas aut donationes Monasterio fecerunt. f. 257. XL. III. f. 256. LXXI. f. 491. f. 536.

Caput VI.

Caput VI.

Manuscripta Sæculi Secundi seu Decimi.

Licet præsenti Sæculo Monrium nostrum alteri devastationi pene succubuerit, non desunt tamen monumenta, non solum post illam ruinam, sed etiam ante conscripta. Repetitæ enim Hungarorum invasiones incolas reddidere cautiores, ut pretiosa quæque, et quæ pluris æstimabat, in loca tuta collocarent" Qua propter sicut Codices S. Gallenses in Monrio Augiensi fuere servati, ita nostri quoque vel ibi vel alio in loco manserunt illæsi. Nos modo singillatim recensere libet: ex quibus licet hactenus iam multa fuerint excerpta, restant tamen aliqua de singulis notanda, quæ simul Patrum nostrorum studia, labores, et occupationem demonstrabunt.

" quibus diutius detineri se illi prædones passi non fuerũt.

1. Ms. XLIII.

S. Gregorij Papæ liber Sacramentorum, et qualites Missa Romana celebretur. Codex est maxime æstimandus, nec facile aliarum Bibliothecarum similibus Sacramentarijs postponendus, quæ plerumque haud modice inter se discrepant. Hic idem Codex licet plerique ex Lyturgia D. Gregorij contineat, multas tamen additiones habet, et ad usum monachorum, et quidem, ut videtur, Rhenoviensium accomodatus est. Ad exordium præsentis Sæculi Scriptum fuisse, non solum characteres indicat, sed multo

f. 205. evidentius etiam Missa inserta pro Rege, in qua bis nomen Ludovici exprimitur. cum enim nullus alius deinceps Ludovicus Rex in historia occurrat, præter Arnolfi filium fratrem Ewendeboldi Lotharingiæ Ducis, qui Patri anno 900. Successit, mortuus ano 911. et Comuniter infans cognominatur, necesse est, ad minimum hoc initiante Sæculo Scriptum fuisse codicem. In oratione pro feria Sexta Parasceves Jo Francorum nama posterioni fuit erasum, et Substitutum Jo Christianorum, quod sine dubio sub Ottonibus factum, quando Francorum

f. 220. Germanorum que regna melius fuere distincta. alio tamen loco nomen Romanorum fuit retentum, in Missa nimirum contra Romani nominis

f. 247. hostes. Notari quoque meretur, quod in Missis defunctorum adhibeantur Lectiones modernæ ex libris Machabeorum, quos proinde etiam tunc pro legitimis agnoscebant.

2. Ms. XII.

Codex inter maximos pulcherrime Scriptus continet homilias seu expositiones Evangeliorum et Epistolarum à Nativitate Domini usq ad Pascha, sine dubio pro choro aptatus, licet lectiones admodum sint prolixæ, ut in hyeme esse consueverãt. Auctor adhuc dum ignoratur, sunt q probabiliter inedite, si paucas excipias, quæ ex S. Hieronymo sumptæ nominantur authenticæ. Exscribere placet hanc benignam pro pœnitentibus auctoris Sententiam: Si Sacerdotes confitentibus peccata sua grave pondus pœnitentiæ imponant, necesse est, ut aut pœnitentiam reyciant, aut certe Suscipientes, dum ferre non possunt, fracti et

fracti et desperati pecent, melius est enim Sacerdotibus in misericordia quam in crudelitate excedere. In fine libri sed posteriori manu hi versus leguntur: Ave florens rosa, Mater Domini Speciosa! Ille liber Rinaugiensis Sis Servatus omnipotentis. caeterum character evidenter probat Saeculum decimum, licet subinde auctor lectorem remittat ad Smaragdum, qui Saeculo praecedenti ineunte floruit.

3. Ms. XLVII.

Liber Sententiarum de S. Isidori Epi. Hispalensis de Sumo bono, utilissimus Simul ac Doctissimus in quarto integro Scriptus, iam quidem typis vulgatus: Sed exemplare istud in pluribus discrepat ab impressis, eisq; tanto magis praeferendum. In fronte legitur sequens versus: continet in gremio caelum terramq; regentem virgo Dei genitrix.

4. Ms. L.

Iusti Orgelitani Comentarij in Cantica elegantissime exarati hoc eodem Saeculo, quamvis Hymni, qui adduntur, forte ad initium Sequentis pertineat: Homilia tamen Origenis et nonnulli Patrum Sermones postremo loco additi plane praecedens iam Saeculum Sapiunt. videtur Laiso Augiae Divitis, habetur enim ad Calcem ipse versus: Augia quis Sancti Servatus libera rerum, liber Sit liber hic nobis Servantibus iste.

5. Ms. CXI.

Regula S. P. N. Benedicti in octavo cum elencho Capitum ex integro perscripta, quamvis priora folia prologum exhibentia nonnullam temporis iniuriam Sint passa. Character evidenter est Saeculi decimi. Quod de Hymnis pariter videtur Sentiendum, qui in altera voluminis parte adduntur, et plerumq; a modernis discrepant, nec facile nisi in nostris Codicibus reperiuntur. L. XXXII. L. XXXIII.

6. Ms. CXX.

Venerabilis Bedae liber de arte Metrica in octavo, de se quidem eruditus, sed in hoc Ms. mancus, cum medietas ferme libri ab initio desit, ut videre est ex impresso Coloniae. Idem contigit Secundae parti codicis, quae continet Schemata seu tropos S. Scripturae ab eodem Saeculo Sancto ad Wigbertum leviter compositos.

7. Ms. XC.

Rhabani Mauri Expositio in libros Machabaeorum, qui in hoc Ms. in tres dividuntur, cum in vulgata dispertiantur tantum in duos. Caeterum cum hic codex indubitanter Sit exaratus hoc Saeculo, haud multo posterior est ipse authore post medietatem praecedentis defuncto.

8. Ms. XLIX.

Liber Epistolarum S. Hieronymi ad diversos in quarto, haud parvi aestimandus, cum ab editis plurimum discrepet, authoritate tamen ob antiquitatem Superet.

9. Ms. XVII.

9. Ms. XVII.

Liber Evangeliorum in parte anteriori opere musivo eodem Sæculo decimo tectus. Cuprum inauratum plateas tenet gemmas, lapides, aliaque ornamenta ex vitreo fluore diversis coloribus distincta. In quatuor angulis Evangelistarum habet Symbola: in medio Signum Christi Dñi dextera benedicentis, sinistra librum elevantis, coronam gestat in capite, amictus est toga viridi, pallio violaceo. Cujus Schema vide in fronte hujus Sæculi. Cæterum Evangelia Missis assignata multo sunt prolixiora modernis. In Evangelio primæ Missæ Nativitatis Dñi pergitur distincto tamen rubro colore in illis verbis: Christi autem generatio sic fuit, quæ altius à Diacono legebantur. Sabbatum jugiter vocatur Feria Septima. In Dominica Palmarum Lapsioni adduntur notæ musicæ, sed manu Sæculi undecimi. In Nativitate B. V. ponitur Evangelium visitationis. Subinde tertia manu Sequentis Sæculi Sequentia fuêre addita: In Fraternitatis consortium venerunt Hiltiburh, Cunrat, Hirish, et Hairih, Judintha, Adelhait cum tribus filiis suis, Ulricus: non vero Clericus, ut quidam legerunt: sed Bertoldus et Berta, qui postremi distincti esse videntur à filiis Adelhaidis, cum in recto efferantur.

10. Ms. CII.

Liber S. Augustini ad Petrum Diaconum de fide S. Trinitatis, cum quibusdam opusculis S. Hieronymi, Isidori, Bedæ, Rhabani: Item Albini seu Alcuini Magistri de S. Trinitate. Ex quibus plura videntur inedita. Codex est præclarus, licet diversa manu, ex integro tamen Sæculo decimo Scriptus. Insertum habet Martyrologium seu Calendarium, in quo Festa S. S. Benedicti, ejusq; f. 87. Translatio, S. Scholasticæ, S. Blasij, S. Mauritij et Januarij Cognatur. Festum S. Udalrici posterior manus adscripsit, sed S. Fintani deest, utpote recentius ipso codice.

11. Ms. LXXXI.

Aliquot vitæ Sanctorum, quorum plerumq; à Bolandianis ex hoc aut simili Codice jam fuerunt editæ. Certum est equidem, hunc Codicem à Monachis Augiæ Divitis fuisse Scriptum, ut patet ex quadam rubrica, quæ sic sonat: f. 205 Qualiter corpora Sanctorum Januarij et Sociorum ad nos, id est augiam insulam delata sint. Nihilominus ego expeditum videtur, Sequenti jam Sæculo ad nostram Rheni insulam delatum fuisse, uti adjuncta ad Calcem demonstrant, quæ continent authenticum Donationis instrumentum quorundam bonorum in Alsatia Mnrio nostro factæ. Cæterum fere omnia Scripta sunt apocrypha, quædam tamen satis æstimanda, f. 352. ut vita S. Leodegarij, S. Verenæ virginis, quæ Martyris titulum 297. in nostris Calendarijs nondum habet. Præcipue vero vita S. 329. Meinradi à Coævo Confratre composita, et à Suppari in hoc Codice 192. descripta. Sorte ob Consecrationem ac propter historiam S. Januarij, ejusq; Translationem, de qua jam semel superiori Sæculo egimus, nobis fuit Sæculo undecimo communicata.

12. Ms.

12. Ms. LXXI.

Codex est tripartitus continens lyturgias diversas trium Saeculorum. Pars altera reliquiis vetustior est, et absque dubio Saeculi decimi; id enim tum indicat character, tum defectus quorundam festorum, quae posterioribus omnibus inseruntur, praesertim S. Udalrici, quod statim abanno Sanctificationis 993. ubique in Alemañia celebratum fuit. Festum quoque S. Tintani nondum habet. In proemio Paschali: haec habentur: Et gloriosissimo Rege nostro N. eiusque nobilissima prole. Ex quibus verbis 113.
Suspicari licet, Scriptum fuisse tunc Codicem Sub Ottone M. cum nullus alius hoc Saeculo occurrat, in quo utrumque verificetur, et Regis videlicet titulus, et adiunctio prolis. Si dicas, fieri simul mentionem Abbatis, qui Sabillo nullus praefuit Monio; respondeo, Sicut supra dixi, his verbis probabiliter intelligi S. Conradum, cum ibi nomen Antistitis omittatur. Festum Ss. Trinitatis in hac parte emittitur: Sed habetur Festum Divisionis 372.
Apostolorum. In Festo S. Joannis Baptistae duae assignantur Missae, quae a 322.
Singulis Sacerdotibus legebantur. Continet denique Missam decantatam 568.
S. Sigismundi Regis pro febricitantibus, plurimis miraculis asertam.
Pars prima huius Codicis pertinet ad finem huius Saeculi, aut ad initium Sequentis. Habet in Calendario Festum S. Udalrici, et etiam S. Tintani, et litteris quidem maiusculis, atque ut videtur coaevis. Symbolum, ut ibi 163.
vocatur, Apostolorum in Missa cum additione Filioque iam recitabatur, contra quorundam criticorum opinionem. In Missa Dominicae Septuagesimae legitur Sequentia, quae deponebatur Solemniter Alleluia cū crebra repetitione eiusdem vocis: hodie jam pridie expirat. Demū plurimae adduntur Sequentiae satis notabiles, licet enim permultae ex Not. Koro S. gallensi descriptae sint, aliae tamen nec ibi nec alibi reperiuntur.
Pars denique tertia huius Codicis Spectat ad Saeculum 15.tum

13. Ms. XXXVI.

Severi Sulpitij libri Dialogorum de vita et gestis S. Martini et Briccij Episcoporum Turonensium. In fine adduntur variae Inscriptiones de S. Martino Turonis affixae. Liber est optimae notae Saeculi praesentis decimi. Reliqua videantur in eius criterio et anatomia, quam super Manuscripta fecit A. R. collega meus.

14. Ms. LXXXIII.

Liber Hymnorum, canticorum, orationum, Lectionum brevium p. cum regulis conficiendi Calendarium. Scriptum fuisse hunc Codicem ad finem huius Saeculi, prodit Sequens versiculus in hymno de S. Gregorio:
Cuius Sacra Ypsana felix fovet germania in Duellensi vertice monachili servimine. Jam vero cum in eo vertice, scilicet hoc tu Scriel Monasterium diutius non steterit quam ab anno 958. usque ad annum 1005. quo ad oppidum stein translatum fuit, monachili servimine Seu Servitio coli vix ibi poterant Sacra illa Ypsana, quam circa Tempus assignatum. Fatendum tamen est, hunc Codicem non pro Rhenaugiensi Sed Campidonensi Monio primitus Scriptum fuisse, voluti ex contentis patet, unde ad diem 18. aprilis in Calendario adscribitur: Campidona ardet, scilicet ab Hungaris incensa año 919.

Choepfelinus T. 1. Hist. Zar. f. 185. ab Hedwige Burchardi Sueviae Ducis vidua año 968. fundata fuisse testatur.

Foro Burchardus

Sorro Burchardus Monachus Campidonensis factus abbas Rhenoviensis probabiliter eundem Codicem ad initium Sequentis Sæculi monasterio nostro intulit. Et hinc est, quod in Calendario mira confusione tam eadem quam diversa manu adscripti reperiantur tam Campidonenses, quam Rhenovienses, imo etiam aliorum Monasteriorum Sancti, veluti Venerabilis Wilhelmus Hirsaugiensis abbas, quidam etiam ad Sæculum usque decimum tertium, quousque sane istius Codicis ad Monasterium nostrum adventus differri nullatenus potest, tum quia Rhenovienses plerique, et forte omnes, qui hic reperiuntur, iam Sæculo undecimo obierunt, tum quia festum S. Fintani, cuius Dedicatio ad diem 27. Julij Superioris ævi characterem spirant,
f. 27. ut nisi rasura notaretur, plane videretur coævus. Insertus est huic Codici cyclus Sæcularis circa medium undecimi Sæculi compositus, cui alius deinde Sæculo duodecimo adjecit Sequentia: nimirum ad annum 1118. Hic natus sum. ad annum 1128. Hic oppignoratus est Rudolfo mansus apud Trullinchova quarto idus Februarij post decem annos decem talentis Solvendus. ad annum 1141. Hic Presbyteratus ordinem gratia Dei accepi. ad annum 1145. Hic præstita est decima apud altenburg Landolfo W. monacho, et Adelgedo, filiolo eius Conradó eiusq; filio ... laicis pro restauranda cruce, quæ concessa est pro 32. talentis. quæ qualiter intelligenda sint, suo loco videbimus. Interim notandum est, hunc ipsum Interpolatorem Scripsisse quædam nomina in Calendarium v. g. Wolvenum Dominum et Restauratorem Rhenaugiæ, ex quo evidens est, et hanc manum fuisse Rhenoviensem, et hunc Codicem ante Sæculum duodecimum iam fuisse Rhenovij.

75. No. LXXV.

Prima pars huius Codicis continet Missale præclarum pro Mnrio nro, ab aliquo eius monacho descriptum, ut probant festa inserta, præsertim Dedicationis Ecclesiæ Rhenaugiensis. S. Fintanus exprimitur litteris maiusculis, et ut videtur coævis, ex quo probabile redditur, eius festum postremis annis huius Sæculi iam fuisse celebratum. Nam Codicem hunc circa finem Sæculi decimi exaratum esse, præter characterem, probat nomen Henrici in margine adscriptum in præconio Paschali ad illa verba: Et gloriosissimo Rege nostro H. Evidens enim est, posteriorem Sancto Henrico intelligi non posse, cuius regni initium dum contigerit anno 1002. Sequitur ante hunc annum Codicem iam fuisse Scriptum. Deinde patet ex Calendario, tunc maxime viguisse inter nostrum et S. Galli Mnrium consæderationem: atqui Sæculo undecimo hæc quasi sopita erat, cum nullus nostrum ex illo Sæculo reperiatur catalogo S. gallensi inscriptus: ad finem vero Sæculi præsentis maxime Sub Notkero abbate eam floruisse constat, ergo tunc nec serius exaratus fuit iste Codex.

Placet nomina Mensium ex Calendario præsenti adscribere.

Januarius

Januarius. — vocatur — — —	Sarmanot.	wadianus f. 65.
Februarius. — — — — —	Hornunc.	in sequentibus
Martius. — — — — —	Lencimanot.	differt: wintermanoth.
Aprilis. — — — — —	Ostermanot.	
Maius. — — — — —	Wunemanot.	
Junius. — — — — —	Brachmanot.	
Julius. non habet nomen adscriptum.		Heuvimanoth.
Augustus. — — — — —	Arumanot.	
September. — — — — —	witimanot.	
october. — — — — —	windemanot.	
November. — — — — —	Helicmanot.	Herivistmanot.
December. — — — — —	wintermanot.	Heilingmanot.

Pars altera huius Codicis ad Sūmum pertinet ad Sæculum decimum tertium.

j6. Ms. XXV.

Clementis Recognitionum libri jo. ad Jacobum Fratrem Domini: Item ejusdem Epistola prima ad Eundem interprete Rufino Torritano Aquileiense. Codex est elegantes scriptus, et quidem absqs dubio jam Sæculo præsenti decimo: verum ob excisa hinc inde folia subinde mancus. Opus jam editum fuit Basileæ, et existit in Bibliotheca nostra. Disputatur inter doctos, an sit opus genuinum Clementis. Doctiores existimant apocryphum, ob contenta comica, et veritati historicæ non convenientia, maxime si idem liber sit cum Itinerario Clementis hactenus desiderato, quod tamen verisimile.

j7. Ms. XXXII.

Continet tres partes, quarum prima et tertia Subinitium huius Sæculi videtur scripta, Secunda vero saltem ad finem. Prima pars exhibet homilias diversorum SS. Patrum de tempore et festis. Secunda est specialis lucubratio non inelegans cuiusdam Anonymi in Epistolas Missales per annum, forsan nondum edita. Tertia complectitur Sermones S. Leonis PP. de Passione Domini.

j8. Ms. ~~XXX~~ V.

S. Gregorij Papæ Pastorale non nihil mancum, ut conferenti cum impressis patebit. Coeterum codex non inelegans est scriptus, et quidem Subinitium decimi Sæculi, si non omnino jam Sæculo nono, licet censura Calmeti aliter sonet. Notari merentur in hoc Ms. interpretationes teutonicæ multis verbis adscriptæ, et quidem ab eadem manu, quæ similia adscripsit

Codici

Codici Sub numero 56. aliqua cum moderna dialecto magis conve-
nientia apponere iuvat. Delinquens: Delinquēs: missetuenten. ob-
staculum: widirstendido. Dedecus: honeda. Sedare: gestilta: absolutus:
enbunten. fascinare: pecalstrota. altorius: andero. Etiam: ouc. Im-
provisus: unsorges. Doctus: wiser. ostentare: zuomen. Integer: alang.
Efferre: erhepfen. bona: guot. fictum: lugi. Expendo: Spendo.
Suus: iro. ædifico: Zimbere. Sibimet: Selbero. lux: lichte. manus:
heme. opes: zictoma. Improbitas: ubeli. Culex: muccun. &c.

59. Ms. LI.

Homiliæ diversorum Patrum, quæ ut plurimum in collectione Alcuini
reperiuntur. Pro choro inservisse demonstrant divisiones in lectiones
ad marginem non raro appositæ. Scriptum fuisse hunc Codicem ad
initium Sæculi decimi, character ipse evidenter prodit; quin imo
Scriptor ipse ad finem raro exemplo Suum nomen apposuit, dum ista
subiecit: orate pro Scriptorem N. Ruadpertum. Salvum fac Servum
mitto ei auxilium. Dominus conservet eum. In adjutorium sit illi
omnipotens et misericors Dominus et omnes Sancti Dei. cum porro
ad initium huius Sæculi vixerit Rupertus abbas, coniectura facilis
exoritur, eum ipsum fuisse huius Codicis Scriptorem: præposuisse vero
notam nominis cuiuscunque per litteram N. quod forte eædem orationes
pro abbate dici consueverint. credibile est, Rupertum sui operis con-
servatorem Hungarorum manibus subduxisse Codicem.
Ad finem huius libri alius libellus adiunctus est, qui continet Sermones
quosdam S. Augustini de Dedicatione Templi aut altaris, atque pariter
præsenti Sæculo exaratum fuisse ex charactere dignoscitur.

20. Ms. CLI.

Libri quatuor Evangeliorum, quos ipse character Sæculo decimo vindicat.
capita sunt breviora, ac proinde plura. In margine signatur concordia Evan-
gelistarum. ultimum Evangelium hunc præfert titulum: In nomine Dñi
ñri Jesu Christi incipit Evangelium Secundum Theologum Apostolum
Joannem. Ad calcem conspicitur effigies Presbyteri, probabiliter Scrip-
toris huius libri et monachi nostri, calamo ruditer delineata. Tonsu-
suram in Summo vertice gestam capillis circumdatam, casula ampla
ex humeris defluit. Copiam eius habes ad finem huius Tomi.
adscribuntur huic imagini Sequentes versus:

Hoc tibi dat munus Deus Omnipotens Hademarus,
Cui peccatorum veniam concede Suorum,
Nostri Plasmator, cæli terræque creator.
Hoc lector poscas, si propria crimina noscas.

21. Ms. XLV.

Angelomi monachi et Diaconi Luxoviensis Comentarius in Canticum
Canticorum, cum dedicatione ad Luitharium Imperatorem, quæ præfa-
tioni hic interposita est. opus est integrum, sed iam editum in T. 15.
Bibliothecæ Patrum. folio ultimo adjicitur oratio moderna in festo
S. Benedicti recitari solita. interponitur folio 185. sed charactere juni-
ri Sæculi decimi tertij aut quarti, Sermo de Parasceve Dñi, sicut et
explicatio

explicatio caremoniarum in triduo ante Pascha, alio quidem calamo, sed paritor Saeculi inferioris.

22. Ms. LXIV.

S. Gregorij Papae Homiliarum in Evangelia libri duo. Inservisse pro lectionibus in choro indicant numeri marginales: pro cuius comodo subinitium praefigitur Elenchus Evangeliorum, et Homiliarum.

23. Ms. LXXVII.

Libri quinque Sedulij Presbyteri Scoti, in quibus carmen suum Paschale prosa reddit. character est initiantis Saeculi decimi; liber vero integre scriptus, sed iam Tomo 5to Bibliothecae Patrum editus. Praemittitur singulis partibus cum praefatione elenchus capitum. In primo folio exhibetur minuto charactere oratio seu precatio teutonica satis prolixa, quae cum aliis eiusmodi teotiscae linguae Specimenibus in unum volumen describere consultum foret; rara enim sunt, cum nec ipsa Diplomata ante finem Saeculi tertij supra decimum eo Sermone exarata fuisse constat. Pauci ssima ergo magis intelligibilia ex memorata precatione adscribere juvat: o Rex Angelorum, nu stoit tu mich irhorin, du dine warin triuwe, also du vernami dine dive Mariam unde martham, die umbe dich irdigiton, daz ir brudir lazarus ghenas, der drie nath begraben was, und di du in ize ufsten vroliche danegen. in denselben nam in bit ich dich, daz du gelib kastos mich, und di gamir urstendidde aller minir Sunden, dur dini heiligin toth, den du dur unsis noth an dem cruce irstarbe, do du dir mitte iruwe, daz du die dine alle lostos von der helle. dur die selbun losunge bittet dich min zunge, daz du irloset mine sele genadichlicher herre, dur dine gotlichun craft, undi dur daz helige grab, da din Licham inne lach. Permiscentur subinde quaedam latina verba, ut hodie vulgo moris est. adducuntur historiae trium puerorum, Danielis et mulieris adalterae &c. Denique finis hujus precationis in ultimo huius codicis folio adscribitur, ubi et Missa de S. Sigismundo, sed recentiori calamo invenitur.

24. Ms. XLIV.

S. Ambrosij libri tres de officijs per belle ex integro perscripti. Notas subinde adjectas habent, quae in editis desunt; sicut et tituli ac divisiones capitum saepe aliter exhibentur.

25. Ms. CXXXI.

Exempla diversarum Chartarum et Epistolarum ex diversis chartis originalibus descripta. Hunc Codicem mole quidem parvum, sed pretio maximum, non una manus sed Saeculo decimo conscripsit, licet subinde, exempli causa diversi anni et priores et posteriores adscribantur. Imperatores multi alij occurrunt praeter Ludovicum Pium, Carolum Calvum et Crassum, arnulfum, et Ludovicum Germaniae Regem.
Pars prior, quae usque ad paginam 42. se extendit, scripta probabiliter est aut ab Hademaro Presbytero, de quo supra n. 20.

aut à Luit-

aut à Liutpertо monacho Cancellariо, qui Chartam Gozberti anno 892. exaravit, Scriptura enim ad finem Sæculi noni pertinere potest. Folio 12. habetur instructio: qualiter debeat Epistola formata fieri? ex præscripto Concilij Nicæni, cui subiungitur Tabula litterarum Græcarum numeralium cum explicatione latina. Formulæ Chartarum sunt: Traditionis, Precariæ, concambij, Reconciliationis seu Transactionis, cõmendationis, notitiarum, Cessionis, Concessionis Regalis, seu Diplomatum etc. à folio 57. incipiunt Epistolæ quædam hactenus incognitæ Thiatildis abbatissæ Montis S. Remarici, duæ ad Ludovicum Pium, una ad Judithamejusconiugem, et postrema ad quemdam Comitem Palatinum. Hanc Abbatissam Remontensem planè ignoravit etiam Mabillonius: p. 426) to. 1. comunicavi eas nostris PP. Congregationis S. Mauri, qui novæ Galliæ Christianæ inserendas promiserunt. Postremo à fol. 85. adduntur duæ Epistolæ, quarũ Sũmam dedit idem Mabillonius to. 3. anal. fol. 213. affirmans: esse duas ultimas inter formulas Alsaticas, quæ pro adjumento Historiæ Typis Regiis editæ fuerunt. Denique fol. 91. et 94. habentur duæ Epistolæ ad Sũmum Pontificem, quarum prior ad Hadrianum Secundum, qui præfuit anno 867. videntur pariter cum cæteris formulis inéditæ. Goldastus quasdam formulas S. gallenses edidit, sed cum istis non conveniunt. Exemplum huius Codicis transmissum fuit Bernardo Pezio, quod tamen inter eius impressa non reperitur: ratio forte fuit, quod ætas illius ad Sæculum usq; decimum quartum aut quintum depressa fuerit, cum tamen certo constet, characteres esse Sæculo decimo nullatenus juniores. Non solum pro illustranda Diplomatica, sed etiam Historica, præsertim quo ad ultimam partem, plurimum deservire potest. In ultima epistola citantur plures decretales Sũmorum Pontificum, quæ proinde illo ævo pro genuinis habitæ sunt.

Bernardus Pezius to. 6. anecdotorum fol. 86. affert Formatam ex Sæculo nono Ruodberti Epi. Metensis, quæ secundum præscriptum huius Ms. præfixos habet numeros ex litteris græcis compositos.

38.

III.

Christi XI.

Caput I.

Benefactores.

S. Heinricus II. cum S. Chunegunde.
Burchardus de Munzenheim.
dederunt
Castrum weissenburg.
Beringen et Ensisheim.
Rufach et Herrinheim.

Fausto omine occurrit donatio S. Heinrici Imperatoris subinitium præsentis Seculi, quod ob turbas Sacerdotium inter et Imperium ad finem satis acerbum fuit. verba Diplomatis sequentia sunt: Noverit omnium Christi fidelium nostrorumq; universitas, qualiter nos pro remedio animæ nostræ, parentumq nostrorum, nec non per interventum ac petitionem dilectissimæ coniugis nostræ Cunigundæ videlicet Imperatricis augustæ, cuidam Monasterio, Rinowa dicto, cui venerabilis Abbas Burchardus præesse videtur, wizinburc Prædium, quod nobis ab uno ex lege homine, Otteram dicto iustoiudicium iudicio adiudicatum fuit, situm in pago Cleggauue, in comitatu vero Radebotonis Comitis, cum omnibus eiusdem prædii pertinentijs, agris, areis, ædificijs, terris videlicet cultis et incultis, custificijs, mancipijsutriusq Sexus, pratis, pascuis, molendinis, piscationibus, silvis, venationibus &c. per hanc nostram Imperialem paginam concedimus, atq largimur &c. Wizinburc seu weissenburg in Cleggovia modo nullum amplius nominatur; dubium tamen esse non potest, antiquitus hoc nomine insignitum fuisse illud Castrum, quod postea Nova Kren Kingen, nunc vero simpliciter Kreuc kingen Schloss ad latus vici Bühl assurgens vocatur. Inde enim Nobiles de Wel senburg dicebantur, quorum omnium primus procul dubio iste Otteram occurrit: cuius stirpe deficiente Seculo duodecimo Nobiles de Kre Kingen, quorum antiqua Sedes haud procul in pago Alpegowe Zu alt Kruchingen prope Mellingen conspicitur, occuparunt, qui so quoqs de wel senburg ab hoc Castro teste Gselino nominabant. Hoc igitur Castrum S. Heinricus Almio donavit cum omnibus pertinentijs, quæ districtum satis amplum indigitant, et Binastriam quandam constituebant plures viculos continentem, nimirum Bühl, Niederen Selti Koven, Buchelco, ganzen, wyl, wasterkingen, Hundwangen, aichberg elq. Ex vita S. Notburgæ, quæ hoc Seculo vixisse traditur, constat, locum Bühl nondum in formam iustæ comunitatis excrevisse, sed paucas duntaxat casas hinc et inde positas adfuisse. Nec morari debet nomen Bradij, quod denominatur, nam antiquis

qualescunqs

XXX.

qualescunqs possessiones, quandoqs etiam satis amplas designabat. accedit, quod alias nec Regia munificentia dignum, nec Augustæ conjugis petitione congruum videretur. Vadian de obscuris verborum significationibus apud Goldast: T. II. f. 59. art: Hradj voce ceu generali significantur, quæ in nostra possessione sunt. Certe Sigeberti Gemblacensis in suo Chronico scribit: Hoc ipso anno S. Henricus dum conventum cum Rege Francorum Roberto haberet, tanta libera litate præsentes cunctos affecisse, ut opibus Regum Persarum aut Arabum posset comparari Imperatoris munificentia. Sanctæ vero Cunegundis Filiæ Sigefridi Palatini Rheni largitas in Nuria alias satis comperta est, quæ post maritum proximo ano defunctum, rebus omnibus spretis, seipsam ordini nostro donavit, ac tandem teste Lamberto Schafnaburgensi anno 1083. ad nuptias agni vixdc assumpta fuit.

ano 1077. Bertolfo iam non Duci Comitatus quidã ab Henrico IV. iusto judicio sublatus, et Ecclesiæ argentinensi donatus fuit. Rhoenf. T. 1. f. 430.

Pinastia ita, regio Lixo iusto Judicum iudicio, id est, ut nonnemo interpretatur, Fürst Joseph Landgrieff, adiudicata fuit, quæ olteram ex legis hominis fuerat. Homo ex lex legibus in obediente veteribus significabat, unde Du Cangius eiusmodi legem affert: L. infra tempus illud non venerit, pro ex lege tenebitur, cum Principi non obediat. Territorium, quod Codefrit iure tenere videbatur, et suis amisit culpis, ut Boiouriorum continet lex, Meichelbeck Hist. Frising. T. I. char. XXVII. apud desing f. 87. item f. 224. Ir gütter nuzzüng gefasset fürsten Hoffürsthil, Boudinne in loco rei sitæ, fürst Ir Vogtzlu oder Jost Landgrieff. eorum Ir selbs lagen, oder von ordenhalben, Fürsten fürsten rest. Desing Reichsgrafen T. I. Qua propter suspicor, Olteram suisse rebellem Legibus Imperatoris. Singulariter vero in hac donatione notanda est venatio, cum venationibus, quæ in nostris Diplomatibus hic primo nomine tenus exprimitur, et ut vult Crusius, à S. Henrico primitus monachis et Clericis concedi consuevit. verum Mabillonius iam Sæculo nono testatur, aliquando venatum ferarum concessum fuisse Monachis, ad obtinendum corium pro cingulis ac calceis conficiendis. videtur nihilominus hanc donationem haud diu in suo robore permansisse; nam vix uno intersluente Sæculo idem Castrum Weissenburg à Liutholdode wizinburg iteratò fuit Mario concessum. In confirmatione quoq omnium possessionum ab Henrico III. anno 1049. id est post 26. annos nulla fit mentio wizinburgi, licet illud, scilicet postliminio restitutum, recenseatur in Diplomate Friderici II. et postremo in vidimus Basileensi. Benigo Capista, qui Chartularium conscripsit, cum in præsenti Diplomate nomen Wizinburc legere non posset, licet prima Syllaba satis sit expressa, maluit scribere: quoddam prædium, loco wizinburc prædium; exquo

consequitur

consequitur circa medium sequentis saeculi, quo exaratum fuit Chartularium, iam suppterfugisse memoriam hominum, quamnam possessionem exprimeret praesens donatio S. Henrici. Credibile est ergo, vel eundem Hramum exlegem hominem haud diu post, maxime secuta posteriori anno S. Henrici morte, allodium suum violenta manu repetiisse* Cuiustamen posteri, rerum melius consciì, illud posthac Mnŭrio restituerint.

* vel illud à Mnŭrio certis sub conditionibus et pactis recepisse:

Datum est hoc Diploma IIII. Kal. Nov. Indic. VI. año Dominicae Incarnationis MXXIII. anno vero Domini Henrici II. regnantis XXIII. Imperij autem X. actum Herinstein feliciter. omnia concordant praeter annos regiminis, qui rotundi ponuntur, deficiente nimirum uno vel altero anno, quod in Diplomatibus non peregrinum. Herinstein teste clarissimo Schoepflino insigne Carthenon alsatiae est Hohenburg vulgo dictum, fundatum anno 800. ab Irmengarde Imperatrice Lotharij I. conjuge, ut refert Rhenanus. Irmengard soror erat Adelhaidis uxoris Conradi filij Welfi et fratris Ethiconis, quae secundis nuptijs cum Roberto forti effecta est mater Regis Francie eiusdem nominis. Schoepf: Alsac. Illust. T. I. pag. 753. 778. et seq. Subscribitur Guntherius Cancellarius vice Aribonis archicapellani, qui Archiepiscopus Moguntinus creatus fuit ano 1020. defunctus anno 1031. teste coevo Lamperto Schafnaburgensi. Sigillum impressum est formae maximae referens figuram integram S. Imperatoris sedentis in Throno. vide infine.

Inter Benefactores nostros S. Henricum censeri, adeo mirum non est, quam Henricum huius nominis quartum, qui anno 1071. sequentem donationem in Chartulario nostro relatum fuit. Noverit omnium tam praesentium quam futurorum industria, quicquid in villa Ensisheim, et in villa Berin ingin in pago Hegouwe in comitatu Ludowici nos habere videmur, ad Mnŭriam, quod dicitur Renaugia, pro remedio animae nostrae tradimus. data VII. Kal. aprilis ano Dominicae Incarnationis Domini Hanrici quarti Regis 17. regni vero 15. actum est autem ordinationis Basileae in Dei nomine Sumi feliciter. amen. Mirum inquam, est, hanc donationem ab Henrico fuisse factam, qui eodem hoc tempore, nondum quidem excommunicatus, sed tamen in deteriora iam totus prolapsus fuit, bona Ecclesiarum potius auferens, quam augens. certe Lampertus Schafnaburgensis testatur, in praesenti anno duas dignitates Ecclesiasticas in vicinia nostra ab Henrico magna pecuniae summa fuisse venditas. Meginwardo abbati Hildesheimensi augiae divitem pro multa largitione pecuniarum dedit, quam vis armata manu à Monachis eorumque advocato repulsus inter utramque abbatiam insuper thesauro destitutus remanserit. Nec melius actum cum Carolo Magdeburgensi Canonico, quem Fratres Constantienses S. Nic vocantur ad Lamberto, Cathedralis Ecclesiae inquilini, utpote aperte simoniacum

1071. Indictione 9. anno

aperte Symoniacum ab Episcopatu invasu ejecerunt, paulo post iussu Summi Pontificis, quicquid contra nitebatur Henricus, depositum, et ex indignatione extinctum. Propter quæ alii apud in umera mala, ut refert Trithemius in Chronico Hirsaugiensi, S. Petrus Damiani hoc eodem anno ab Alexandro II. legatus Francofurti Regem gravissima objurgatione comonuit. Quomodo ergo credibile, Monasterium nostrum ab Henrico tam liberaliter fuisse habitum? Credo, id factum procurante Rudolpho Advocato nostro Comite Reinfeldensi, qui cum Sponsa Regis Sorore ducatum Sueviæ contra Berchtoldum Zaringiæ postea Ducem obtinuerat, et apud Henricum tunc plurimum valebat. Certe Lambertus hoc eodem anno refert, per interventum eiusdem Ducis nobilis, filio Azonis II. ex Familia Fundatorum nostrorum, contra Ottonem Ducatum Boiariæ traditum fuisse. Augetur coniectura, quia præsens Charta data est Basileæ, haud procul Rheinfelda, cui proinpræsens Rudolphus fuerat. Nec dubito Diploma ante quadriennium ab eodem Rege pro restitutione Murij contra Episcopum Constantiensem datum, Rudolpho agente fuisse impetratum. Basileæ, in quam, data est hæc Charta VII. Kal. Aprilis, quod convenire videtur cum eo, quod scribit idem Schafnaburgensis, nimirum, Regem compositis post Natalem Domini Goslariæ celebratum in Boiaria regni negotiis, ad Rhenum rediisse, ac postea Coloniæ celebrasse Pascha, quæ illo anno incidit in diem 23. Aprilis, quo pervenire comode potuit à die dati Diplomatis, nempe 26. Martij.

Hinc credibile videtur Ensisheim notam esse in Alsatia villam haud procul Basilea sitam, qua enim alia gentium est Ensisheim? In libro pervantiquo feudorum pergameno fol. 6. et 24. referuntur bona in Ensisheim in feudum data Joanni de Tengen, quæ loste dicuntur hoffstett, quod significat certam possessionis qualitatem, non vero Hoffstetten in Hegovia, ut vult P. Renner, cum situm sit in Cleggovia: negs ex donatione Ludovici, sed Heinrici derivatur. videtur adeogs pagum Hegowe et Comitatum Ludovici reseruendum esse tantum ad posteriorem locum nempe Bersiningin, quod quidam interpretantur Peringen, alij Biesingen. verum probabilius intelligi debet vicus Berslininger seu Berslingen, quē chronicon Schafhusianum testatur adhuc Sæculo XV. extitisse in valle et Parochia Mörishausen, adeogs in pago Heggowe, quod modo penitus destructum est, ut vix vestigia pristini Situs supersint. Bernardus Pezius T. 6. Anectodorum fol. 251. aliquas Chartas affert, quibus Henricus IV. Monasterijs beneficia contulit. Huic donationi subiungo aliam de bonis quibusdam in Alsatia sitis factam, licet non constet de certo tempore, dum authenticum careat dato.

careat dato. adscripta est per manum Notarij Thetarij pro illorum temporum more Manuscripto cuidam referenti vitam S. Tarsei iam Sæculo decimo exaratam. Cum vero Scriptor Chartularij, qui post initia Sæculi duodecimi vixit, hoc authenticum non exhibeat, videtur potius referendum esse ad Sequens Sæculum. Sed minutum temporum non immoramur, cum de re ipsa constat. Alsaticas donationes simul obeculos ponere placet. Itaq; LXXXI. fol. ult.

Burchardus de Münzenhem et uxor eius Hazicha dederunt S. Mariæ et Congregationi Renaugiæ quicquid proprij habuerunt in Rubiaca s. id est in Rusach non incelebri oppido alsatiæ. / et agrum in Herinh: id est interprete Clarissimo Schœpflino, qui authenticum legit, in Herrenheim.

Item Hadelhelm et uxor eius Renza dederunt eidem Congregationi decem Scazza et unum jugerum. Hic sub nomine Scazzæ latere videtur certa et magna quidem mensura agrorum, maior sane iugero. Licet nomenclatores potius videantur subintelligere annuum censum aut certam pecuniæ summam.

Sigero et filij eius dederunt undecim Scazza, et duo iugera, et duas perticas s. quæ ultima mensura iugero minor est, qualis modo Rütg. o. Raugen. / et domum eidem Congregationi.

Henza dedit III. Scazza, qui singula cum domo et agris perpendesit, et quicquid vir nobilis Burchardus in Rusach possidebat, inveniet, donationes istas non fuisse exiguas. Et licet postremis locus non assignetur, dubitandum tamen non est, sitas fuisse circa Rusach et Herrenheim, quæ haud procul ab invicem distant, cum una simul Monio fuerint collata, et eadem in charta comprehensa. additur in fine testimonium Notarij his verbis: Ego Thetarius Scripsi et Subscripsi. Superessent et alij Benefactores huius Sæculi, qui ideo in Societatem bonorum operum fuerunt admissi. Sed quia eorum donationes expressæ non sunt, quod forte minores, aut in rebus dantaxat nobilibus extiterint, Nomina saltem eorum ex Necrologiis nostris referamus, ubi de fratribus conscriptis agemus.

Non tamen prætereundum, hoc Sæculo, forte sub Henrico III. elegantē copiam Principalis Fundationis ac Diplomatis Secundi Ludovici Regis factam. A. II. n. 94. fuisse, in cuius fine Sequentia adduntur: Censales homines Renaugensis Ecclesiæ nunquam ab aliquo Abbate cuiquam in beneficium concedantur, et coram nullo Comite vel aliquo Sæculari iudice regantur, vel bannum persolvant, aut aliquod iudicium faciant, nisi coram abbate et advocato, ubicunq; autem locorum sint, in Festo S. Ioannis Baptistæ in loco constitutis censum debitum solvant, tam in morte, quam in vita s. quibus insinuatur [illegible]. / quicunque autem aliqua temeritate hoc transgrediantur, iusto sociorum iudicio ad iustitiam constringantur, allode amittendo s. quod postea feudum dicebatur. / vel LX. solitos maioris monete prefate Ecclesie persolvendo.

Caput II.

Caput II

Advocati Saeculi III.

Primum ac Supremum Monasterij nostri advocatum hoc Saeculo se demonstravit S. Henricus II. Imperium adeptus anno 1002. Sancta mor-
te defunctus III. Idus Julias teste Hermanno contracto anno 1024. uno
nimirum anno postquam Castrum Weissenburg Monasterio donaverat,
de quo Capite praecedenti egimus. Recensetur in eo Diplomate Rate-
boto comes Cleggoviae, qui forte ordinarius Mnrij Advocatus fuerat.
Hic unus est ex progenitoribus Habspurgicis, vir alio in Diplomate
T. II. N. 188. coaevo bene expressus: quo proinde Clarissimus P. Hergottus in Sua
genealogia Diplomatica gentis Austriacae aprime est usus. Idem Rate-
bodo recensetur in actis Murensibus, quae hoc aevo magnam contentionē
inter doctos utriusque Mnrij viros concitarunt: P. Hergotto deprimente
auctoritatem istorum actorum, ut aetate multo posteriorum, nec ubique
veritati, praesertim in genealogia praxica consonantium: econtra Illus-
trissimo Principe Teidolino obscuritatem Diplomatum causante. Verum
his videtur plane superflua, licet cetera docte pertractata; Diplomata
enim actis declarantur, acta Diplomatibus firmantur. Similis contentio
ex praecedenti orta fuit de actorum Murensium Auctore, quem Clarissimus
Hist. Zar. P. Rustenus Heer in denudato Anonymo Murensi, assentiente Domino
T. 1. fol. 112. Schoepflino, vult esse Conradum Burglensem, Monachum primo S.
Blasianum, deinde Abbatem Murensem, postremo Praepositum Bürg-
lensem. Mavult R. P. Joannes Baptista Weiland Murensis auctorem
manere Anonymum, nec P. Rustenum suis coniecturis id assecutum, quod
valebat, contendit. His non obstantibus, manet suus Diplomati nostro
honor, quod exprimat unum ex certis prioribus Augustissimae Domus
progenitoribus. caeterum cum Rateboto Cleggoviae Comes dicitur, clar.mus
f. 337. P. Rustenus non improbabiliter Kanzelinum Ratebotonis Fratrem, dum
vocatur Comes Altenburgi, eiusdem Cleggoviae comitem esse intelligen-
dum, atque nullius alterius Altenburgi, quam illius, quod haud procul
Rhenovio Mnrio nostro subest, maxime, cum ex alia charta nostra multo
antiquiori, scilicet de anno 892. constet, Gozpertum Comitem ius dixisse
Altenburgi, minus tamen recte cum aliis supponens, eundem Gozpertum
simul fuisse Comitem et Abbatem, ut in Gozperto Secundo abbate nostro
ostendimus.

Juvat hic praecipua Capita Genealogiae Habspurgicae usque ad Rudolphum
I. Imperatorem attexere, cum ex posteris saepius nominandi sint in
historia nostri Monasterij, utpote per longius tempus eius advocati.
Derivant igitur citati genealogistae Familiam ab Etichone Alsatiae
Comite in Egisheim, qui iam ano 630. devixit, a quo per Etichonem II.
ac tandem per Gerhardum, qui obiit anno 1070. orta sit Familia Lotharin-
gica: per Adelbertum vero Fratrem Etichonis II. multisque aliis inter-
positis per Guntramnum Divitem Comus Austriaca: ac denique per Ber-
chtoldum Familia Zaringo-Badensis, ut in Speciali suo opere demon-
strat Clarissimus Schoepflinus. Nos prioribus emissis a Guntramno ordimur.

Guntramnus Dives
c. 970.

Rodebotho Comes Cleggoviae — — Berchtoldus Dux Carinthiae,
c. 1027. Marchio veron.
c. 1008.

wernharius
oHo II.
wernherus
Adelbertus
Rudolphus
Albertus

Berchtoldus Ducum Zaringiæ cum Salos ao 1078.

Hermannus Marchionum Badensium Salos ao 1074.

Rudolphus Lineæ Lauffenburgicæ.

Rudolphus Cæsar.

Conradus II. eodem anno, quo S. Henricus decessit, nempe 1024. Imperium et protectionem Mnrij nostri Suscepit. Bellum in vicinia nostra contra wernherum Kiburg. Comitem gessit. cum enim prædictus Comes et Ernestus seu Arioviſtus Dux Alemañiæ cum Guelfone Duce Boiariæ et Altorfij contra novum Cæsarem año 1025. rebellassent, hic arcem Kiburgicam año 1030. trium mensium spacio obsedit, atque obtinuit. anno vero subsequenti, cum idem wernherus et Ernestus arcem Falckenstein in Schwarzwalt destruxissent, à Manigoldo Nellenburgensis conradi Belli duce copiis augiensibus instructo die 7. augusti acie superantur, et occiduntur. Sub hoc Imperatore anno 1032. unacum Burgundiæ, ab ultima rege Rudolphio oblata, Imperio iuncta est altera pars Helvetiæ cisturanæ teste Mariano Scoto. decessit Conradus II. Nonis Julij anno 1039. relinquens filium hæredem Imperij, quem iam regem eligi fecerat anno 1026. Crusius f. 430. f. 433.

XXXI.

Henricum III. qui amplissimo Diplomate Mnrium in protectionem suam Suscepit anno 1049. In quo omnia privilegia, singulasque possessiones ordine recensitas confirmavit. vide Sigillum in fine: Supremam vero Advocatiam Sequentibus expressit: oportet nos loca Deo consecrata nostro consolari iuvamine, atque imperiali tueri munimine. Post quam Fundationem Restaurationemqꝫ Mnrij à volveno factam retulisset, et qualiter idem in jus et dominium Ludovici Regis et aliorum pꝫ illum Succedentium Regum et Imperatorum cum legitima libertate Mnrium manciparit, ea videlicet ratione, ut Subillorum defensione et immunitatis tuitione cum omni Jure et integritate consistat, subiungit: volumus, ut eum eodem jure sub nostra defendantur, et maneant Imperiali auctoritate pro remedio animæ nostræ, genitorisque nostri Chonradi Imperatoris, nostræque genitricis Gisilæ etc. Recensentur autem in hoc Diplomate Sequentia loca: In pago Turgöwensi, Martella, Helchenhowa, Holzheim, Rödelfingen, Trullinhowa, Berihinhova, Truttinhova, Stat, Stamheim, Nuzbma, Morinswileri: et in Albegowe, cellam, quæ dicitur Alba, Aloffa, walKischa: Seu quicquid illi in Italia in pago veronensi, et Tortonensi hæreditario jure provenit, id est Curte nova, chedrum, et Rubesel: et in pago clechgöwe, Hecklinga, Sibilinga, Hovestat, Heidestat, Aldenburg, Balba, Suabowa, Rossa, wolvenesuiti, wichlinga, Hasselacha, Arzinga, wizwila, Lochringa. vici Sunt

vici sunt omnino teigintaduo, licet nueti fuerint omissi.
Pronuntiantur autem iam alia dialecto, nam Helchenhova significat
Kelken, Beilshinhova Buchau, Hechtelinga Gächlingen, Heidestat
Jestetten etc.
Sicut pro nonnulla expressa sunt, quæ hoc tempore iam à Mnio distracta
fuerunt, ut Stamheim, Cella alba etc. ita in his simul confirmata con-
sentur, quæ ad Mnium legitime hactenus pervenerant, licet eorum
nomina reticeantur. De locis tamen in Italia sitis merito dubitan-
dum, an iam fuerint amissa, cum in hoc Diplomate primum suis
propriis nominibus singilatim vocentur, quæ in præcedentibus
chartis expressa non sunt, unico tamen Gaves excepto. Sane pagus
veronensis iugiter sub Imperio Germanico perstitit, primum quidem
sub Marchionibus Welfis ex stirpe Fundatorum nostrorum, deinde
post medium præsentis Sæculi idem Bertolfus hoc in Diplomate
nominatus simul Marchio veronensis constitutus fuerat, unde nomen
Marchionis nepoti eius Hermanno cunctæque Familiæ postmodum
Baadensis accrevit, ex quibus plures eundem Pagum tum nomine Im-
perij, tum etiam proprio rexerunt, ut videre est in Tomo 2° Historiæ
Zaringo-Baadensis clarissimi Schoepflini.
Cellam Albam nonnemo S. Blasianus ideo huic Diplomati inseri tam
fuisse voluit, quod Rhenaugienses eandem Cellam ut propriam ab Im-
peratore sibi restitui contenderint, cum eius Parens Conradus Salicus
eam Libertate donasset. Sed nihil exstat in monumentis Archivij nostri
de eiusmodi repetitione: Imo Conradus Cellam S. Blasij non tam à
subiectione liberavit, quam eam de nove Ecclesiæ Cathedrali Basi-
leensi subiecit, exemplum in hoc prædecessoris sui S. Henrici secutus,
qui ut Monasterium in Stein aliaque eunivit Bambergensi Episcopatui,
ita, nisi morte præventus, fecisset Mnio S. Blasij. Per me tamen
suspicari licet, Rhenovienses hoc tempore nondum omnino juribus
suis in prædictam Cellam renuntiasse, coniectura ex eo ducta, quod
Ms. CIII. Monachi nostri donationem Sigemari disertis verbis hoc Sæculo co-
dicibus suis intulerint, de quo aliqua recurrent dicenda postremo
Capite.
Additur huic Diplomati amplissima Clausula, cum Ecclesiis cunc-
tisque Ecclesiasticis rebus, cum mancipiis, curtilibus etc. et quod præ
omnibus Speciali consideratione dignum: cum vectigalibus, quo
exprimuntur Regalia Jus Zolls, Jus Münzen etc. Subscribitur
denique Winitherius Cancellarius, qui Theodorico anno 1047. in
Episcopum Constantiensem electo Successit: vice Bardonis archi-
cancellarij, archiepiscopi Moguntini, qui decessit anno 1051. data
V. Idus Julij anno Dominicæ Incarnationis 1049. Indictione 2.
anno autem Heinrici III. Regis, Imperatoris II. sinihil clarius
pro distinctione Henricorum exprimi poterat: ordinationis eius
XXI. Regni quidem XI. Imperij autem III. in Nomine Dñi, actum
aquis felicter

aquis felicites. Amen. omnia concordant. Refert hoc Diploma abbreviatum Tschudius in chronico parte I. ad annum 1079.

Præterundus hic non est Berchtoldus, qui in præsenti Diplomate hisce nominatus: Monasterium Renaugia nominatum in Turgowensi pago in Alemannico Ducatu in Comitatu Bertoldi comitis. Adducit hoc Diploma clariss.mus Schoepflinus inter alia pro asserendo Berchtoldo filio Zaringo-Badensis Selose, cui idem Henricus annulo pro arrha dato Ducatum Suevia promiserat: Sed mortuo Henrico Agnes Imperatrix, quæ Imperium loco Henrici IV. filij ad tempus administrabat, eundem Ducatum Rudolpho comiti Rheinfeldensi una cum Filia Sponsa dedit, ex quo multæ æmulationes exortæ. Berchtoldo tamen in compensationem datus fuit Ducatus Carinthiæ, comitatus veronensis, et præfectura cum Advocatia Turicensi. Imo Henrico IV. in profundum malorum submerso, amicitia reintegrata est Rudolphum inter et Berchtoldum, cuius filius illius filiam in matrimonium accepit, et electo in Regem Rudolpho contra Henricum gener adhæsit. Juvat partem huius genealogiæ pro gloria tanta domus, cuius stipitem exhibet Diploma nostrum, subnectere. Itaque Berchtoldus noster obiit anno 1077. Sepultus Hirsaugiæ, relictis tribus filijs Bercholdo, Hermanno et Gebhardo, qui anno 1083. in Epam constantiensem electus fuit, prius Monachus Hirsaugiensis. anno 1094. Synodum Constantiæ celebraverat, in qua quatuor tempora stabilita sunt ac hebdomadas primam in quadragesima et infra octavam Pentecostes. Item tres tantum dies Festi in Pascha et Pentecoste statuti. obiit anno 1110. §. 36.

Berchtoldus II. Dux Zaringiæ ab arce Zaringa in Brisgovia supra vicum eiusdem nominis posita sic dictus, Fundator Monij S. Petri, quod prædictum vicum paucis abhinc annis comparavit, ibidem cum Successoribus sepultus, Sator Ducum Zaringorum, qui tamen in Berchtoldo V. expirarunt.

Berchtoldus III. Friburgum Brisgoiæ condidit anno 1120. ubi Schoepflinus notat nullas urbes antiquis Germanis fuisse. Conradus filius Berchtoldi III. Advocatus S. Blasij a Rustenо Abbate anno 1132. fuit electus, quod Monasterium à Conrado II. in feudum Episcopo Basileensi datum fuerat anno sui Regiminis primo, licet maneret in Diœcesi Constantiensi, ut refert clarissimus Schoepflinus, notans ex codice S. Blasiano Sæculi XII. ad annum 1025. Hæc formalia: Cella S. Blasij Basileensi Episcopo traditur. T. I. fol. 99.

Berchtoldus IV. filius tertij frater Conradi, Rector Burgundiæ Friburgum Helvetiorum condidit. obiit anno 1178.

Berchtoldus V.

Bercholdus V. Bernam condidit ano 1191. destinatus Imperio, quod acceptis mille XI argenti Marcis Philippo Sueco cessit. cum eo expirant Duces Zasingenses anno 1218.

Hermannus Marchio filius Berchtoldi I. filius Fratis II. Satoq; stirpis Baadensis adhuc dum Superstitis in duobus ramis altero jam jam exarescentis, relicta uxore et liberis Juvenis factus Monachus Cluniacensis paucis postea annis Sanctitate celebris obiit. Filius eius Hermannus II. acquirit Baadam et Hochbergam. de quorum posteris videantur plura in Sæpe citato Schoepflino. unum noto ex eadem Familia Sanctimenia celebrem, et alterum Bernardum Gustavum, de quo Suo loco.

Cæterum de Henrico III. Imperatore adhuc ex Hermanno contracto notandum, quod anno 1049. Synodum et Conventum maximum celebraverit Constantiæ Sub Eberhardo Episcopo Fratre warmanni Kiburgici, cui forte intererat etiam Abbas Rhenoviensis, ubi pax universalis Lauffriba, qualis alias nunquam, firmata fuit. Refert idem oculatus testis, hunc Cæsarem anno 1048. Dedicationi augiæ interfuisse Sub Theodorico Epō Constantiensi, et Bernardo augiæ abbate piissime. Certe Sæpius in Helvetia præsertim Tiguri et Soledori comoratum fuisse Henricum, ex auctoribus coævis constat, quod etiam uno anno ante mortem ipsius factum fuisse testatur idem Hermannus, qui addit, Imperatorem per ripas Rheni in inferiorem Germaniam descendisse. obiit anno 1055. relinquens Filium Successorem æquivocum Sexennem.

Henricum IV. cum inter Benefactores retulerimus, æquum est ut inter Advocatos Supremos referamus. distinguenda sunt tamen tempora diutissimi eius Imperij, cuius initium Mnrio nostro maximum, medium bonum, finis pessimus. Non loquor de illo tempore, quo Sub tutela Agnetis Matris et S. Annonis Archiepi Coloniensis Rege puero existente satis pacate videbantur res nostræ decurrere; verum mox ut istis monitoribus Solutus fuit, vix quindecim annorum Juvenis circa annum 1063. Mnrium nostrum Rumoldo Epō Constantiensi in beneficium dedit. Cæce initium malum? restituit tamen Monasterium pristinæ libertati Diplomate adhuc extante anno 1067. in quo Suppremam Suam tutelam luculenter ostendit, inter alia Sic inquiens: Prædictum Mnrium propriæ libertati concessimus, ut ex hac die et deinceps neque Epus, neque ulla alia persona eundem abbatem eiusque Successores, seu fratres inibi degentes audeat inquietare, ut liberi et quieti pro nostra Salute Omnipotenti Deo die noctuque preces valeant effundere. In fine additur: Sigehardus Cancellarius vice Sigefridi archi cancellarij recognovi. Data VI. Idus Junij anno Dominicæ Incarnationis

minicæ Incarnationis 1067. Indictione V. anno autem ordinatio-
nis Domini Henrici IV. Regis XV. Regni vero XI. scilicet à mor-
te Patris. actum Augiæ feliciter. amen. Chartularium habet Augiæ,
s: anno 1063. VI. Idus Junij Henricus fuit augiæ teste Tschudio. Regino
loco augiæ scribit Augeæ ad annum 859: s. R. J. geroldus putat Sub-
stituendum Augustæ, ubi Imperator hoc anno quidem celebravit
festum Purificationis, sed in Junio iam inde discesserat. Potius ergo
ex hoc Diplomate sano et integro videtur inferendum, coævis auc-
toribus non contradicentibus, Regem hoc tempore revera fuisse in
Augiensi Mnrio, ubi eum cum Rumolfo convenerint Rudolphus
Advocatus et gerungus Abbas noster. certe Scriptor Chartularij vix
uno Sæculo posterior in ea Sententia fuit. Hoc ergo Diplomate Advo-
catiam in Mnrium nostrum exercuit Henricus: quin imo plura
ex suo liberaliter adjecit anno 1071. ut supra vidimus. Ecce medium
bonum! at vero eodem Rege posterioribus annis in pessima ruente,
Ecclesias spoliante, omnia sursque deque vertente, Mnrio quoque
nostro maxima illata sunt mala, Ecce finem pessimum! satis
demonstratur iste finis ex Litteris Successoris et filij Henrici V.
qui in præcepto anno 1108. dato fatetur: Propter dispensionem, .XLII.
quæ temporibus Patris eius facta fuerat, multa inordinata, et injusta
pene ubique peracta fuisse, ac nominatim de Mnrio Renaugia
nomine beneficia plurima distracta et ablata esse, Advocatum
terminos iuris sui transgressum, Secundos Advocatos Substitutos,
Placitum contra antiquam loci consuetudinem habitum etc. De-
cessit tandem in excomunicatione Cæsar Sabinitium Sequentis
Sæculi anno 1106. unde malorum nullus cum Sæculo isto finis.
Advocatos ordinarios quod attinet, ex allegatis Litteris patet, eos
nunquam defuisse Mnrio, sed non semper propitios, licet nullus
in chartis expresse nominetur. Unicum non dubito nominare
Rudolphum Comitem Reinfeldensem Ducem Suevie, ac denique
Regem agente S. gregorio VII. contra Henricum anno 1077. In addition.
electum. genus huius Principis exprimitur in genealogia ad Schasnab.
actis Murensibus præfixa, quæ incipit hoc modo: Ista est genea-
logia nostrorum Principum. Theodoricus Dux Lotharingorum et
Chouno Comes de Rinfelda Fratres fuerunt. Horum Soror fuit Ita
Comitissa de Habespurg Reparatrix huius Murensis Coenobij.
Et paucis interjectis: Chouno Comes de Rinfelden genuit Ru-
dolfum Regem. Advocatiam huius Monasterij nostri gessisse
refert Jacobus Merck fol. 113. et R. J. Tridolinus ad fontem: imo
ipsa fata nostra cum ipsius fatis alternantia id haud obscure decla-
rant. Dum enim aulæ se propius insinuasset vir omni virtute
præsertim bellica

præsertim bellica, qua Saxones devicit, præstantissimus, beneficia
iam memorata Mnrio nostro conciliavit. At ver[illegible]nor ut arma contra
cæsarem novit ejus tyrannidis impatiens, et maxime postquam infelici
pugna anno 1080. occubuit, Rhenangia omnibus malis fuit exposita. Certum
enim est, Rhenaugienses nostros jugiter partes Pontificias ac Rudol-
phianas fuisse sectatos; neque enim aliàs tot persecutionibus pa-
tuissēt, non obrupissent Consortium cum S. gallensibus Henricianis,
non adhæsissent Hirsaugiensibus, Petershusanis, Schaffhusianis con-
stanter ~~adhæsissent~~ Catholicis.
Ut autem rude saltem Systema horum temporum formari possit, audiamus,
quid historici coævi tum in genere, tum ex vicinia nostra referant.
Lambertus Scafnaburgensis narrat fuse, Disciplinam Monasticam
fuisse labefactatam, plerisque Monasteriis in Beneficium per simonia-
cam pravitatem datis, qua se ipsi etiam Monachi inquinare non
dubitaverint. Clerici insuper plerique uxorati. Anno 1069. mortuo
Rumoldo constantiensi intrusus fuit Carolus Simoniacus, sed
paulo post ejectus. Pro quo Henricus substituit Ottonem: Sed ambo
cum cæteris adhærentibus à Gregorio VII. anno 1076. excomunicati.
Crusius f. 461. ... 468. ... 480. anno 1077. Rudolphus in Regem electus eundem Ottonem expellit.
Henricus econtra Sueviam vastat, Berchtoldum Zaringensem a specta
Rudolphi ejicit. anno 1082. Gebhardus Berchtoldi frater, ex Monacho
Hirsaugiensi fit Epus Constantiensis, quem depellunt Henriciani
coriphæo Ulrico III. S. Gallensi anno 1092.
apud Gold. T. I. f. 68. Has S. Gallensium Controversias sub Ulrico III. abbate satis lucu-
lenter describit Burchardus Monachus eiusdem Mnrij, qui Scripsit
ad initium Seculi 12.tij nisi quod totus quantus pro partibus Schis-
maticorum perstet. Itaque continua bella contra Ekkardum abbatem
Augiensem fratrem Burchardi Nellenburgici, et Epos constantienses
Catholicos gessit. cum enim Ekkardus ad Summum Pontificem profec-
tus in itinere fuisset captus, ulricus augiam invasit. Sed rever-
sus Ekkardus ope Berchtoldi ulricum ejecit. Hic vicissim Bri-
gantium, Kiburgum, Toggenburgum evertit. Econtra Ekkardus
Luitoldum in Abbatiam S. galli intrudit, quem illico deturbat
ulricus. Burchardus supra memoratus, propagator Monasterij Schaf-
husiani, terras S. galli vastat. Gebhardus frater Marchionis Be-
rchtoldi Sti aurelij monachus, Duce utique Suadente, ex stirpe
fundatoris nostri, à quodam Hostiensi Epo, ut putabant, sed verba
sunt Burchardi Schismatici c. 7. et Romanæ Sedis legato, Ottone
Epo adhuc vivente, constantiensis Epus effectus est, ab eodem
Guelfone constantiam introductus. Schoepfl. T. I. fol. 62. ulricus
armata manu contra Eberhardum Berchtoldi fratrem constantiensē
Epm primo Ottonem, deinde Arnolfum Schismaticos intrudit, jam
factus ab Henrico Patriarcha aquileiensis, à Papa Clemente scilicet
antipapa confirmatus, quin Abbatiam S. galli dimittere et. Hæsuit

Arēnus

Strenuus Belli dux S. Gallo annos 46. conqueritur porro amare Scriptor ille Monachus S. gallensis, quod aliorum Monasteriorum Religiosi, praesertim S. Salvatoris in Schaffhusen, S. aurelij Hirsaugiæ, et S. Blasij s. quidni et Rhenaugiæ, S. gallenses veluti excommunicatos, et paralysi infectos aversati fuerint, adeo contemptibiles et exosos etiam aliis fecerint.

Inter hæc Rudolphus in prælio iuxta Oltram fluvium occiditur, qui teste Lamberto ante triennium Forchemij electus fuerat, media quadragesima anno 1077. a Moguntino archiepiscopo inunctus. Finit hic Historiam suam Lambertus, quo nemo puriusve teste Mabillonio annal. Ben. Sæc. XI. Historiam germaniæ huius ævi Scripsit, hic studio calamum retrahens, ne alli parti, contra historici munus, nimium favisse videretur. Quo occiso Henricus Imperator Berchtoldo Rudolphi genero Ducatum Sueviæ, cui Successerat, ademit, et Friderico Comiti stausensi concessit. Suffectus quidem Rudolpho contra Henricum fuit Hermannus anno 1082. qui et ipse cum vicinis Dynastis nostris partes Antistitias præsertim adversus Ulricum S. gallensem egregie tutatus aliquamdiu est: sed anno 1086. deposuit Regnum, et paulo post vitam, tyrannidi Henrici locum cedens, quin tamen defuerint, qui iustam causam tuerentur; inter quos Theodoricus quondam Monachus Hirsaugiensis, tunc Abbas Petrusianus, Gebhardum post liminio Sedi Constantiensi restituit anno 1105. Crusius fol. 480.

Ex hac Confusione facile conjici potest, Mnio nostro inter herbas, quæ ad muros quoque Rhenaugiæ Islingen, Elken ely; penetrarunt, haud licuisse manere quieto: maxime cum per id tempus, teste Dodechindo ad annum 1090. continuatore Hermanni, Catholici in Ecclesia rari habebantur, Schismatici vero plurimi. Satis constat ex Litteris Successoris Henrici V. ab excommunicatis Mnio nostro plurima damna fuisse illata. Probabile est Rudolphum in Regem electum unacum Ducatu Sueviæ etiam Advocatiam Rhenaugiensem Berchtoldo genero tradidisse. Contra quem Henricus alios Advocatos et quidem magni nominis partibus Suis faventes instituerit, qui alijs Advocatis minoribus vexandum Monasterium nostrum exposuerint, quorum præcipui erant Lenzburgenses.

Caput III.

Caput III.

Abbates Saculi III

XII. Burchardus I.

Post initium huius Saculi anno incerto Burchardus abbas huius nominis primus Successit Notkero, qui in Diplomate S. Henrici de anno 1023. hisce nominatus: Monasterio Rinowa dicto, cui venerabilis Abbas Burchardus praesse videtur. obtinuit ergo insigne Castrum Weissenburg cum vicis adiacentibus praesertim Parochiali Bühl, ubi circa hoc tempus, aut paulo citius, ut refert traditio, S. Notburga, Patrona Gleggoviæ, Mater novem geminorum, virtutibus ac miraculis inclaruit. Mabillonius Jo. IV. anal. f. 323. de Burchardo nostro haec Scribit: Hoc item anno Burchardus Campidonensis et Rinogiensis obiit teste Hermanno, eique Rinaugiæ Birchtilo abbas Substituitur: ubinam Hermannus haec referat, T. I. f. 274. hactenus non inventum. Sed neque cum Bruschij ac Crusij Abbatum et 423. Campidonensium Cathalogis convenire videtur, qui Scribunt abanno 1011. usqs ad annum 1044. praefuisse Campidonæ Eberhardum Hertenstein de wineda. quidam nostrorum existimarunt, Burchardum non fuisse abbatem, Sed tantum Monachum Campidonensem, et postulatum Abbatem Renaugiensem. Verum neque hoc satisfacit verbis Mabillonij, qui eidem Burchardo alium quoqs Successorem Campidonæ Substituit his verbis: Ernestus vero Dux alemanniæ, interpellante Matre Conrado reconciliatus, Campidonensem loco beneficij Abbatiam accepit, Suisque militibus distribuit, nec multo post iterum rebellavit. Cum ipsum Originale F. Hermanni gratiose mihi die 19. Aug. 1769. concessum, pro oculis habeam, haec ex ipso, quæ in editis nostris desiderantur, exscribo: ad annum MXXVI. Ernest Dux Alemanniæ cum eo ipso anno interpellante matre pacificatus, Campidonensem loco beneficij Abbatiam accepit, Suisqs militibus distribuit, nec multo post pravo aversus consilio iterum rebellavit. Ipso anno Constantiæ Heimo Epūs subita morte pleuresi tactus decessit, eique Warmannus Successit annis ferme VIII. Burghardus quoqs Campidonensis et Rhenaugiensis abbas obiit, eiqs Rhenaugiæ Birhtilo abbas Substituitur. Brun. Augustensis Epūs, et welpho comes praelijs et incendijs inter Se mutuo debachantur. Mirum! Si tantus vir Mabillonius haec omnia ex Suo conjinxit nulloideneo teste Suffultus, imo Hermannum Coævum Scriptorem falso citans. Totius credidem illos Historicos Supra allegatos haec eadem ignorasse, et Mabillonium revera ista in Hermanno ubicumque demum legisse, certe Eberhardus Campidonensis ante regimen Conradi Cæsaris nihil

memorabile

memorabile fecisse refertur, tempusq; sufficiens eidem supereſt, si post Ernestum, qui haud dia illam Abbatiam tenuit, collocetur. Praecessor Burchardi in campidonensi abbatia fuit stephanus Taradus, qui Lamberto Episcopo Constantiensi in regimine, extitit adjutor strenuus: potuit forte hac via innotescere Rhenovio Campidonum. Extat in Musaeo nostro praeclarum Ms. quod ad finem praecedentis Saeculi Campidoni Scriptum fuerat, praesenti vero Rhenovium venit, in eoque aliqui Abbates Campidonenses praeter plures Rhenovienses notantur: de quo suo loco plura occurrent dicenda. Caeterum cum Burchardus ante annum 1011. abbas Campidonensis fieri non potuerit, nos eum Abbatem Rhenoviensem ante constituimus, prorogato regimine Notkeri usq; ad illud tempus. Decessit teste Hermanno vide Mabillonio anno 1026. et quidem die 15. Septembris, quo notatur eius obitus in Calendario Ms. 74. 2. Ei

Crusius f. 423. l. XXXIII.

XIII. Birchtilo

Abbas substituitur, ut verba allegata Mabillonij sonant, id emgo in utroq; codice citato adscribitur ad diem 3. Aprilis parum mutato nomine; in Ms: enim 74. 2. Birchtilo Abba. in octogesimo tertio vero Birtilo abbas n.c. id est nostra Congregationis. Circumferebatur is ipse in spuriis Copijs libri Fratrum conscriptorum Murij S. galli. Verum ex alibi monstratis constat, in originali nec Birchtilonem, nec alium huius Saeculi Abbatem reperiri. Sufficit tamen tum coaevi auctoris P. Hermanni in chronico ad annum 1026. testimonium, tum etiam domesticum in duobus Necrologijs nostris ad asserendum in monumentis nostris superesse, pacato satis sub Conrado II Imperia, nisi dum sub initium sui regiminis Comitem Kiburgensem in vicinia, atq; Berchtoldum debellavit. In alio libro Ms. S. gallensi, qui proprie Necrologium seu tabulas Defunctorum exhibet, notatur ad diem 3. April: Birchtilo abbas de Rinaugia. Annus obitus incertus poni comode potest circa annum 1029. Eum subsequitur

XIV. Richardus.

Qui amplissimam privilegiorum confirmationem maximo Murijbono ab Henrico III. obtinuit die 11. Julij festo commemorationis S. P. N. Benedicti anno 1049. Sic enim idem Imperator ait: Venerabilis abbas Richardus nostris obtutibus praesentavit quoddam privilegium, cui erat insertum, qualiter pie memoriae Vir Wolvini pro remedio animae Suae propinquorumque Suorum felici commemoratione Monasterium, Renaugia nominatum, prius ab impijs hominibus neglectum, atque pene destructum, ob amorem Dni N. Jesu Christi eiusque Sanctae genitricis Mariae perpetuae virginis, nec non in honore S. Petri Principis Apostolorum, et S. Blasij Martyris, sincera devotione readificavit, et restauravit.

cetera videsis

cetera videsis capite præcedenti. Male tamen ex relatis verbis quidam notarunt, Richardum aram S. Blasij reædificasse, hoc enim de alio Abbate Scriptum postea referemus.

Melius suspicantur Analistæ nostri, Richardum præsentem fuisse Dedicationi altaris facta a S. Leone IX. in primordiis Fundati Mnrij Schaffusiani anno 1052. tametsi id nulla certa auctoritate probent. Quod autem hac occasione S. Leo Rhenaugiam venerit, atqs Richardo Jerosolymam profecturo benedictionem fuerit impertitus, ambiguum
fol. 44 plane ac voluntarium est. Chronicon Schaffusianum cum Trithemio testatur, Leonem IX. anno prædicto consecrasse aram S. Salvatoris, quæ intelligenda non est extitisse in ipsa Basilica nondum ædificata, sed potius in sacello quodam parvo hodie usibus profanis de-
in chronico. putato. Tschudius testatur, hanc consecrationem factam fuisse die 23. Augusti eiusdem anni. certum equidem est, S. Pontificem utpote germanum ex gente Tagsburgica ortum, germaniam iterato invisisse, ibiqs diutius commoratum. Eodem anno Wormatiæ Conventum celebravit, Augustamqs pertransiit. imo iam ante triennium occulato teste Hermanno Augiæ festum S. Clementis celebraverat: referente Trithemio Hirsaugiam advenit, et Adelbertum Comitem Calvæ ex sorore Nepotem agente Wiltrude eius Coniuge adhortatus est, ut Monasterium neglectum, in quo quidam Sæculares tantum Clerici habitabant, restauraret, ac Monachis restitueret. Quibus peractis Moguntiam Synodum 42. episcorum celebraturus perrexit. addit Trithemius: Iste Sūs Papa Leo IX. multa in germania bona fecit, Ecclesias, Capellas, et altaria in diversis locis absqs numero propria in persona consecravit. Inter hæc sacellum primævum Schaffusiæ fuisse, facile adducor, ut credam, maxime cum S. Leo Eberhardo quoqs fuerit cognatione iunctus.

Juvat hic non nulla de initiis vicini Monasterij subiungere, quod modo religioni et ordini nostro ereptum est. Itaqs Eberhardus Fundator Mnrij Salvatoris et omnium Sanctorum potentissimus comes Nellenburgi, filius Ebbonis, virtutibus et miraculis hoc tempore
Ms. 18. claruit: eius festum in quodam Ms. sed posteriori manu assignatur ad diem 26. Martij. Post duplicem Romæ et alteram compostellæ peregrinationem sex annis humilis Monachus in proprio Monasterio factus, tandem annis et meritis gravis decessit circa annum 1070. Lectissima eius coniux ex Comitibus de Kiburg non minus Sanctitatis fama illustris post mortem Mariti Mnrium S. Agnetis erexit, et ingressa est, adstipulante Burchardo filio, qui in regimine comitatus Petri Successerat. Inter reliquos Filios uto factus est archiepus Trevirensis, mortuus anno 1077. Eckardus Abbas Augiæ, de quo supra non nulla commemoravimus. Albertus adhuc juvenis domi obiit: duo reliqui in prælio contra Saxones pro Henrico IV. Duce Rudolpho

Duce Rudolpho anno 1075. occisi. undenam primi duodecim monachi in novum Mnrium à S. Eberhardo acciti fuerint non memoratur, Ex Hirsaugia esse non poterant, cum restauratio illius Monasterii illo tempore nondum fuerit perfecta: imo S. Wilhelmus Hirsaugiensis primum a Burchardo anno 1079. fuit invitatus. De qua re sequentia scribit Trithemius: Sigefridus monachus nostri Coenobij cum S. Patre Wilhelmo Monasterio Schafhusen nostri ordinis constantiensis Dioecesis per eundem Wilhelmum Abbas ordinatus est: quod Monasterium vetustate pene collapsum S. Pater pulchro tabulatu instaurans Monachis et Abbati praedicto donavit. Mirum vocari Mnrium vetustate collapsum, quod nondum 30. annis steterat, potius dicendum, ex incunabulis nondum satis emersum adolevisse. Fuit tamen praedictus Sigefridus Hirsaugiensis non primus sed tertius Schafhusiae Abbas, cum Secundus fuerit Liutolfus, primi vero Abbatis nomen omnino incompertum sit. Id constat tam ex Stumphio, quam ex Chronico Ms. Schafhusiano, quod affert aliquod fragmentum Instrumenti Dedicationis in hunc modum: anno 1064. Regnante Henrico IV. admodum adhuc puero dedicatum est templum Domini in hoc loco, qui Scephusa dicitur, à Rumoldo constantiensis Ecclesiae Praesule in honore S. Salvatoris p. Sub Secundo istius Mnrij Liutolfo p. Extat in Musaeo nostro Codex Scriptus à Joanne Trechiler anno 1467. exhibens vitam S. Eberhardi cum fundatione Mnrij, sed stilo adeo simplici, fabulis et contradictionibus admixtis, ut exiguam fidem mereatur. Proinde nec credendum, ubi ait, locum, ubi nunc civitas visitur, silvam fuisse, condensam latronibus infamem, nullumque aedificium adhuc extitisse praeter unicam casulam cuiusdam Eremitae, qui viatores rheno transveheret. certe chronicon Schafhusianum alia fundamenta suppeditat, ex quibus eruitur, iam tunc vicum aliquem ex superiori parte ubi Biesingen olim Parochialem respicit, adfuisse, ut constat vel ex litteris fundationis, in quibus vicus Schafhusen Monasterio donatur. quamvis fatendum sit, urbem hanc, sicut alias similes, sua incrementa ac perfectionem debere Monasterio.

L. S. c. 17. fol. 53.

CCXLI.

Sigefrido in Abbatiali munere successit Gerhardus Italus natione vir egregius, sed germanis invisus, qua propter abdicata abbatia Jerosolymam petiit, sacrum Sepulchrum armis vindicavit, cuius et custos fuit electus. Sed redeamus ad nos nostrosque Abbates.

Stumphius Crusius fol. 511. anno 1097.

Richardus abbas noster non minus Jerosolymitanum iter suscepit, de quo sic scribit Hermannus contractus ad annum 1050. Werinharius Frater meus Augiensis Monachus admodum doctus, et religioni vere deditus

Crusius f. 545.

rere deditus juvenis cum alio Monacho Luithario studio vitæ perfectioris flagrans peregrinationem clam pro Christo aggreditur, litteris remissis licentiam abbatis postulans, et impetrans, Et sequenti tempore Richardus Renaugiensis Abbas et Henricus item augiensis Monachus, hoc exemplum secuti, relictis omnibus idem propositum aggrediuntur. Cum Hermannus anno 1054. obierit, necesse est, hoc iterum captum esse anno 1050. nec magnum temporis spacium inter profectionem Werinharii et Richardi interfluxisse. Huiusmodi profectiones illo ævo frequentissimæ fuerant. Sic enim Lambertus Schasnaburgensis de seipso dolens scribit: Sine benedictione abbatis se Jerosolymam anno 1058. profectum fuisse, et sequenti anno redisse. Sic anno 1065. teste Marriano Scoto 7000. Germani cum Moguntino aliisque episcopis idem propositum secuti sunt. Interpolator quoque Ekeli in Ms. 83. ad annum 1140. adnotavit magnum iter in terram Sanctam quod Lambertus et Martinus ad annum sequentem referunt. Redisse Richardum scribit Humphius, et quidem cruce instar Equitum Jerosolymitanorum signatum, quidni et Reliquiis onustum, quarum magnam copiam ex illis partibus exhibent nostra Ms. Obitus Richardi incerti anni assignatur in Necrologio huius Seculi ad diem 16. Februarii his verbis: Richardus abbas n.e.

XXXIX. Ms. 711. 2.

XV. Gerungus,

Quem Bucelinus Cherungum seu Gerwicum vocat, præfectus est Murrio nostro circa annum 1060. nam in Chronico Schaffhusiano et aliis monumentis scribitur præsens fuisse Dedicationi Ecclesiæ Schaffhusianæ facta à Rumoldo Epō anno 1064. his verbis: Tertio nonas Novembris Murum novum Schaffhusij in honore S. Salvatoris et omnium Sanctorum dedicavit Rumoldus Epus Constantiensis, præsentibus Abbatibus Hermanno Einsidlensi, Imone Tabariensi, Heinrico Weingartensi, Arnoldo Petershusano, Gerungo Renaugiensi, et Wernero S. Blasiano. Porro ista Basilica, à S. Eberhardo ædificata, postmodum à Sigefrido Abbate adiuvante Burchardo Comite multo augustior, ut nunc visitur, columnis integris reædificata fuit, ut denuo consecrata anno 1104.

fol. 45. Rumpf. l. 5. c. 17.

XVI.

Rumoldus Epus Constantiensis.

Abbatiam nostram in beneficium ab Henrico IV. accepit circa annum 1065. Sic enim Imperator ipse in Diplomate dato anno 1067. testatur: Noverit omnium tam præsentium, quam etiam futurorum industria, qualiter Rümoldus constantiensis Epus impetravit à nobis in Beneficium quoddam Murum quod Rinaugia dicitur. Hoc enim tempore, remoto ab administratione Imperij S. Annone, Adalbertus Epus Bremensis occasione usus blandiens juveniliingenio Regis Henrici

Henrici, duas Abbatias, Lauriham. ensem, et Corbei ensem abeo petiit, et obtinuit. at ne æmulationem apud alios excitaret, etiam invitis alias Abbatias obtrusit, ut S. Annoni Inden sem, Mamundarien sem et Eli- Kensem, Sigefrido Moguntino Seligenstadien sem: Rudolpho Suevia Duci Cam pidonen sem p. Inter eos, quibus invitis obtrusæ sunt abba- tiæ, merito numeratur Rumoldus Constantien sis Epus, qui multis pre- cibus Regem flagitavit, ut Gerungum Suæ Abbatiæ, et Monasterium Suæ libertati relinqueret; Sic enim in Diplomate idem Rex pergit: Sed postea Gerungus eiusdem Monrij abbas venerabilis obtulit obtutibus nostris quasdam im̃unitates, quibus insertum erat, qualiter ante dictum Monrium à potestate Parentum nostrorum, Regum videlicet et Impe- ratorum nec non et Patris nostri p.m. Imperatoris Augusti esset con- structum, atque plenissima libertate roboratum, quorum morem etiam nos imitantes, prædictum Monrium, ipso etiam Epo in id consentiente, multumque nos super hac re eflagitante, propriæ libertati concessimus &c. Vel hoc solo titulo Rumoldus ex Serie Abbatum nostrorum non meretur excludi, cum eo ipso plurimum Monrio profuerit, quod illud in bene- ficium retinere noluerit. Fuit autem Rumoldus præclara stirpe de Bonstetten natus, Monachus quondam Einsidlensis, a anno 1054. Tschudius Epus Constantiensis, tantæ integritatis, ut Henricus III. propriam filiam ei educandam commiserit, quæ postea Rudolpho Reinfeldensi advocato nostro nupsit. Nec contemnenda coniectura R.R. Patrum Fridelini atq. Geroldi, qui putant, Rumoldum, Rudolphum, atque Gerungum simul Regem Augiæ comorantem adiisse, atq. præsens Diploma restitutæ libertatis impetrasse. Scribit idem P. Geroldus p. in notis ad chartam 32.) nescio ex quo fonte, Gerungum interfuisse anno 1064. Dedicationi Monasterij Murensis, quamvis existimet, eo anno Rumoldum iam obtinuisse in beneficium Monasterium nostrum. In actis Murensibus exprimitur quidem Rumoldus, sed alij præsentes non nominantur præter Wernharium Comitem, et Burchardum Præ- positum. Præcessit autem Dedicatio Murensis illam Seas Ruslianam 23. diebus. Possibile est, utrique Dedicationi adfuisse utrumque: et Rumoldum nunquam possessionem Monrij nostri usurpasse, sed Gerungum in administratione et functione abbatiali reliquisse, donec eum per Diploma Regium penitus restitueret. Mabill. anal. Ben. ad annum 1062. In vindiciis fol. 18.

Gerungus iterum

Reassumpsit, seu potius perrexit in regimine, tantæ felicitatis fuit, ut Regem illum, alias bonorum Ecclesiasticorum invasorem, expertus fuerit Benefactorem anno 1071. Sed non diu duravit illa Serenitas. Nam Rudolpho contra Henricum anno 1070. in Regem electo, sed anno 1080. in prælio succumbente et occiso, ver- sus est in luctum Chorus noster, plurima ego mala Monrio illata, plurima bona

plurima bona avulsa. Affigit Gerungus infelicia illa tempora, ut col-
ligitur ex præcepto Henrici V. in quo iubet, ut restituantur Monachio, quæ ungs
distracta fuerant à diebus Gerungi Abbatis, usqs in diem, quo Otto Abbas
effectus est. obiit circa annum 1094. die 8. octobris, prout notatur in ca-
lendario Ms. 74. 2. Gerungus Abbas ñ. C. Habetur etiam in tabulis de-
functorum S. galli Kerungus Abbas de Renaugia, sed ad diem 9. octob.
quo nimirum mors ipsius significata fuit. Rumoldus porro, cuius re-
gimen in Gerungi regimine implicitum, iam defunctus erat anno 1089.
Post Gerungum R. S. Geroldus reponendum putavit alterum quendã abbatem
Adelbertum auctoritate Calendarij seu Necrologij Ms. cuiusdam præfixi.
LXXIV. 2. Probat, hoc Calendarium scriptum fuisse sæculo undecimo inchoante. Deinde
inscriptos defunctos esse nostri Monij abbates, Monachos, et in societatem
bonorum operum admissos. Porro Abbates recensentur numero sex, quorum
quatuor primi ordine sibi successerunt in præsenti sæculo, scilicet
Burchardus, Gichtilo, Richardus, et Gerungus: Deinde Otto, qui Abbas
Monij nostri fuit post initium sequentis sæculi, ergo, concludit R. Geroldus,
Adelbertus inter nostros quoqs Abbates adnumerandus est; nimium enim
abest, hunc solum Abbatem ex alio Monio huic Calendario adscriptum
fuisse, cum reliqui omnes sint certo nostrates. Hucusqs optime R.
Geroldus. Nec tamen credere vult, hunc Adelbertum eundem esse,
qui ad finem præcedentis sæculi anno nimirum 992. fuit occisus,
cum filius Not. Kerus eius successor non inscribatur, quod signum
est, hoc Necrologium captum fuisse sub Burchardo, et usqs ad Ottonem
continuatum.
Re nihilominus penitius considerata, reperi, Calendarium istud quidem
sæculo undecimo et sortasis inchoante esse scriptum: at vero mortuos non
fuisse successive à diversis insertos eo tempore, quo obierunt, ut credebat
R. Geroldus, sed una simul omnes, si paucos excipias, ab eodem scriptore,
eodemqs atramento et calamo fuisse descriptos, et quidem sæculo duo-
decimo iam adulto, quo nimirum tam Otto Abbas, quam eius Subditi iam
erant defuncti: unde nulla suppedit ratio asserendi, hunc Adelbertum
alium esse ab eo, qui ad finem præcedentis sæculi, adeoqs haud procul
ab aliis inscriptis, decessit. Nec obstat, quod Notkerus successor Adel-
berti omissus fuerit; omissus enim etiam fuit Cuno antecessor Ottonis,
quem tamen ipse R. Geroldus ad annum 1095. collocandum existimat,
omissi fuerunt et alij Calendario Codicis 83. post Birchtilonem inserti.
Facile namque contingere potuit, ut qui simul omnes ex diversis vo-
tulis et Calendarijs iam à Centum et quinquaginta ferme annis in-
scriberet, unum vel alterum omitteret. accedit, quod ab omni errore
scriptorem illius Necrologij excusare impossibile sit; errabit namqs
hoc ipso in nomine Adelberti, cui addidit notas Č V. id est conversi,
licet sortasis ille ipse errorem correxerit, puncta quadam illis notis
submittendo: erravit in Hadewire ad diem 5. Maij, quem conversum
pariter scripsit, cum tamen constet ex Codice 83. fuisse Monachum
eadem die notatum. Sed proxime de hoc Necrologio redibunt plura.
videtur itaqs coniectura R. S. Geroldi levior ad statuendos duos
abbates

Abbates Adelbertos, cum unus ubigo hactenus fuerit assignatus. Denigo nego tempus hoc loco pro regimine huius abbatis superest, ut putavit P. Geroldus, volens nimirum lacunam implere, cum alij Abbates, ut mox videbimus, vacuum istud satis usqo ad Ottonē reficiant.

XVII. Chuno

Postulatus ex Petri Domo indubie successit Gerunga, quicquid nonnulli senserint, qui eum aut in aliud tempus distulerunt, aut omnino ex Abbatum nostrorum syllabo expungere conati sunt. Inter quos R. P. Beatus in sua Advocatia Tutelasi canonem impugnat eo ex capite, quod Otto postulatus ex Mōrio Hirsaugiensi teste Trithemio iam anno 1085. fasces Rhenaugienses tenuerit: Sed inspicienti facile patebit contrarium, nam Trithemius ad illum quidem annum notat, triginta supra centum Monachos Hirsaugienses diversis Mōriis fuisse in Abbates datos, Sed ex prosequitur, non illo omnes anno, Sed plerosqo subsequentibus, quos uno in loco recenset, ne excidant memoria, imo dum de Ottone nostro loquitur, prius refert, Anselmum ad Monrium Burense fuisse pro Abbate tranomissum, qui pastorem ovibus Christi non inutilem se exhibere studuit. Deinde addit sequentia: ad eundem quoqs locum Buren Otto Monachus non inelegans persona missus est, et post Anselmum in Abbatem constitutus: quod an sub Wilhelmo factum sit aut eius successore Gebhardo, non satis cognitum habemus. Idem Otto post modum etiam Coenobium Rinove constantiensis Diœcesis regendum suscepit. Ex quibus saltem hoc satis cognosci potest, ad Monrium Renaugiense post longius temporis intervallum pervenisse Ottonem. Quod quidem non ante septimum sequentis Saeculi contigisse, ex Diplomate Henrici V. eruitur, in quo idem Rex ait, se Ottoni Abbatiam Rhenaugiensem contulisse, cum dicto primum anno Henricus Patri in Regimine Imperiali successerit. In eodem Diplomate præcipitur, ut Monrio restituantur, quæ ablata fuerunt a diebus Gerungi abbatis, usqs ad initium regiminis Ottoniani: quibus verbis aperte designatur tempus intermedium, quod inter utriusqs abbatis regimen intercesit.

Verum scrupulus omnis tollitur per Manuscriptum Petershusanum, quod Saeculo duodecimo exaratum, ac ferme coævum, Canonem luculenter hoc tempore Abbatem Rhenaugiensem fuisse enarrat. Excerpta mihi humaniter comunicata adscribo: Anno ab Incarnatione Dñi 1086. Gebehardus tertius eiusdem nominis Constantiensis Reverendus Epūs exiimūs precibus impetravit a Wilhelmo divæ memoriæ Hirsaugiensi abbate, ut venerabilem virum Theodericum Monrio S. Gregorij, quod dicitur Domus Petri, dirigeret, quatenus eidem præesset, et regularem vitam inibi iuxta normam sui Monij institueret. Post multa narrantur sequentia: Habebat autem idem venerabilis Pater tunc temporis egregios viros valde religiosos optimæ famæ et doctrinæ subcura sua, in quibus erant Meinradus pridem abbas, de quo superius retulimus, Bernardus Scholasticus, et Cōno, atqs Wernharius de Alshusin caligaro oculis. Gozhalmus, et Eberhardus, atqs Heinricus Scriptor, hi omnes ex antiquis Fratribus scilicet et Sigiherus Scholasticus, et Eppo, atque Gebhardus avus meus. Cum auctor hic faciat mentionem avi sui, Se Supparem illis

fol. 60.

fol. 62.

se supparem illis temporibus esse demonstrat. Post intervallum hæc
eodem fol. de Cunone ponuntur: Erat alius quidam Presbyter Cono nomine in ipso
Monrio, quem etiam antea nominavimus, vir iniquam famosus valde
ex prioribus Monachis, qui etiam Rinaugiensis Monrij regimen præ-
-meruit, illuc quippe in abbatem assumptus fuerat pp. Hic aliqua in
litteris ad me datis emissa fuerunt, ratione addita: quia amicis auribus potius
quam calamo committenda sunt. legerunt tamen ea nostrates in ipso codice:
Cunonem nimirum infelici verberatione famulum excepisse, quo mortuo
abscedere coactus Cuno aliquamdiu vagatus ejum se esse finxerit, atqo
Sacramentum Confirmationis pluribus fuerit impertitus. Scriptor His-
-toriæ malæ factæ præterire non debet, maxime si pœnitentia fuerit sub-
-secuta, quam de Cunone nostro Sequentia declarant iterum ex Mann-
Scripto communicata: ad Monrium Suum pristinum hoc est Domum Petri
redüt, et se Magisterio venerabilis Theoderici abbatis subdidit. . .
ubi cum aliquamdiu grari infirmitate detineretur, aliquantulum exinde
convaluit, sed tamen usque ad mortem suam mutus permansit.
Mutum Deo vindice seu potius miserante factum fuisse Cunonem ex
his sequi videtur, ut qui lingua potissimum peccaverat, lingua puni-
-retur: licet reticeatur, an hæc pœna ipsum assecerit iam demum reversum,
vel adhuc vagantem.

Ex his sequitur regimen abbatiale Cunonis Rhenaugiæ fuisse brevissimum,
nec ante annum 1090. inchoasse, nec perdurasse usqo ad annum 1100.
In Chronol. const. ad an. 1100. Bucelinus alterutrum ex istis annis assignat. R. P. Geroldus, Subdubitans
tamen de eius regimine, comode collocandum putat ad annum 1095.
nec ego abnuo, cum certiora haberi non possint. litteris posterioribus
ad me datis 18. Julij 1768. asseritur: Cunonem ano 1099. adhuc Peters-
-husij fuisse, ac post paucos annos rediisse.

XVIII. Wolvene II.

Cum Cuno usqo ad ætatem Ottonis minime pervenerit, qui primum
anno 1107. Abbatiam Rhenaugiensem obtinuit, opportune Wolvene huius
nominis Secundus Spacium istud annorum explet. Certe Catalogus con-
-scriptorum Monrij S. galli eum non solum abbatem vocat, sed etiam
-mediate ante Ottonem statuit, ita ut uno tractu, uno eodemqo atra-
-mento et calamo cum integro Ottonis conventu adscriptus fuerit,
charactere evidenter Sæculum duodecimum exprimente. Quo fit,
ut iste Wolvenus Abbas, aut immediate præcesserit Ottonem, aut om-
-nino nullius hominis existentiam significare possit. constat plane,
Ottonem renovasse confraternitatem cum Monrio S. galli, cuius libro
se, ac Suum Conventum inscribendum transmisit. Quis dubitet, eum
pariter antecessorem Suum, nimirum Wolvenum, qui forte tunc adhuc
in vivis erat, utpote resignata Abbatia, ad inscribendum comunicasse,
cum id plerumqo in alijs eiusdem Catalogi abbatum et Conventuum
inscriptionibus factum reperiatur, ut nimirum antecessor abbas si-
-mul inscriberetur. Sic Sigehardus nispertum præponi fecit: Sic
Notkerus renovata confœderatione inscribi adelbertum: Sic wie-
-hramus in ipsa institutione confraternitatis adiungi antwartum
et Wolvenum

et Wolvenum restauratorem et Prædecessorem Suum.
Inscribitur Wolvene in Sæpe dicto Calendario Ms. 74. 2. ad diem 6. tam Maij, qui hic ipse intelligendus sit, de quo loquimur, cum tempus aliæque circumstantiæ ad amussim conveniant, licet ibi notam Solius S. Monachi adjunctam habeat. Nam ut supra advertij, Scriptor iste in eiusmodi notatis sæpius erravit. Nihil malis dicere, Wolvenum istum resignata Abbatia inter alios Monachos ut privatum vixisse, obliterata quasi eius dignitatis post mortem memoria. Quidquid causæ fuerit, cur tantum Monachus in dicto Calendario notetur, mirandum sane foret, cur reliqui omnes unacum Ottone in Catalogo S. Gallensi descripti. Simul reperiatur in isto Necrologio, et hic unus Wolvenus fuerit prætermissus. vixit ergo hoc tempore Wolvenus aliquis in Monrio nostro: cum Necrologium posteriori manu scriptum, et sæpe mendis respersum, Monachum duntaxat notat: Catalogus vero S. Gallensis ubique integer et Coævus Abbatem et prædecessorem Ottonis adstruit, cui ergo prærogativa coniecturæ debetur, maxime cum hiatus temporis Abbatem interponendum exigat. An porro Wolvenus iste ad gentem Guelficam Fundatorum nostrorum pertineat, non constat, prout Suspicatur Illmus Senckenbergius Dissert. XI. apud Wegelin Tom. II. §. 14. pag. 333. Ex his corrigi potest, quod alibi nobis visum est, ubi rem nondum satis examinavimus. Sæpius enim contingit, ut ex posterioribus antecedentia melius dilucidentur, nec errorem gravate à quocunque moniti corrigere cunctemur. atque ista huic loco adscribenda putavimus, ne memoriæ excidirent, cui potius ad Sequens Sæculum pertinere videantur.

Caput IV.

Monachi et Conversi Sæculi III.

Sub initium huius Sæculi illi Monachi vixerunt in Monrio nostro, qui in libro fratrum conscriptorum unacum Notkero Abbate ad finem præcedentis adscripti sunt. Verum iam interrupta illa confœderatione toto hoc Sæculo nulli amplius Rhenaugienses reperiuntur, præter eos, qui ad initium Subsequentis Sub Wolveno et Ottone adhuc superstites erant. Extat quidem Codex iam ad finem Sæculi decimi exaratus, qui quosdam 83.
in Calendario exhibet Religiosos nostros: verum liber iste primum circa annum 1056. videtur illatus fuisse Monrionem ex Cœnobio Campidonensi. Inscribuntur illi Sequentes Abbates, sed manu diversa, quos Secundum ætatem, quam characters præsefert, adnumeramus.

Kisilbridus Abba.	30. Jun.
Rudolfus abba.	12. Decemb.
Birtelo abba.	9. April.
Wolvene Dominus et constructor loci huius.	22. Decemb.
Wilhelmus pie memorie abbas Hirsaugiensis	5. July.
Notpertus ab.	2. Sept.

Quidam nimis præcipitanter hos omnes adsciverunt in numerum Abbatum nostrorum, præter unicum Wilhelmum, non advertentes, Codicem ipsum

Codicem istum primitus Campidonæ fuisse scriptum, certe Kisil-
-fridus, et Rudolfus, quem alij Landolfum nominant, Abbates fuerunt
Campidonenses: quorum prior obiit anno 1048. posterior vero paulo post,
certe eodem anno, Abbatiam deposuit. Jam vero cum isti maiusculis
litteris et characteribus ipsi Calendario correspondentibus exarati sint,
dubium non est, eosdem adhuc Campidonæ fuisse insertos. venit ergo
paulo post codex iste Rhenaugiam, cum nullus alius Abbatum Campi-
-donensium ibi reperiatur, sed potius Birthelo Abbas Rhenaugiensis
cum nota ñ. č., id est nostræ congregationis, qui circa illud tempus
obiit. cum hoc igitur Abbate Birthilone etiam alij Religiosi Rhenau-
-gienses inscripti huic Calendario fuerunt, ut ex manu posteriori,
quam referunt, facile coniectare licet, maxime cum eorum nonnulli
in alio quoq; Ms. reperiantur eodem die defuncti, de quibus dubium
714. 2. nullum non est, eos Rhenaugienses fuisse, sicut et ipse Birchtelo eadem die
3. Aprilis in utroq; notatur codice. Hinc nego mirum est, exhiberi
Restauratorem nostrum Wolvenum, nullum vero Abbatem alium, evi-
-denti testimonio, omnes sub Richardo fuisse inscriptos, cum alias
nulla foret ratio, cur non et ipse Richardus et alij subsequentes
nominentur. Beatus Wilhelmus Hirsaugiensis tum ob celebritatem
nominis, fuit adscriptus, tum ob confœderationem, quam ipse cum
Monrio nostro instituit. Denigs Notpertus S. Gallensis, qui obiit
anno 1071. manu posteriori fuit illatus, vel ob similem confœde-
-rationem, quam vistum interruptam, vel potius plane occasiona-
-liter à quodam Scriptore, qui cum in margine addiem tertiam Septem-
-bris adnotaret festum S. Remacli, simul eodem tracta, atramento et cala-
-mo adscripsit prædictum Notpertum, qui referente Burchardo monacho
apud Goldt. S. Gallensi, ille eiusdem S. cultum paulo ante introduxerat, et in eiusdē
fol. 67. profesto decessit.

Ferro Monachi Rhenoviensi manu post Birchtilonem inscripti sunt
Sequentes:

Hiltepold m. et pbr.	o	4. april.
Adalbr m.	o	5. april.
Huppolt pbr et m.	o	22. apr.
Hiltine m.	o	24. apr.
Purinc m.	o	j. Jun.
Imo m.	o	2. Jun.

Hi in altero Ms. non exprimuntur, adeoq; ecs antiquiores reliquis iudico,
qui præter multos Laicos eadem die in utroq; notantur. Sunt tamen tan-
-tum tres Monachi:

Anno m. et pbr.	o	9. Febr.
Hadewic m.	o	5. Maij
Liutholdus m.	o	5. Febr.

Horum postremus plane manu Seculi duodecimi adscriptus
fuit, idemque reperitur denuo in Catalogo S. Gallensi sub otto-
ne abbate cum alijs ex eiusdem Conventu. De Hadewic etiam
notandum, eum in Ms. altero eadem quidem die occurrere,

Sed eum nota C. V.

Sed cum nota c. v. conversi, quod mendum esse, plane non dubito, adeogs standum Manuscripto praesenti 83. antiquiori, quod cum nota m. Monachi affigit, maxime cum nulli in isto alij occurrant, conversi. Sed iam ad alterum convertimur codicem. Igitur Manuscriptum numero 74. 2. plerosque huius Saeculi Monachos in Calendario exhibet. licet enim iam circa medietatem eiusdem sit exaratus, inscriptiones tamen defunctorum omnes, si paucos caricos excipias posterioribus Saeculis adiectos, factae sunt una simul vergente iam ad medietatem Saeculo duodecimo. Id evidenter demonstrat character ipse, non solum quia notas Saeculi eiusdem praefert, sed quia omnes eadem manu eodemque atramento exprimit, usque ad Ottonem Abbatem eiusque Conventum, qui proinde defuncti erant, antequam inscriptio inchoaretur. quod confirmatur ex eo, quia dum plures una die defunctos descriptos reperit, eos sub communi nota expressit, quod fieri haud potuisset, si diversis annis, quibus mortui sunt, fuissent adnotati. Sic Bertoldus et Diethalmus inscribuntur non singuli, sed una simul sub eadem nota mi. Monachi die ij. aprilis: Sic 29. Maij Ernal et Ebbo Conss: Sic denique Bertoldus et Egilolfus Conss. 31. Decemb. Non igitur ut quidam hactenus putaverunt, singuli, dum mors contingeret, successive adnotati sunt, sed unus quidam Scriptor circa praedictum tempus ex praehabitis rotulis et calendariis, aut forte Maiorum relatione omnes uno tractu, qui bene multi sunt, descripsit usque ad Diemarum Abbatem, cum ipsum reliquosque posteriores, imo etiam duas Sorores Juniores sub Ottone notas, adeogs tempore inscriptionis adhuc viventes non exhibeat. Ex quibus proinde mirum non est, quosdam errores subrepsisse, licet plurimum huic Scriptori debeamus, sine quo plerique Confratres nostri huius Saeculi ignoti manerent.

Abbates quos exhibet praesens Codex, supra retulimus, nunc subiungimus Monachos, exceptis iis, quos sub Ottone Saeculo insequenti vixisse certo constat. Sed nego hi omnes hoc Saeculo currente defuncti sunt, cum Necrologium istud se extendat usque ad annum circiter 1140. Sed quia discerni ab invicem non possunt, et plerique saltem unacum Abbatibus hoc durante Saeculo in vivis erant, eos una simul ante conspectum ponere libet, et quidem eo ordine, quo in Calendario notantur:

Gotehardus n.c. m. o. O. Jan. id est, nostrae congregationis Monachus obiit.
Arnoldus m. — — 29. Jan.
Gerungus m. — — 15. Febr.
Hucb. }
Liutold } m. n.c. — — 5. Febr.
Sigifridus m. — — 17. Febr.

Eberhardus

Eberhardus m. — — — 28. Febr.
Bernardus m. — — — 13. Martij.
Gerardus m. et Presbr. n.c. 14 Martij.
Berthöldus m. — — — 14. Martij.
Herimannus m. — — — 28. Martij.
Erlevinus m. n.c. — 7. aprik.
Özelinus.
Diethalmus m. — — — 11. April.
Bertoldus.
Ludewic m. — — — 28. april.
Wolfardus m. — — — 20. aprik.
Ripoldus m. — — — 2. Maij.
Crast m. — — — 5. Maij.
Wolvene m. — — — 6. Maij.
Heinricus m. — — — 7. Maij.
Anshelmus m. — — — 9. Maij.
Eurkerus m. — — — 28. Maij.
Eppo m. — — — 29. Maij.
Chuonradus m. — — — 13. Junij.
Sigebolo m. — — — 2. Julij.
Lutherus m. — — — 3. Julij.
Marquardus m. — — — 17. Julij.
Cuonradus m. — — — 28. Julij.
Adilbertus m. n.c. — 31. Julij.
Eberhardus m. — — — 9. aug.
Eberhardus m. — — — 19. aug.
Landoldus m. — — — 21. octob.
Ludolfus m. — — — 30. octob.
Adilbertus m. — — — 2. Nov.
Burchardus m. — — — 9. Nov.
Gerungus m. — — — 13. Nov.
Dietolo m. — — — 20. Nov.
Werin m. — — — 27. Nov.
Udalricus m. — — — 28. Nov.
Henricus m. — — — 13. Decemb.
Bucco m. — — — 14. Decemb.
Adilbero m. — — — 21. Decemb.

In hoc catalogo mirum est, inter tot Monachos nullum reperiri nota Presbyteri affectum; nam gerhardus manu posteriori adscriptus fuit. certe codex procedens 83. inter novem Monachos supra relatos saltem tres habet Presbyteros: et Annonem quidem diserte eodem die 9. Februarij vocat Monachum et Presbyterum, qui in hoc Ms. solum nota Monachi afficitur. Incredibile omnino est, non fuisse plures ejusdem ordinis evidenter cum reliquis nostris Mss. et ritualibus pugnat, in quibus plurium sacerdotum una simul fit mentio. repugnat etiam moribus eiusdem quin et superiorum ac subsequentium

ac subsequentium Sæculorum. In Catalogo S. gallensi nec Annoni nec alijs additur. Ab Ottone nota Presbyteri; unde sequitur, vel omnes vel saltem plerosque fuisse Presbyteros. Id ergo iterum in incuriam scriptoris reijciendum est: sicut et id, quod subinde particulas n.c. nostræ congregationis adiecerit, plerumq; verosimiliter non necessarias omiserit. Pariter Hucbaldum, Erlewinum, et Heinricum sine speciali nota scripsit, ad quos tamen nota Mn. Monachi Socia, adiecta spectat. Denijs Walconum 8ta Maij nota Abbatis assiciendum fuisse, supra ex Catalogo S. gallensi ostendimus. His addendus Rudolfus Presbyter et Monachus Abenaugiensis author explanationis in Psalmos, qui cum in his Catalogis non occurrat, dicendum est, eum ante medium huius Sæculi vixisse, vide infra Mo. 15.

Conversi hoc primum tempore, et quidem magno numero occurrunt, licet ante mediatem huius Sæculi in Mnrium nostrum non fuerint adsciti. Certe Mabillonius testatur, ante Sæculum undecimum incognitos fuisse in Monrijs nostris eiusmodi conversos, qui solis laboribus externis forent deputati. Et alibi probat, fuisse primum á S. Joane Gualberto circa annum 1030. introductos. Idem scribit Marquardus Hergott in veteri Disciplina Monastica. Rum[s] Calmet affert quidem aliqua vestigia talium Conversorum superioribus Sæculis, sed admodum levia, et formam nostrorum conversorum non exprimentia. occurrit quidem aliquando distinctio inter clericos ac simplices Monachos, item inter litteratos et illiteratos: sed quando conversorum antiquitus fit mentio, intelligendum de illis, ut explicat Mabillonius, qui iam adulti ad conversionem venerant. Nihilominus hoc eodem Sæculo Conversorum institutum mox ubique invaluit, quod perutiles ad opera externa haberentur; unde S. Wilhelmus eorum manibus novum Monrium Hirsaugiæ ædificavit: nec dubito, novam Basilicam nostram subinitium sequentis Sæculi dedicatam a bipsis fuisse constructam.

T. 5. ann. fol. 51.

T. 4. f. 448.

Praef. f. 62. Comment. in S. Reg. f. 38.

Modum vivendi à B. Wilhelmo conversis præscriptum, nec à nostris moribus diversum describit Trithemius: Surgebant nempe ad nocturnas vigilias orationes privatas in minori choro dicturi: quibus finitis licebat illis ante expletas vigilias cubitum redire. Sumo mane Missam audiebant, et ad Capitulum culparum conveniebant. Postea, qui volebant, confitebatur: ac deinceps unusquisq; ad opus sibi pergebat iniunctum. ad Completorium omnes ad Ecclesiam redire iubebantur: singulis quatuordecim diebus in Dominica et in festis maioribus Communicabant. Erant illa tempestate Hirsaugiæ centum quinquaginta Monachi, et circiter quinquaginta Barbati, quo eos nomine iam tunc vocabant, quod barbam radere prohiberentur. Tales igitur Conversi in Mnrio nostro præsenti Sæculo vixerunt, quorum nomina ex

fol. 68.

nomina ex Sæpe dicto Ms. Subijcimus.

Liutoldus cv. id est conversus 2. Jan.
Xccerus cv. — — — 5. Febr.
Hiltepoldus cv. — — — 24. Febr.
Cuntram cv. — — — 26. Febr.
Wenza cv. — — — 8. Martij.
Geroldus cv. — — — 17. Martij.
Egizo cv. — — — 19. Martij.
Acelinus cv. — — — 22. Martij.
Arnoldus cv. — — — 28. Martij.
Sigibot cv. — — — 28. Martij.
Cuntram cv. — — — 1. April.
Uodalricus cv. — — — 18. April.
Cemanicus cv. — — — 24. April.
Hantwic cv. — — — 5. Maij.
Latfridus cv. — — — 11. Maij.
Winiclis cv. — — — 21. Maij.
Geroldus cv. — — — 26. Maij.
Ernal } — — — 29. Maij.
Ebbuono }
Uozo cv. — — — 1. Junij.
Switkerus cv. — — — 27. Junij.
Acelinus cv. — — — 4. Julij.
Albertus cv. — — — 5. Julij.
Wecebolt cv. — — — 30. Julij.
Werinherus cv. — — — 7. Aug.
Ruocelinus cv. — — — 9. Aug.
Manegolt cv. — — — 25. Aug.
Liutpoldus } cversi — — 30. Aug.
Marquardus }
Marquardus cv. — — — 1. Sept.
Hiltepoldus cv. — — — 13. Sept.
Wienant cv. — — — 26. Sept.
Ebbinonus cv. — — — 27. Sept.
Hunoldus cv. — — — 21. octob.
Gerungus cv. — — — 27. octob.
Marquardus cv. — — — 30. octob.
Heinricus cv. — — — 30. Nov.
Adilgoz cv. — — — 2. Decemb.
Richinus cv. — — — 8. Decemb.
Egilolfus cv. — — — 17. Decemb.
Bertoldus } cversi — — — 31. Decemb.
Egilolf }

Ex his ergo constat, præsenti Sæculo ad Monachium nim assumptos fuisse potius mirandum, eos numero ferme adæquâsse religiosos Monachos. Verū non omnes huic præcise Sæculo esse adscribendos, iam monuimus, quia plures meæ dictatem Sequentis attigerint. Extructio non solum Basilicæ, quarum Dedicatio mox occurret, imo ipsius Monasterij, quod ad Sæculū tertium iam ruinosum esse poterat, videtur occasionem præbuisse Susceptioni tot Conversorum. Ideo tamen prætereundi non fuerant, quia licet ad Chorum frequentandum idonei non essent, veri tamen Monachi votis adstricti erant, qui labore manuum vivebant, et digni censebantur, qui Mēologiis inscrerentur.

Caput V.

Caput V.

Sorores et Fratres conscripti.

Sæculi III.tij

Non solum Conversos sed etiam Sorores hoc Sæculo adiunctas fuisse Monio nostro ex Sequent. sæpe citatis Mss. nostris constat. Hunc morem adiungendi Moniales Cœnobiis Monachorum antiquissimum in ordine nõ fuisse Mabillonius docet, qui eiusmodi Monasteria vocat duplicia. In partibus quoq; nostris haud erant infrequentia: Sic in S.Gallo, Sic Muris, Sic Einsidlæ Sorores memorantur. Rhenaugiæ tamen ante Sæculum undecimum nullum earum vestigium comparet. Trithemius in Chron. Hirsaug. plura Monia duplicia facta fuisse commemorat, ubi etiam quædam inclusæ fuerunt. Credo apud nostrates saltem tale institutum ex Benefactoribus fuisse, promanatum, quæ sua offerebant cum pacto alimentorum, ut ex pluribus Chartis nostris patet. Ex traditione habetur, quæ forsan in progressu historiæ ex chartis archivij roborabitur, Domum istis Sororibus deputatam in Capite Insulæ nostræ sitam fuisse, quæ nostris adhuc temporibus, ante erectionem novæ Ecclesiæ S. Felicis et Regulæ Sub Abbate Bernardo II. factam, conspiciebatur. Credibile est, antiquiorem Ecclesiam ad initium Sequentis Sæculi ædificatam inservisse istis Sororibus, cum aditus ad eam respiceret portam illius Domus, altari Sumo sub turri lata ex quadris constructa orientem versus sito. Regulã seu normam, quam Sorores istæ secutæ fuerunt, nondum perspexi, nisi credamus, eas revera fuisse Moniales sub Regula S.P. Benedicti militantes. Jam earum conversationem vel ex inclusa Mathildæ Calendario inserta perspicere licet, cuius clausuram pariter ad Ecclesiam prædictam S. Felicis et Regulæ adsitam fuisse, antiqua fert traditio. Cum in institutis Inclusarum postea secutæ fuerunt plures.

Codex antiquior numero 80. licet nullos habeat Conversos, unam tamen exhibet Sororem ad diem jj. Septembris, ubi legitur: Lucrat S. verum alterum Ms. 74. 2. plurimas refert, quas describemus, omissis illis, quæ sub Abbate Ettone viventes Catalogo S. Gallensi insertæ sunt.

Willibirc S. id est. soror obiit			jo. Jan.
Engila S.	—	—	j6. Jan.
Iziderun S.	—	—	23. Jan.
Werinburc S.	—	—	8. Febr.
Werinburc S. n.c.	—	—	29. Febr.
Tannicha S.	—	—	4. Martij.
Bertha S.	—	—	8. Martij.
Anna S.	—	—	14. Martij.
Hemma S.	—	—	15. Martij.
Helwic S.	—	—	22. Martij.
Mahtild S.	—	—	25. Martij.

Enliza S.

Enliza S.	—	—	j. April.
Helwic S.	—	—	j 0. apr.
Willibure S.	—	—	j 8. apr.
Gezila S.	—	—	25. apr.
Adilheit S.	—	—	26. apr.
Engilbure S.	—	—	j 3. Maij.
Hadewic S.	—	—	5. Junij.
Becela S.	—	—	8. Junij.
Willibire S.	—	—	30. Junij.
Dsuuib S.	—	—	8. Julij.
Bertha S.	—	—	9. Julij.
Imburch S.	—	—	29. Julij.
Tipepire S.	—	—	2. Sept.
Elniza S.	—	—	6. oct.
Amiza S.	—	—	j 5. oct.
Diemut S.	—	—	j 5. Nov.
Gepa S.	—	—	j 6. Nov.
Adilheit inclusa	—	—	j 9. Nov.
Friderun S.	—	—	j 2. Decem.
Albegunt S.	—	—	j 9. Decem.

Tot Sorores nimirum triginta et unam usque ad medium Sæculi subsequentis Rhenaugiæ vixisse non est incredibile, quando sub initium regiminis Ottonis Abbatis diminuto incolarum numero, sex tamen Sorores vixerunt, et quinque tantum monachi, undecim vero conversi. Sorores plerumqs vetulæ admissæ fuerunt, quarum inscriptio in Necrologium haud multo temporis impendio constabat.

Inter Fratres conscriptos illi primo loco nominandi sorent, qui in aliis Monrijs nobis confoederatis decesserunt, et procul dubio nostris Necrologiis inserti fuerant. licet eorum nomina unacum Necrologiis perierint: cuius iacturæ exemplum se primum hodie mihi obtulit. quoad S. gallenses tamen res expedita videtur, cessasse hoc integro Sæculo veterem Societatem, cum in eorum catalogo nullus Abbatum nostrorum nullusqs Monachorum usqs ad Ottonem fuerit inscriptus. Causa huius Scissionis saltem eousqs extensa esse poterat, quod S. gallenses sub Ulrico III. eorum Abbate perpetuo adhæserent Henrico IV. Schismatico, cum econtra Monrium nostrum iugiter devotum perstiterit Summo Pontifici. Inter has autem partes bella continua atque vixas per medium ferme Sæculum perdurasse, supra vidimus. Econtra instituta fuit Confraternitas cum Monrio Hirsaugiensi sub B. Wilhelmo Restauratore. Nam Rhinaugia inter octoginta circiter Monria in Societatem Hirsaugiensium assumpta numeratur

numeratur à Trithemio numero octavo. Recensentur quoqs Schaf- p. 85.
-fhusa, Einsidlen, Augia, Muri, S. Blasij, Petershusen, Zwifalten.
Sed S. galli Monium prætermittitur. verba Trithemij transcribere
iuvat. // Multi Rectores unacum Subditis suis comissis Confraternita-
-tem cum ipso S. Wilhelmo, et Monachis Hirsaugiensibus perpetuã,
pactis, suffragiorum interpositis, laudabilem contraxerunt, diversis
diversa post mortem subsidia orationum dantes et recipientes. Ce-
sis nos eorum Monachorum nomina ad posteritatis notitiam perve-
nire præsentium tenore cupimus, cum quibus amicitiam inisse
Confraternitatis Sanctmum Wilhelmum, dum adhuc in præsenti
viveret vita, scimus. // Recensitis deinde post Cluniacum Monasiis,
ut diximus, postremo sic concludit: // Hoc compacta sonabant, ut
quoties defunctus aliquis de Monachio sub Confraternitate præfata
susceptus in Coenobio Hirsaugiensi denuntiatus fuisset, constituta
pro eo mox fierent orationes, vigiliæ, Missæ, Disciplinæ, et elee-
mosynæ, quas pariformiter et ab aliis pro se fieri post mortem sin-
-guli expectabant. Denigs si quando contigisset, aliquem Monachorũ
de Coenobio hanc Confraternitatem cum Hirsaugiensibus habente,
ad Hirsaugiam venire, cum tanta suscipiatur charitate, ut non
alienus et advena, sed domesticus et incola Coenobij huius esse
putaretur. Similis exhibitio charitatis impendebatur Fratribus
huius Monij Hirsaugiensis ad ea loca venientibus, cum quibus con-
-fraternitatem confœderationem habebant. // hucusqs Trithemius.
S. Wilhelmus inscriptus fuit Calendario Codicis nostri octogesimi
tertij tertio Octonas Julij, id est die 8ta eiusdem mensis his verbis:
O. hoc est obiit, Wilhelmus pie memoriæ abbas Hirsaugiensis.
Trithemius eius obitum refert ad diem præcedentem quarto nonas
Julij anni 1091: cuiusnam prævaleat authoritas? an Mss. nostri
cœvi? an potius Trithemij, qui suam historiam ex monumentis
ipsius Monij excerpsit? forte noster Scriptor diem, quo Rhenaugiæ
annuntiatus fuit obitus, notavit: Ille verum mortis adscripsit.
An cum aliis quoqs Monasteriis Rhenaugienses nostri confraternitatem
instituerint, non constat: fortasse cum Campidonensi et Petershusano
id factum est, unde abbates fuerunt postulati. Nec improbabile,
cum vicinis Schafhusianis arctiorem amicitiam initam fuisse, cum
eorum fundatores pariter à partibus Pontificijs stantes, videantur
Calendarijs nostris inscripti, scilicet Eberhardus, Ita, et Burchardus.
Primam Coloniam à Rhenaugiensibus sub Eberhardo subministratã
fuisse, sicut pro certo affirmare, ita prorsus negare non audeo. At
vero cum Monrio S. Blasij Confraternitatem hoc sæculo floruisse,
certum redditur ex Codice, qui in Bibliotheca Cæsarea Windo-
-bonensi asservatur; Sic enim S. Blasiani in eo loquuntur:
Huius pacti consuetudinem nihilominus persolvere solemus
Fratribus nostris Rinaugiensibus. Pactum hoc idem est, ac cum
Hirsaugiensibus

Hirsaugiensibus initium fuerat, et legere est in Rev.mi Bernardi II. Jo. IV. fol. 48. Porro Codex ipse ad Sæculum 12.mum vel ad finem ij.mi referendus est, teste eruditissimo Gentiloti Bibliothecario Cæsareo, à quo hæc in S. Blasium, et exinde nobis Communicata sunt. Verum non tantum Monachi, sed et Seculares Benefactores in participationem bonorum operum admissi fuerunt, proquibus pariter quædam Suffragia proportionaliter fiebant. Eorum nomina ex duobus notis Calendarijs adscribimus, quorum plerique saltem hoc Sæculo vixerunt. In Codice octogesimo tertio antiquiori Sequentes recensentur:

Adelunc L. id est laica, o 31. Jan.
Werinherus L. — — — 4. Febr.
Ita L. — — — 7. Febr.
Wolpero pbr. — — — 14. Febr.
Ruotpert pbr. — — — 23. Apr.
Gisila L. — — — 14. Maij.
Regilint L. — — — 19. Aug.
Berta L. — — — 29. Aug.
Egilolfs L. — — — 20. Sept.
Adelheit L. — — — 30. Nov.
Becela L. — — — 17. Nov.
Burchardus L. — — — 17. Decemb.

Duo illi Presbyteri cum notam Monachi non habeant, potius credendum est, eos fuisse Benefactores, aut forte curatos, qui Sacramenta populo administrabant, quod per Seculares potius quã Regulares usque ad finem Sæculi 18ti factum fuisse probabilius est.

Tres Sequentes in utroque Ms. 83. et 74. 2. eadem die notantur:

Anna L. — — — 1. Maij.
Burchardus L. — — — 29. Sept.
Hadewic L. — — — 29. Decemb.

In Calendario Codicis 74. manu paululum antiquiori exarati sunt Sequentes, cum Scriptor aliorum nominum ordinarius eos in linea recta Scriptos circumscribere debuerit.

Bertoldus L. — — — 9. Jan.
Wiggerus L. — — — 20. Jan.
Cõno L. — — — — 15. Febr.
Asinburc L. — — — 29. Sept.
Adelgoz L. — — — 29. Oct.
Cõnradus L. — — — 5. Nov.

Porro manu ordinaria, qua alij Monachi et Abbates nostri descripti

descripti sunt, exhibentur isti:

Mathilth L. — — — 16. Jan.
Azala L. — — — 19. Jan.
Triderun L. — — — 24. Jan.
Kočili pbr. — — — 26. Jan.
Oza ob — — — — 27. Jan.
Hucb. — — — — 5. febr.
Arnoldus L. — — — 14. Martij.
Willibic L. — — — 16. Martij.
Mathilt L. — — — 1. Apr.
Heinricus L. — — — 27. apr.
Atn L. — — — — 8. Maij.
Atn L. — — — — 15. Maij.
Ita L. — — — — 22. aug.
Willibure L. — — — 27. Sept.

De Roceline Presbytero idem Sentiendum, quod supra de alijs diximus. Oza et Hucb id est Hugobaldus, non habent adiunctas notas nec Laici nec Monachi, ut ille Scriptor saepius incurius fuit. Totius tamen Laicos censemus, quia nota Monachi non tam facile fuisset omissa. Triderun, Itam, et Arnoldum probabiliter credimus fuisse Benefactores duodecimi Saeculi, de quibus suo loco. Addantur in isto Necrologio etiam alij sed charactere ordinario posteriori, quos proinde ut certo ad Saeculum duodecimum pertinentes illuc differemus. alios vide infra Cap. VII. Mr. I.

Dum ista de Confoederatis nostris Scribo, tristis nuntius advenit, Monrium S. Blasij nobis foedere iunctum heri, id est 23. Julij 1768. intra paucas horas penitus exustum fuisse. aedificium erat amplissimum, pulcherrimumq;, et vix ad finem perductum. Preciosa fuere erepta: utensilia omnia concremata. Rmus noster R. P. Placidum ablegavit, qui afflictis solamen et obsequium offerret.

Caput VI.

Caput VI.

Disciplina Sæculi III.tij

Reflorescentem sub Notkero Abbate Disciplinam Monasij nostri hoc Sæculo continuatam, imo adauctam fuisse, dubitandum non est; hoc enim et ex publicis et ex privatis monumentis conjici potest, certe Godechindo teste ad annum 1027. vigebat Disciplina Monastica in Odilone, Guilielmo, Richardo, Helia, Bernardo Augiensi etc. ad finem quidem Sæculi ab Henrico IV. eique adhærentibus valide concussum fuit Monasterium nostrum, maxime postquam strenuus Advocatus noster Rudolphus Rex anno 1080. occubuit: sed velinter persecutiones eo pulchrior constantia enituit, nam eadem hoc tempore Codices de Disciplina à nostratibus descripti ostendunt, eandem iugiter in melius fuisse reformatam. Providit Divina misericordia Sæviente maxime Henrico de viris Zelo plenis, qui Monasticum institutum præcipue in nostris partibus plerisque in Coenobijs sustentarunt. Monasterium Einsidlense præcedenti Sæculo fundatum, mox tantas radices egit, ut palmites Sueviam late extenderet. unde Colonias misit in Petri Domum, in Murense Monasterium ac denique in Hirsaugiense cum B. Friderico primo post restaurationem Abbate circa anno 1069.|| Disciplinam ex integro per omnes ferme germaniæ partes reintegravit, missis successive ex discipulis suis triginta supra centum Abbatibus diversa in Monasteria, ex quibus et nos Ottonem ad initium Sequentis Sæculi obtinuimus. Juri facta primos incolas dedit: Schaffhusio secundos, sed fama atque proventu non minus primos. Hauserat Wilhelmus ex Monasterio Cluniacensi novum Monasticæ observantiæ Spiritum, quem duobus libris ad nostras germaniæ mores accomodavit, qui videri possunt apud P. Hergottum in veteri Disciplina Monastica. Unde non dubitandum, quemadmodum Beatus ille vir in Specialem Societatem nos admisit, ita et reformationis normam nobis communicasse. Id testatur Trithemius sequentibus verbis: "Nomina Monasteriorum ordinis nostri ex Hirsaugia per ipsum B. Wilhelmum Abbatem et suos discipulos post eum vel denuo institutorum, vel ex desolatione reformatorum seriatim exprimere decrevimus, ut plura extitisse, quam centum ostendamus. Primum igitur omnium Caput et principale Monasterium est Hirsaugiense studium maius, quod novum à fundamentis extruxit. Subiungit deinde Trithemius Syllabum sub hoc titulo: Monasteria Nova. Twifalta: S. Gregorij in Hercynia Silva etc. Sequitur alter titulus: Monasteria reformata, inter quæ locum trigesimum primum occupat Rhinaw. Recensentur quoque Scaffhusen, Gegenbach, Schuttera, Ettenheim, utrumque Schwarzach, augia maior,

|| iam ante S. Wilhelmum, qui resignante Friderico ex S. Emerami Ratisbonensi Monasterio postulatus anno 1069

apud Hergott. fol. 273.

Augia maior, Weingarten, ypne, Elchingen, Heremitarum,
Campidonense, Oxenhusen, S. Blasij, Mure, Wiblingen, S. Petri
et Pauli in nigra Silva etc. Finem claudit Trithemius in hu-
-ne modum: Hæc nomina Monasteriorum Ordinis nostri conscripta
Inuenimus, quæ vel à principio fundationis Suæ Monachi Hir-
-saugiensis Cœnobij primi inhabitantes regularem, plantavere
disciplinam, vel antiquitus fundata est, et nimia vetustate,
Sive neglecta institutione deformata, ad regularis observantiæ
tramitem reformarunt.
Constitutiones Hirsaugienses à Cluniacensibus deductas in Monrium
nostrum fuisse illatas, evidentius probant monumenta adhuc ex-
-tantia, Scilicet Manuscripta, quorum aliqua ex ijsdem Constitu-
-tionibus excerpta sunt. Extat quoq; integer liber tertius hoc Sæculo LIV.
descriptus Udalrici Cluniacensis Monachi Sanctitate clari de
Consuetudinibus Cluniacensibus tractans, cui titulus de obedientijs:
nec dubium, quin priores duo libri adfuerint, iniuria temporum
cum plurimis alijs nunc deperditi. Udalricus postmodum in Bris-
-goviam delatus author fuit Monasterioli Cella dicti, primitus quidem
Cluniaco, nunc vero Monasterij S. Petri Subiecti, ut constat ex Chartis
à Schœpflino relatis. Præcipue aliqua ex hoc Manuscripto nro T. V. Hist. Ear: Baad:
notamus, ex quibus Consuetudines Patrum nostrorum desumi poterunt:
reliqua in Dacherio Tom. IV. Spicilegii inquirenda relinquimus.
Itaq; à Carnium esu illo ævo abstinuisse adhuc dum nostrates, aut
certe per istam reformationem abstinentiam fuisse reductam,
constare videtur, Sic enim in prædicto Ms. C. 45. de Fratre subita SU.
infirmitate correpto legitur: // Prior ad horam prandij Infirmario fol. 67.
admonente eum invisit, et Si ad reficiendum consederit, inde eum
tollens ad alios carnis refectionem habentes ducit: facit etiam
carnem apportari, et per manum ipsius porrectam præcipit, ut come-
-dat: ab ea vice absq; baculo, quem famulus inter comedendum prope
eum ponit, nusquam incedit. Similia habentur in Constitutio- apud Hergott.
-nibus Hirsaugiensibus: ubi tamen permittitur usus lardi seu fol. 554.
pinguedinis loco olei: consuetudinis bibendi tempore collationis . . 467.
Sæpius mentio occurrit. Stamineis id est laneis camiseis pro in- . . 473.
-duseis utebantur. . . 424.
Capite 28.in Ms. nostro de vestimentis Sequentia habentur: // fol. 42.
cuilibet Fratri unoquoq; anno datur frocus novus et nova cuculla,
novum pellicium Secundo datur anno: paulo inferius numerantur
Summatim vestimenta: // Duo frocci et duæ cuculle: duo stamineæ,
et duo femoralia; Sacerdotibus ob nocturnam mutationem tria:
duo paria calceorum cum corrigijs suis: unum par vitronum:

duo paria

paria Caligarum: tria pellicea: quinq; paria pedulum. Ad lectum: Capitale, coopertorium, vel cotum, et stragulatum. corrigia cervina, in quo pendet cultellus cum vagina, et cum filo et vagina s: id est qcu: s Focus et cuculla de tali sunt panno, et ambo non magis, quam quinq; solidos valeant talis monetæ, quæ plus habet æris quam argenti. ||

fol. 32. Officia Monachorum varia singillatim describuntur, quorū aliqua iisdem verbis dabimus: || Præcentor et armarius. armarij nomen obtinuit, eo quod in eius manu solet esse Bibliotheca, quæ et alio nomine armarium appellatur s. sorte quia plerique libri ad chorum pertinebant. s Apocrisarius est, qui custodit Ecclesiæ thesaurum, 36. et quicquid à popularibus ad altaria offertur. Camerarius pecu- 41. nias de villis recipit. || Specialis ritus habetur de ordinando Priore, 21. cuius nomen hoc Sæculo loco Præpositi aut Decani invaluit. Imo in Constitutionibus Hirsaugiensibus mentio etiam sit sub- Hergott II 91. prioris sub sequenti nomine: || Claustralis Prior vicarius est fol. 499. Maioris per omnia Prioris: hic est, qui in Claustro iugiter mora- tur, et qui præcipue pondus totius ordinis portat: sergit Codex nr 46. in recensendis officijs: || Celerarius eadem benedictione, qua Prior, et ordinatur et absolvitur: curam gerit de fabis codidie dandis, et non sine adipe, si est dies, quo licitum est: et de oleribus comminutis et coctis: præterhæc in Septimana tres dies id est II. feria IV. et VI. pietantiam habemus: alios vero generales et hoc, quod in die Domi- nica et V. feria de piscibus: et si non sunt olera, continuatur generale. Item quoties cunq; XII. sunt lectiones, generale habemus. In festis, ut est v.g. Translatio S. Benedicti, utrumq; et generale et pietantiam habemus: et fabæ Septis aut faladonibus mutantur: in quibus etiam præter panem solitum dari solet una tortula de ovis farinaq; consperssa: Item similiter in anniversariis. Feria adeps non datur à Septuagesima, et in adventu, nisi in hoc oc- currant festa XII. lectionum. Item in brevi notatur Suma porcorum et arietum, qui debentur de obedientiis nostris || etc. ex quibus declarari possunt, quæ superiori Sæculo de Trischingis diximus, eos nimirum, f. 47. ratione pinguedinis mensæ Fratrum deputatos. Subiungit Codex noster Solatia Cellerarij || etc. Secundus est, qui annonam recipit, quem et granatorium vocamus: huic quando necessis est tota collecta, Prior innotescit, quanti modij de illa et illa obedientia sunt venturi etc. tertius est Suffraganeus Cellerarij, qui vinū recipit, et custodit: vindemia consummata ei quoq; indicatur à Priore, quantas vini carrandas debeat expectare etc. || Sequentibus capitibus agitur de Ostiario, stabulario, et Eleemosinario: hic postremus pauperum curam gerit, primus hospitum, stabularius equorum

equorum. Postremo multis agitur de infirmis et decedentibus Fratribus, et Suffragiis tam proprijs, quam pro aliis, quorum obitus per brevia, id est per litteras intimantur, peragendis. verum funeris forma melius exhibetur in alio rituali nostro huius Sæculi, quam referemus Monrio nostro accomodatam, postquam alia seitu dignissima ex eodem deseripserimus. Itaque
In Ms. f.14. Inter alia præscribitur ritus Novitium suscipiendi et admittendi ad Professionem Monasticam. Titulus sic habet: fol. 129.
Incipit ordo ad Clericum faciendum. Ex contextu patet, præcipue Sermonem esse de faciendo Monacho, cuius tonsura non alia fuit à clericali: unde post orationem sequitur alia rubrica: Item alia, Scil. oratio, ad clericum vel Monachum faciendum. Interposita oratione pergit rubrica: Et interim tondendum dicat has antiphonas: Tu es Domine qui restitues hæreditatem etc. Deinde sequitur titulus: oratio ad Capillaturam. pro quo repetendum, quod iam alibi advertimus, tonsuram duntaxat factam fuisse in Summo vertice, relictis in occipite capillis, qui tamen ad certam prominentiam succidebantur. Subiungitur oratio ad Barbam tondendam, quæ tonsio non fiebat novacula Sed forfice ab Abbate, qui hanc Cæremoniam peragebat, facile applicabili. In Constitutionibus Hirsaugiensibus additur: vestiuntur abbas cucullas, capellum, frocco eorum assuitur, ne notabilis difformitas appareat. Juxta Regulam S. P. N. Benedicti Novitij nec tonderi, nec Monasticis vestibus indui debebant. Quapropter Capitulare Aquisgranense de ano 817. n. 34. vetat tonderi, aut vestimentis pristinis immutare Novitium. at vero in ordine Cluniacensi, qui medio Sæculo undecimo Coepit Sub S. Odone, contrarium præcipitur; fol. 380.
Sic enim inter alia habet: Finito Capitulo ducit eos prius ad Magistrum Novitiorum in Cameram ad mutandum vestimentum. Hergott. fol. 163.
In Constitutionibus Hirsaugiensibus vetatur Suscipi ad Novitiatum, nisi tantum quis barbæ habeat, ut tonderi possit. In Supra citato Ms. f. LIV. f. 30. / nostro c. 13. prohibetur, ne Scholaris puer et imberbis facile in Claustrum recipiatur. Porro tonsuram sibi mutuo Fratres per vices ante vigilias duodecim circiter Festorum faciebant. 380. Annum 20.mum requirebant. Trit. fol. 97. fol. 45.
Ritum Solemnis Professionis Monasticæ prosequitur Rituale nostrum in hunc modum: Post Evangelium maioris Missæ ordinatio Monachorum est agenda hoc modo: Hic immediate ponitur formula Professionis, quæ illi, quæ exhibetur in Constitutionibus Hirsaugiensibus f. 443.
similis est: || Ego Frater N. promitto stabilitatem, et conversionem morum meorum, et obedientiam secundum Regulam S. Benedicti coram Deo et Sanctis eius, in hoc Monrio Rhenaugiensi, quod est constructum in honore S. Mariæ Genitricis Dei, in præsentia Dñi N. Abbatis. || Pergit rubrica: || Hoc postquam singuli legunt, tunc veniam

veniam. Super manus et pedes genua petentes, i. id est ferme prostrati, hunc versum dicunt: Suscipe me elc. quibus conventus respondet adiungendo gloria Patri. Ipsi Novitij gyrum facientes flexis poplitibus postea prosternunt se adorationem, i. id est, toti prostrati precumbunt. / et Dominus Abbas stans imponit. Kyrie eleison p. Sequuntur preces, i. id est quatuor orationes. / hic surgunt Novitij ab oratione et Dominus Abbas conspergit eos aqua benedicta, et cucullas ita benedicit, i. unica Scilicet oratione. / Item exuendo frocum dicat, ad unumquemqs, induat te p. tunc osculato Abbate vadunt in Chorum, et omnē conventum osculantur. || Et sic finiebatur ritus Professionis Monasticæ. Post

|| ad singulos, exuat te p. Inter induendum cucullam dicat

f. 443. Professionem addunt Constitutiones Hirsaugienses: tribus diebus caput non denudant ingiter Capello, quod alibi Capitium vocatur, coopertum, in cucullis dormiunt, Sed tamen frocco exeunt.

Eodem in Codice, qui specialiter Ritus Rhenaugienses exhibet, habetur

f. 140. modus visitandi infirmum pro extrema unctione impertienda, cuius formam ita describitur: || per istam unctionem et suam piissimam misericordiam indulgeat tibi Dominus quicquid peccasti per visum, per auditum, per gustum, per odoratum, per tactum, per incessum, per ardorem libidinis. || Sequuntur tredecim orationes satis prolixæ. Deinde talis rubrica: || Si exitus eius tardior fuerit, agenda est ipso Domno Abbate vel Priore pronuntiante letania hoc modo: || Lytania est amplissima, cui plures inseruntur Sancti in hodiernis Lytanijs omissi. Maiori atq; alternante charactere expressi sunt sequentes: S. Maria, S. Joañes Bapt. S. Petre, S. Paule, S. Blasi, S. Januarij cum Socijs tuis, S. Maurici cum Socijs tuis, S. Gregori, S. Nicolae, S. Benedicte, S. Tintane, S. M. Magdalena, S. Felicitas, S. Cecilia, S. Scholastica. Porro S. Tintanus in altera quoq; Lytania huius Codicis exprimitur.

Folio 154. habentur orationes dicendæ mox, ut defunctus fuerit, additurq; rubrica: || tunc Conventus exiens, ut consideat ante Capellam S. Mariæ, i. Sacellum erat infirmorum, / cantat vesperas pro Defunctis, officiū, et Matutinum, i. id est Nocturnos et Laudes. / Sola hac collecta Sequente p. Inter lavandum, qui sciunt Psalmos, non cessant à Psalmodia, et Sacerdos dicat hanc collectam, Suscipe p. Postquam vestitus defunctus fuerit, turificatur et aqua aspergitur, in feretrum levatur, et portatur usq; ad hostium contra Conventum, qui cum venerit ad finem alicuius psalmi, hoc prior observat, et tabulam percutit tantum semel, / Sæpius in hoc rituali occurrit mentio huius tabulæ portatilis malleolo ligneo percutiendæ. Dimissa statim psalmodia ab omnibus inclinatis dicitur oratio Dominica, et Prior: et ne nos p. Subjungens duas orationes. Tunc conventu præcedente portatur in Ecclesiam, / Seu Sacellum. / S. Mariæ Sub Responsorio, Subvenite p. Ibi defunctus ante altare S. Mariæ sustentatur usquedum pro eo hæc collecta à Priore vel Abbate dicatur: Deus veniæ p.

Relinquebatur

Relinquebatur ibi funus, donec tempus pro Sepultura instaret. Sequitur enim Sequens Rubrica: Ut. Deorsum in posito feretro responsorium, Ne recorderis p. et pulsatione omnium Signorum iam incoepta portatur in Ecclesiam. Sepulchrum verò dum factum fuerit, dicenda est Collecta super illud: Deus, qui fundasti p. Missa Maiori finita Sacerdos indutus stola et alba accedit ad Feretrum, et armarius accito alio Fratre incipit Kyrie p. ad quod cum omnes similiter responderint Se inclinans, et Sacerdos absq; salutatione dicit has Collectas etc. Tunc præcedente conventu elevatur corpus: ant: In Paradysum. Sequuntur plures psalmi cum antiph, aliaq; Cæremoniæ, quas longum esset describere. In fine additur rubrica: Missa expletis, facta ab omnibus inclinatione ante et retro, et Septem psalmis impositis redit conventus in Chorum etc. Inclinationes illas ante et retro, quæ sæpe occurrunt, dicit P. Hergottus, significare inclinationem corporis, quæ contra orientem incipit, et finit contra occidentem.

Cultum S. Fintani hoc Sæculo, si non ante, cæpisse, alibi fusè demonstravimus, ostendimusq; fuisse probabiliter à Sãmo Pontifice in numerum Sanctorum relatum. Nec minus veneratio aliorum Patronorum, inter quos occurrunt etiam S. Nicolaus, S. M. Magdalena, S. Felix et Regula p. insigniter propagatus fuit. In quodam Ms. post Martyrologium Usuardi Sæc. duodecimi enumerantur Reliquiæ, quæ sine dubio iam præsenti Sæculo in Monrio nostro colebantur. Posterior manus annotavit, eas inclusas fuisse in magno sarcophago ano 1142. qui eas legere velit, iam sæpius descriptas reperiet: Sunt enim ultra centum et decem Sanctorum. Sed miscentur subinde apocryphæ, quæ etiam cæteras suspectas vel dubias reddunt. Tales sunt de vexillo S. Michaelis, et de altari, quod ipse dedicavit: quæ quamvis aliquo sana sensu à Mabillonio explicentur, ut et de pallio S. Michaelis, quo scilicet altare ipsius tegebatur: omnem tamen explicationem refugit, quod sequitur: De loco Michaelis, ubi draconem interfecit. Nine fidem ferme superant: de sanguine Dñi, de spinea Corona, de vestimento Dñi, de cruce in tribus locis, de vestimento S. Mariæ, et de pallio eius, de vestimentis S. Joañis Baptistæ, cum ipse tantum Zona pelliceâ circa lumbos uteretur: de sanguine S. Stephani Protomartyris, de mana, de paño in quo crucifixus est Dominus, de S. Benedicto, duo dentes de S. Martino etc. Plurima à Richardo Abbate Hierosolyma reduce fuisse relata, fidè faciunt, quæ sequuntur: de terra, in qua natus est Dominus, de buxo, quem Dominus in manu portavit, de sede, in qua sedit, quando jejunavit, de Sepulchro Domini: de loco ascensionis, de præsepio Dñi, de cera, in quam ignis descendit de cœlo in Hierusalem, forte Sabbato Sancto, qua die quotañis id factum fuisse narratur, etc. Sanctorum tamen Patronorum nostrorum Reliquias præsentes fuisse non ideo incredibile redditur: ut S. Alexandri PP. et M. S. Blasij Epi et M. S. Januarij Epi et M. S. Mauricij M. S. Regulæ V. et M. S. Silvestri PP. etc. Notantur in margine quædam Reliquiæ manu ferme coævâ, quæ eidem Sarcophago postea occlusa fuisse videntur, scilicet de S. Gordiano, quæ per Burchardum Abbatem ex Campidona obtineri poterant: de S. Trutperto: de S. Meginrado M. de S. Pelagio M. de S. Eleminio, quæ eadem manu adlinem adscribuntur: S. M. Magdalenæ, Priscæ, Emerentianæ, Pelagiæ, quæ fuit peccatrix, Nicolai, Dionisij, Eustachij Ducis, Faustini, Matthiæ Apli ano 1155. Treviris in Monrio S. Eucharij inventum est: poterant isthinc obtineri. Reliquiæ, et prioribus superaddi. Non sine ratione Sargovagusille vocatur Magnus, qui non solam tot, sed etiam tam magnas Reliquias, utpote integra ossa et costas caperet. Subiungitur his reliquiis prolixa Sequentia de S. Nicolao cum notis antiquissimis. Porro alias Cæremonias, ritus et consuetudines particulares nri Monrij commodius mox ad singula Mss. huius Sæculi annotabimus. XXXIX. fol. 129.

Trith. in chron. Hirsaug.

Caput VII.

Caput VII.

Manuscripta Sæculi III.tij

1. Ms. XCIII.

Martyrologium peranti quum, quod Rv.mus Calmet censuit Sæculi X.mi, probabilius tamen ad Sæculum undecimum pertinere videtur. Mancum est in medio et in fine: quibusdam diebus nulli omnino adscribuntur Sancti. Fictura quorundam Divorum in margine occurrunt. Summa continet de S. germano aliisq Patronis antisiodorensibus, et particularia quædam de Monrio Fuldensi, forte ex utriusq Monrij Martyrologiis per Bolandianos editis ex toto convenit. Festum S. Tintani manu posteriori ad marginem Sæculo circiter duodecimo adscriptum fuit. Ex quo patet, tunc saltem Monrio nro fuisse præsens. adscribuntur in margine pauci defuncti, qui videntur fuisse Benefactores nri Sæculo duodecimo. Sunt autem sequentes:

ij. april. Herimanus ℭ.
ij. Maij. Burchardus ℭ.
3. octob. Richeza — ℭ.
5. octob. Sybelin — ℭ.

Richenza forte Kiburgica, filia Arnolfi, hæres Lenzburgica, quæ obiit anno 1239.

Nonnulli æstimarunt, hoc esse illud martyrologium, quod sub nomine Xinoviensis sæpius citatur à Bolandistis. Sed oppido errarunt, ut ex collatione utriusq evidenter constat. Certum itaque est, illud fuisse aliquando nostrum, sed anno 1623. ab Eberhardo Abbate donatum R. P. Stephano Vito Societatis Jesu, qui monumenta huiusmodi undequaq præsertim in vicinia nostra collegit. Laude dignus Eberhardus, quod Hagiographis comunicarit, sed dignior futurus, si saltem copiam retento originali. Videtur Scriptum fuisse Sæculo nono, Convenitq cum Martyrologio Hieronymiano. videatur Bollandus in Præfat. ad Tomum primum Januarij fol. 47. Item Præfatio ad Tomum VII. Junij, ubi Solerius, unus ex Bollandi continuatoribus, totum hocce Martyrologium repræsentat impressum. Idem Solerius in præfatione ad Suam Usuardinam editionem folio 8. narrat, quomodo ad manus Jesuitarum pervenerit.

fol. 99. Cæterum ad finem Martyrologii nostri adduntur lectiones plures ex S. Patribus pro officio defunctorum, ex quo patet non semper ex scriptura, aut modo desumptas fuisse.

Il fuit excerptum atq; descriptum, nego enim cum ullis alijs Martyrologiis.

2. Ms. XXXIX.

Martyrologium Usuardi, et Regula Ss. P. N. Benedicti, utraq; bene Scripta, quamvis ad finem primum huius Saeculi, cum die prima Januarij continentur S. Odilo, cuius cultus circa añū 1070. invaluit. Notat porro Mabillonius Tom. II. Anal: frequenter Martyrologium et S. Regulam simul in uno volumine compacta reperiri propter lectionem Capitularem: quibus addebatur etiam Necrologium, cuius fragmentum huic Codici praefigitur, et subnectitur modus legendi sub hac forma: Obierunt nostra Congregationis Abbates, Fratres, Sorores, Benefactores, et alij familiares nostri. Praefigitur Martyrologio Praefatio Usuardi ad Carolum Regem scilicet Calvum, quae forsan edita non est, saltem in Editione Solerij alias omnium optima non extat. videtur praeterea liquis exemplaribus convenire cum primaevo Usuardi Martyrologio, licet subinde variet, maxime per additiones, quae post Usuardum sunt factae. Festum S. Tintani ad diem 15. Novembris manu primaeva litteris majoribus et rubris hoc modo exhibetur: In Alemañia Scī Tintani Conf. Ex quibus evidenter patet, hunc Codicem à Monacho Rhenoviensi fuisse Scriptum, licet calamo paululum recentiori sequentia addantur: qui Scothis natus cum Suevis collocat artus. Solerius in auctariis ad Martyrologium Usuardi notat, Sancti Tutelaris nostri festum ad hunc diem in Codice Hagenogensi Sequentibus verbis licet corruptis exprimi: In Episcopatu Constantiensi Monasterio Kinaugensi S. Findani Confessoris qui multum Confert Eugenijs. Scribendum fuisset, egenis, et loco Kinaugensi Rinaugensi. addit alterum errorem ipsse Solerius inquiens: Idem est, ni fallor, qui apud Castellanum pridie ponitur. Die 22da Nov. additur octava S. Tintani eadem manu recentiori Saeculi duodecimi, quae etiam adscripsit ad diem 20. Octobris octavam S. Januarij. Festum S. Felicis et Regulae habetur ad diem 11. Septembris. calamo vero posteriori ad diem 28. Junij Dedicatio ad S. Udalricū et ad S. Regulam, quae diversae erant Ecclesiae una quidem die, sed non eodem anno consecratae: de quibus Sequenti Saeculo agetur. die 26. Nov. item posteriori manu additur festum S. Conradi Canonizati añō 1120. ex quo vetustas huius Codicis patet. In fine Martyrologii adiuncta est Epistola Chromatij et Eleodori Episcorum ad S. Hieronymum, et eiusdem responsum circa vitas et Martyrologia Sanctorum, quae notatu dignissima foret, nisi à Baronio probaretur Suppositicia.

Folio 125. Codicis nostri praefigitur Sequens titulus S. Regulae nostrae: In Christi nomine incipit Regula Sanctissimi Benedicti. Sequitur post prologum Syllabus Capitum, deinde hic titulus: Incipit textus Regulae. Capite 61. expirat reliquis à codice abscissis ac deperditis.

3. Ms LVII.

3. Ms. LVII.

Lectiones breves, Capitula, et orationes per annum. Præfixit huic Codici Elenchum Theobaldus Abbas, dum adhuc privatus esset anno 1588. ex quo sequi videtur, plerasq eius tempore adhuc in usu fuisse. Nos pauca ac præcipua notamus.

fol. 1. Preces ad primam et completorium vocantur Maiores, et sunt admodum prolixæ, pro Regibus, Episcopis, Abbatibus, Fratribus et Sororibus etc. Benedictiones item ad lectiones Matutinorum afferuntur quam plurimæ ac diversæ, quæ non amplius sunt in usu. Orationes pro Suffragiis Sanctorum implorandis non minus erant copiosæ, quæ haud dubie secundum ritum Cluniacensium ante altaria recitabantur: ex quibus proinde numerus et nomina altarium antiquissimæ ac primævæ à restauratione Ecclesiæ conjici potest, cum secunda Ecclesia primum sub initium sequentis sæculi fuerit ædificata. Sunt autem sequentes:

1. De S. Cruce.
2. De S. Maria.
3. De S. Michaele.
4. De S. Jo: Baptista.
5. De SS. Petro et Paulo.
6. De SS. Apostolis.
7. De S. Stephano.
8. De SS. Blasio, Januario, et Mauritio.

Quibus postremis, certum est, duos alios primæva manu fuisse simul adscriptos, ita ut horum omnium unum esset altare: Sed hos duos posterior manus erasit, et eorum loco posuit SS. Placidum, Alexandrum, Felicem, et Regulam. Credibile etiam est, SS. Petri et Pauli, ac Sanctorum Apostolorum unum fuisse altare, licet diversa Suffragia ibi recitarentur, prout mox sequuntur orationes de omnibus Sanctis Martyribus simul: deinde de Communi Confessorum, Virginum, ac de omnibus Sanctis: et specialiter de S. P. Benedicto, et de S. Fintano, cuius orationi propitiare additur etiam altera: Misericordiam tuam Domine nobisquæsumus, interveniente B. Fintano Confessore tuo clementer impende, et nobis peccatoribus ipsius propitiare Suffragiis. Ad finem Codicis assignantur varij et prolixi Psalmi, nempe Graduales, Familiares, Sricenarij, a Prostratis dicendi pro tribulatione, pro negligentia corporis Christi etc.

4. Ms. LXXIV. 2.

Continet quatuor partes diversas, quarum prima est Calendarium Rhenoviense circa medietatem Sæculi undecimi exaratum, cui additur insigne Necrologium sub Diemaro Abbate Scriptum, de quo plura Superius. Secunda pars habet Capitula, Orationes, lamentationes &c. Scriptas Sæculo duodecimo. Tertia pars est quoddam Chori Directorium affine em Sæculi undecimi exaratum. Quarta exhibet orationes Sæculo duodecimo adscriptas.

In Calendario sequentia notatu digna occurrunt. Natalis S. Blasij, Mauritij, Januarij, Findani, litteris maiusculis manu primæva exaratis exprimitur. Item S. Benedicti abbatis, et S. Udalrici. Abetus vigilia SS. Philippi et Jacobi, et die 21. Sept. Conceptio S. Joannis Baptistæ. Octava S. Januarij et S. Fintani, cum huius vigilia, item festum S. Conradi, manu Sæculi duodecimi adscripta sunt. Die 13. Decembris notatur Dedicatio Ecclesiæ S. Leonardi Gemunden manu posteriori: quæ etiam eadem die occurrit in Ms. 83. In præsenti Calendario occurrit Pater Arnoldi Wasserfelz Gemunden, unde sequitur, Ecclesiam ibi sitam pertinuisse ad Monasterium, et forte ab eodem Arnolde aut Patre eius Monacho fuisse incorporatum, maxime cum alia bona tradiderit in Wilaco in pago Turigouue sub Ottone Abbate, scilicet in Bülach, fait fontaine nobilis charta 119. Dominus in Wasserfelz et in Gamuodingen, cum etiam alias possessiones habuerit in pago Barræ nempe Podilishurin. occurrit de hoc Sermo sequenti Sæculo. Folio 18. habetur Sequentia de S. Fintano: Eia nunc Secij &c. et folio 20. antiphona prolixa: Laude &c. Sed manu Sæculi duodecimi adiuncta.

Directorium licet ab initio pro choro Rhenoviensi Scriptum non fuerit, dubitandum tamen non est, plerasque Cæremonias Rhenojj abrogatas fuisse, cum non frustra in Monasterium illatum, atque ex eo aliud directorium pro choro nostro sequenti Sæculo descriptum fuerit. aliqua interim hic notamus:

Psalmi prostrati, id est Pœnitentiales iam dicebantur in quadragesima. Forma cooperiebantur in festis, id est Sedilia tapetibus. antiphone O. ante Nativitatem Dñi habentur numero undecim, quod plane inauditum. In festo S. Innocentium sequens rubrica legitur: ad Capitulum legitur de Regula, Silentium in Claustro observatur. In vigilia Epiphaniæ notatur: In hac die semel reficientes ab adipe tantum abstinemus. De translatione festorum sequens occurrit mirabilis rubrica: Festa S. Benedicti et annuntiationis si venerint in Hebdomadam Sanctam octava die priusce celebranda, et anticipanda sunt. In præcipuis festis assignatur Processio et circumgestatio Sacrarum Reliquiarum. In festo S. Xisti præter benedictionem novarum uvarum, præcipitur benedictio Novellæ Fabæ, Novelli Panis, et Musti, Suis temporibus in refectorio post inchoatam et interruptam lectionem mensalem à Sacerdote in mensa principali impertienda.

S. Ms. CXIV.

Rituale continens Cæremonias Baptizandi, Confirmandi, Professionē religiosam emittendi, inungendi, Sepeliendi etc. Scriptus est Codex pro Monrio nō Rhenoviensi à quodam Monacho nostrate, adeoque plurimum æstimandus: Character magnus et nitidus. Calm et retulit ad Sæculum decimum, alij melius ad undecimum: mihi à diuitiū Sequentis referendus videtur, ob Sanctos Conradum et Nicolaum
" litteris maiusculis lytaniis insertos, et quidem manu prima, vaslicet inæqualitas pergameni aliquam diversitatem præseferre videatur: porro cultus S. Nicolai post annum 1127. invaluit, cum eius Sacrum corpus Barium translatum fuit iuxta Compilationem chronologicam apud Pistorium. Parum tamen „inter est, nos pauca, quæ pronotitia historica facere possunt, annotamus.

fol. 8. Benedictiones, quæ cum aspersione aquæ benedictæ fieri consueverunt, diversa indicant ædificia, nimirum Dormitorium, Refectorium, coquinam, Cellarium, Sacrarium, Chorum, Calefactorium seu caminatam; Sensus enim orationis id perhibet, licet titulus sit fere deletus: denique ad S. Mariam, cui Sacellum infirmorum consecratum
37. erat à proprio Sacellano quondam provisum. Ex rita Baptizandi colligitur, morem adhuc fuisse, plures simul in Sabbatis Paschæ et Pentecosten Baptizandi, adeoque extra casum necessitatis Baptis-
50. -mum infantium eousque dilatum fuisse. Evangelium præcipitur à Diacono legendum. Baptismus ipse fit per trinam immersionem. additur Sequens rubrica: antequam lactetur infans, vel quicquam gustet, corpore et Sanguine Domini Cōmunicet eum Sacerdos ita dicens: In principio erat verbum p. Ordo confirmandi immediate interpositus Baptismo satis indicat, Infantes Baptizatos statim fuisse confirmatos, si nempe adesset Pontifex, qui in præsenti exprimitur.
78. Subiungitur ordo Baptizandi infirmum, qui licet brevis sit, præmittitur tamen brevissima benedictio aquæ. In præconio Paschali
81. iam omittuntur illa verba in Superiorum Sæculorum codicibus expressa: O certe necessarium p. et o felix culpa. Expresso Papa non fit mentio Antistitis, denique additur: et gloriosissimo Rege nostro N. cunctoque exercitu Christianorum. Referuntur variæ benedictiones
87. Scilicet agni, Casei, Ovorum, panis, vini, putei, domus, Segetum, vinearum, hortei, novarum frugum p. Specialiter vero notanda est
98? prolixa benedictio Salis et aquæ ultra viginti folia explens, ad diversas hominum utilitates, et ad omnia valde necessaria, et ma-
123. -xime proposite animalium, additur benedictio super fustes et capsellam iter agentium, id est super baculum et peram peregrinantium ad limina Apostolorum, quæ Specialis est, nec cum Cōmuni conveniens. Sequitur ritus professionis monasticæ, et visitandi infirmum, quos Superiori Capite descripsimus.

S. Ms.

6. Ms. LIV.

Udalrici cluniacensis de consuetudinibus cluniacensibus liber tertius, tractans de obedientiis, seu diversis Monachorum officijs: ex quo capite praecedenti plura excerpta dedimus. Scriptus fuit subsinem huius Saeculi, adeoque paulo postquam ipse auctor hos libros S. Wilhelmo nuncupatos exaraverat. Nec dubium, quin reliqui duo libri adfuerint, modo deperditi.

7. Ms. CIII.

Duo diversa continet Manuscripta, utraque Saeculi praesentis, sed posterius characterem antiquiorem permixtis distongis refert, et tanto pluris aestimandum, licet duntaxat officium S. Tintani, scilicet hymnos, antiphonas, et responsoria, et ab initio hymnum de S. Blasio exhibeat. Hoc officium per partes retulimus in comentario in vitam S. Tintani: notas musicales habet antiquissimas. demonstrat evidenter, hoc Saeculo solemnissime hoc festum fuisse celebratum. Hymnus de S. Blasio continet stropham memoratu dignissimam, quae praesentiam Sacrarum Reliquiarum dilucide indicat in hunc modum:

Gaudeas tandem retinens Patronum,
Blasio multum decorata Sancto,
Compta thesauri pretio iucundi
Augia Rheni.

Ex quo patet, ab initio hunc hymnum Rhenoviji fuisse compositum, ac deinde San-Blasianis comunicatum, omissa illa stropha, quae Augiae Rheni mentionem faciebat.

Additur huic hymno coaevis litteris donatio Sigemari, quae Cellam albam, id est S. Blasij Monasterij contulerat; eademque donatio ad verbum descripta exhibetur folio praecedenti, quod ad alind volumen pertinebat; nam licet illa pars Codicis in fronte fuerit compacta, constat tamen recentiorem esse, et ex posteriori descriptam, cum quasdam particulas lineis eadem manu insertas, in ordine linearum exhibeat. Quid sibi velit haec iterata huius donationis hoc Saeculo inculcatio, ne latet: nisi credere velimus, hoc factum fuisse ex dolore amissae Cellae albae, ne scilicet posteri ignorarent, cum memoria adhuc recens esset, S. Blasij Monasterium iam valde succrescens, subiectum olim fuisse Rhenaugiae. Certum interim est has copias ex ipso authentico fuisse descriptas, et non ex chartulario, quod primum circa medium sequentis Saeculi compilatum fuit.

Prior pars huius Codicis exhibet Epistolam S. Hieronymi ad Paulam et Eustochium de assumptione B. V. Mariae: ex qua notantur octo lectiones in eodem festo recitandae. Item octo aliae in festo Nativitatis eiusdem gloriosae virginis. Dubitat quidem Erasmus, an haec Epistola

sit partus

Sit partus genuinus S. Hieronymi: Farvenses vero et Cluniacenses adeo eam æstimabant, ut omnes lectiones etiam tertij nocturni omisso Evangelio in hoc festo ex ea inaudita exemplo legerint.

8. Ms. LXXIII.

Continet duo itineraria, et in fine fragmentum aliquod expositoris in libros Regum. Itinerarium primum in loca Sancta est Arnulfi Episcopi galli, quod composuit S. Adamnanus abbas Hyensis, auctor vitæ S. Columbæ, quæ in Bibliotheca Kasshusiana Sæculo octavo manuscripta asservatur, et nuper Rhenovij descripta fuit. Porro hoc itinerarium scripsit Reginbertus Monachus Augiæ Divitis sub initium huius Sæculi, cui præfixit Prologum et quosdam versus, item quosdam alios versus ad finem.
Itinerarium Secundum, quod dicitur S. Antonini, eo quod mentio illius ab initio fiat, opus est nullius fidei, nullius prorsus nisi antiquitatis precij. videtur compositum ab aliquo Placentino. Impressum fuit à Bolandistis ad initium Tomi II. mensis Maij. Frustra igitur putavere nonnulli auctorem huius fabulosæ descriptionis plenæ solœcismis esse Monachum Rhenaugiensem. Possibile tamen est, sub Richardo nostro abbate Hierosolymam peregrino fuisse descriptum, et Rhenaugiæ illatum, neque enim character illius ætatem longius fugere mihi videtur.

9. Ms. LXXXII.

Breviarium continens hymnos, cantica, lectiones, id est capitula, et orationes per annum sine psalmis. A. R. P. Basilius Subprior nr. in nove, quem format Super Manuscripta Commentario, demonstravit, scriptum fuisse pro Monasterio Farvensi, nec iuniorem esse Sæculo undecimo: neque tamen senior esse potest, cum mentionem Conversorum faciat. Quomodo Rhenaugiam venerit, non constat, Sæculo subsequenti iam fuisse præsentem, prodit Hymnus de S. Fintano illius ætatis manu præfixus. Inferri posse videtur, Monachos nostros cum reformatis Monasterijs consuetudinem habuisse. certe Farvensis disciplina latius tunc propagata fuit.
Cæterum continentur in præsenti Codice hymni quam plures non facile alibi inveniendi: orationes etiam pro eodem festo plures in diversis horis recitandæ. Adiungitur notabilis ordo providendi Infirmum Fratrem, Commendationis animæ et Sepulturæ.

10. Ms. LXXXVIII.

Continet tres partes discrepantes, omnes tamen hoc Sæculo Scriptas, sed non pertinentes ad Monasterium nostrum. Prima exhibet Calendarium in principio et in fine mancum. die 4. octobris notatur Dedicatio huius Ecclesiæ, procul dubio Lucernensis, ubi adhuc dum post festum S. Leodegarij Solemnis Dedicatio celebratur, nam et festum eiusdem Sancti, et S. Mauritij cum vigilia, Patronorū

Patronorum illius Ecclesiæ, distincto colore notatur. Quædam aniversaria subinde inscripta occurrunt. Pars altera continet antiphonarium notis antiquissimis superimpositis nempe introitus, gradualia, et cætera huiusmodi ad S. Missæ Sacrificium pertinentia. Tertia denique pars habet orationes Missales. In festo S. Benedicti duplex assignatur Missa, unacum orationibus modernis, altera de com̄uni Abbatum.

11. Ms. XX.

Lectionarium Matutinale pergamenum pulchro et magno charactere à Rhenoviensi Monacho Sæculo undecimo conscriptum, continens. lectiones de tempore et Sanctis ab adventu usq; ad Pentecosten. Lectiones sunt prolixiores modernis, et octo priores ex Scriptura desumptæ, sicut historiæ de Sanctis omissa Scriptura in octo lectiones distribuuntur. In tertio tamen nocturno semper sunt quatuor Lectiones de Homilia Evangelij. In Paschate et infra octavas more Canonicorum, ut vocant, assignantur tantum tres lectiones. Historiæ de Sanctis pleræq; sunt à Bolandistis editæ, subinde tamen in aliquibus discrepantes, aut omnino diversæ. Huic Codici prælixa est pagina, in qua cum notis antiquis habetur festum Ss. Reliquiarum: Oratio quoq; habet plures notas musicales; ex quo sequitur, fuisse pluribus inflexionibus et protractis Syllabis decantatam.

12. Ms. XVIII.

Est pars æstivalis eiusdem Lectionarij, continens lectiones à Pentecosten usq; ad adventum; Veteres enim Breviarium in duas tantum partes dividebant. Folio 233. habentur illæ lectiones de vita S. Tintani, in quas Comentarium in præsentem historiam conscripsimus; cæteris enim sunt antiquiores, et Sæculo undecimo exaratæ, divisæ more solito in octo partes. Sub finem folio 685. habentur aliæ octo lectiones quæ complectuntur postrema facta vitæ eiusdem S. Tintani: Sed characterem præferunt Sæculi duodecimi, aut decimi tertij; et hæ probabiliter in octava, quæ tunc primum fuit instituta, legebantur.

Folio 217. festum S. P. Benedicti in Julio vocatur Comemorationis et non translationis. Folio 292. habentur Cæremoniæ in Nocte Resurrectionis Dñi haberi solitæ: dum nimirum Septem Monachi exeuntes de Choro Historiam Evangelicam ad vivum exhibebant. unus Diaconus alba dalmatica indutus personam Angeli referebat: tres in cappis humeralibus cooperti Mulierum officio fungebantur: Christus Dñus Casulam albam gestabat, Reliqui duo cappis amicti Apostolos Petrum et Joannem repræsentabant.

tabant. cantabantur versus et responsoria ex Evangelio; ibant ad Sepulchrum, redibant ad Chorum, qui pariter suas subinde adjungebat voces. Tandem multis interpositis cæremonijs cantor imponebat Hymnum Te Deum Laudamus, et populus benedicebatur à custode. Quæ sane cæremoniæ numerosum Conventum exigebant. Folio 563. habentur posteriori manu de S. Catharina Lectiones propriæ cum hymno et Sequentia: item Sequentia de S. Nicolao.

N. 3. Ms. XXXVII.

Libri 15. S. Augustini de SS. Trinitate. Codex est integer solicite scriptus, cui præmittitur longus et exactus index omnium capitum totius operis.

14. Ms. LXIX.

S. Augustini Libri quatuor de doctrina christiana, integre ac perbelle scriptus, ac notis marginalibus uberioribus à coævo Scriptore instructi. cum editione Patrum Congregationis S. Mauri ita convenit iste Codex, ut nullus alius melius. Inmultis tamen adhuc discrepat: et sunt quædam, quæ eruditi illi Patres in alijs Manuscriptis non legerunt. adscripsit hæc R. P. Subprior Basilius in suis notis.

15. Ms. XXVII

Rudolfi Monachi et Presbyteri Rhenaugiensis patria Tigurini Explanatio Psalmorum, et nonnullorum canticorum. Opus magnū et spissum, pulcherrime ego Scriptum, inter præcipua Musæi nostri Manuscripta facile numerandum, quod non solum Monachus Coenobij nostri scripsit, sed etiam eruditissime composuit, et hinc demonstravit, doctos viros inter nostros illo ævo non defuisse. adjecta quædam in margine eadem manu prima ava probant ab authore ipso Scriptum fuisse Codicem. Cæterum ex Charactere ipso constat, falsam esse illorum opinionem, qui hactenus senserunt, opus ad scribendum esse Rudolfo de Radegg, qui cum authore nostro nihil præter nomen cōmune habet, cognomina siquidem seculo undecimo nondū passim in usu erant. Radeggius attestantibus chartis seculo primum decimo quarto vixit, Patria Rhenaugiensis, non Tigurensis erat, neque Monachus ullibi dicitur, sed Magister Scholarum, et quidem in Eremo Domum cum Pomario Rhenaugiæ donavit, non calicē aureum, quod qui alterutrius donationem scripserunt, silentio præterire non potuissent: Denique Poeta celebratur à Logi pontio, non inter-

pres scrip-

-pres Scripturarum. Verum authoris nostri praeclaras dotes manus coaeva nobis Codici ipsi inscriptas reliquit, quod paulo post mortem ipsius fecisse videtur, ex quibus patet, eundem inter Benefactores quoque nostros esse collocandum. Nullus occurrit Rudolfus Presbyter inter Monachos nostros adscriptus. Necrologiis n. 83. et 74. Est tamen aliquis notatus in Ms. 39. qui forte hic ipse Rudolfus noster est. Notavimus etiam priorum Codicum Inscriptiones multum excedere saeculi undecimi mediatatem. Verum hic ipse Codex abunde suppelet in hac parte cuius quoque Catalogi defectu. Superest ut adscribamus, de quibus mentionem fecimus, versus, in quibus voluit in compendio vitam ac dotes authoris perspicere licebit:

Codicis est huius Rudolfus Presbyter auc } tor
Divini Cultus bonus atque fidelis adauc } dem
Iuregi natus generoso germine pri } dis
quina quinqueniatetra tetreniaque vixit ibi
Postquibus patria notis Sprot is et ami } vit
Et Monachus factus ad claustra Dei genitri
Quae propriis rebus, Sumoque labore para } tes
usibus Ecclesiae pietate sua comoda
Scilicet has glossas tibi salgore niten } stat
Ysidorum, Rabanum quoque Paterium quodecen
Et geminos Calices, quorum prior aureus ex } ant
Alter abargento spectacula lucida prae
Hocque sibi Fratres pactum super his tribuer } zi
Haec ut ab Ecclesia nulla ratione recedant
Id sperans lucri sibi promeritis munera } tis
Post obitum Sacra Fratrum precepose Juva
Vos ergo Fratres mutuo date ius pieta
Solvite commissum precibusque invate bea

16. Ms. XCI.

Liber Hymnorum, Lectionum brevium, et Responsoriorum prochoro inserviens. Multos continet Hymnos proprios in festis particularibus, quos alibi haud facile invenies. licet characteres primam bonae aetatem superiorem intuenti ostendat, si tamen rite examinetur, ad saeculum undecimum pertinere dignoscitur: imo hymnus de S. Nicolao folio 93. descriptus, ad finem huius saeculi codicem rejicere videtur, cum Sancti illius corpus primum anno 1087. in Apuliam seu magnam graeciam translatum fuerit. Credibile est ad Monasterium augiae Divitis pertinuisse, cuius sit mentio in hymno de S. Marco in hunc modum: Cuius sacratis artubus salutis auctor omnibus Christus moderno tempore compsit solum Germaniae: latare felix augia honore tanto praedita etc.

17. Ms. LXV.

17. Ms. LXV.

Antiphonarium cum Responsoriis prolixis dispositum iuxta ritum Romanum seu Gregorianum. Ad Ecclesiam Soledorensem olim pertinuisse festa propria S. Ursi et Victoris, S. Mauritij et Sociorum probant. totum notis antiquis Signatum est, et obantiquitatem suam haud Spernendum. Forsan per Rv.mu Udalricum Hochillius Ecclesiæ aliquando archipresbyterum ad nos devenit, mancum tamen in principio et fine.

18. Ms. XCVII.

Graduale: Item Hymni et Canticа cum notis antiquissimis. Codex est Singularis nota dignus, ob Specialia, quæ continet à nostris moribus diversa. Nam tropos prolixos Missis anteponit, paraphrases quasdã exhibentes. Deinde ad Kirie eleison, et gloria in excelsis versiculos plurimos intermiscet, v.g. Kyrie leyson, Pater infantium. Christe leyson, Imago genitoris. s. folio 98. habetur Symbolum apostolorum græce, sed latinis characteribus Scriptum. Post Missam de Dedicatione fol. 37. adduntur quædam antiphonæ Disciplinam Spectantes: Monasterium istud circumda Domine... Sit in eo Sanctitas, Castitas, Spiritualis Disciplina, obedientia etc. à folio 127. incipit liber Hymnorum, quorum multi Speciales Sunt, nec alibi facile obvij. usibus Monrij nri inservisse, prodit antiphona de S. Tintano à progenie. fol. 200. manu Serme coæva adscripta ad finem Subjiciuntur tres benedictiones ensis seu gladij.

19. Ms. CVIII.

Divi Augustini libri duo de Sermone Domini in monte, eiusque liber de quinq hæresibus. Præmittitur elenchus Evangeliorum, qui in editis non reperitur. Codex est integer, character initiantis Seculi undecimi pulchre Scriptus. folio 150. additur manu Sæculi undecimi Interpretatio Theotisca quorundam nominum Subtali titulo: De volatilibus: Aquila, aro: Capus, Falcko: accipiter, habuch. Sir, Sparenuare: Milvus, wiho: vultur, gir: Merops, grunspecht: grus, girinuch p. folio 189. Subiungitur quædam Epistola cuiusdam A. ad quemdam G. cui miserat præcedentem librum de quinque Hæresibus. Missa fuit Bernardo Pezio anno 1729. verum in eius operibus non reperitur.

20. Ms.

20. Ms. CXXXII.

Prima pars huius Codicis continet offertoria cum notis superpositis. folio 113. exhibetur hymnus angelicus graci idiomatis, latinis tamen characteribus scriptus; post Dñe fili unigenite Iesu christe, adduntur verba: He agyon pneuma, id est Sanctus Spiritus. Ex quo patet, eundem hymnum utroqs idiomate olim à Monachis nostris fuisse inter Missarum Solemnia decantatum, veluti notavit Calmetus in Itinerario Helvetico pag. 83. Sequuntur à folio 114. plurimæ Sequentiæ, quarum notæ non inter lineas, sed ad marginem adscriptæ sunt. Sequentia de S. Fintano, aliæqs satis demonstrant, fuisse à Rhenaugiensi Monacho Codicem exaratum: quin imo authorem Sequentiæ de S. Januario fol. 120. Rhenaugiensem predit eius initium: Pangat ymnum Renaugiensis insula Martyrum plena etc. In Letanijs pro Rogationibus habentur plures invocationes pro Summo Pontifice, Imperatore, Episcopo, et Abbate p. Cæterum iste Codex tam a principio quam in fine est mancus. mutilis.

21. Ms. CXXXIX.

Ordo ad frigidam aquam, et caldariam, et ad ferrum, et ad vomeres, per quæ nempe olim probabantur homines de crimine suspecti. Similem ordinem, non tamen per omnia cum isto convenientem ex Ms. Wossofontano edidit clarissimus P. Pezius Tom. II. anecdot. pag. 35. de qua re videatur eiusdem Dissertatio Isagogica Num. XII. pag. XLVIII. et Seq. In præsenti Codice à fol. 23. adduntur aliæ diversæ benedictiones: interquas præcipue notanda est illa super vasa in antiquis locis reperta, ut nimirum arte fabricata gentilium ab omni mundentur immunditia, et Fidelium usibus inserviant. à folio 28. additur probatio per panem et Caseum, ex quo sumi debebat dimidia untia, ut si quis furtum fecisset, non posset deglutire, sed faucibus constrictis, inflato ore, cum spuma, dolore et gemitibus, delictum prodere cogeretur. Libellus porro iste tam in principio quam in fine est mancus.

22. Ms. CXLIX.

Libellus de octo partibus orationis, seu Regulæ gramatices, scriptus ad finem præsentis Seculi. videtur confectus ad normam illius, qui J. I. Ven. Bedæ sub simili titulo. Saltem ex eo constat, Scholas Monrio nostro nunquam defuisse.

23. Ms. XLVIII.

S. Gregorij Papæ quatuor ultimi libri in Job, scilicet à trigesimo secundo usqs ad trigesimum quintum. Codex est sanus et integer atqs nitide descriptus. Iisdem præcedentes libri plures eiusdem operis in alijs Mss. nostris continentur: nam Sub Num. 13.

habentur

habentur à primo usqs ad decimum sextum: item num. 87. priores quings libri: item Num 38. libri sequentes usqs ad decimum: Intermedii tamen libri à decimo sexto usqs ad trigesimum secundum desiderantur.

24. Ms. LXXXVII.

Eiusdem S. Gregorij Papæ libri quings priores Moralium in Job mox citati, manu non minus nitida descripti: nec quicquam deest Codici à capite ad calcem integro et sano, promissa dedicatione ad Leandrum Episcopum Hispalensem.

25. Ms. CXXVI.

M. Tullii Ciceronis Cato Maior, seu liber de Senectute. totus est notis eruditis interlinearibus et Maginalibus refertus, et ad calcem quadam dilucidatione auctus, adeoque eo pluris estimandus.

91a

Christi XII.
Caput I.
Benefactores.

Plures sub initium huius seculi se offerunt Monij nostri Benefactores, forte quod diligentius adnotati fuerint à Scriptore chartularij, qui hoc eodem tempore vixit: Sunt autem sequentes:

Friderun — — — dedit — — — Eggingen.
Bertoldus de Flacho — — — — — ostrolvingen.
Landfridus de gisingen — — — — — Tollilshusin.
Arnoldus de guotmoutingen — — — — Willacum.
Bernardus de griesheim — — — — — Griesheim. Riuthi Spreitenbach
Liutholdus de wizinburg — — — — wizinburg. wizwila. Arcinga. Rödelingen. Bockperch.

Friderun cum manu filii sui Marquardi donavit Monrio, quod dicitur Rinaugia, totum prædium, quod in villa Eggingen, quæ sita est in pago prope Ulmam, hereditario iure hactenus habuit, villa Eggingen modo aliis characteribus scribitur, scilicet Eckingen, quod duabus horis distat ulma versus Echingam. Prædium subamplioni significatione, prout in donatione S. Henrici advertimus, accipiendum esse, colligitur ex adiunctis, nempe tam manci pus utriusque sexus, quam pratis, pascuis, agris, molendinis etc. tum etiam ex addita conditione, ut nimirum tam ipsa Benefactrix, quam eius filius Marquardus, quam etiam filia Ita in eodem Monrio præbendas et mansiones secundum morem et consuetudinem Caterorum ibi manentium deinceps habeant. quod dicitur secundum morem Caterorum, evidenter probat, plures eiusmodi Mansionarios Monrio tunc adhabitasse.

Friderun viduam Marquardi fuisse, ipsa testatur dum ait: Pro XLII.
remedio dilecti animæ Mariti mei Marquardi. Ex nobili quoque prosapia ortam, non dubito, quandoquidem Comitem Gerungum de Pölingen testem suæ donationis adhibuit: esse vero vocandam Comitissam, prout fecerunt Maiores nostri, vehementer subsisto, cum non ita expeditum sit, ad fœminas eum titulum illo iam ævo fuisse extensum, aut ita passim familiis adscriptum, levius videtur, quod non nemo autumat, Friderun fuisse illam, quæ in libro Fratrum conscriptorum S. Gallensi Roberti Regis

Gallorum

Gallorum nomini subiungitur; quasi vero non plures Trideruni eo tempore extiterint, quarum plures tum sæculares tum laicæ in Necrologiis nostris occurrunt. Hæc probabiliter illa est, quæ sub Diemaro abbate notata fuit obiisse die 17. Januarij. Cuius filia Ita adscribitus addiem 7. Februarij in utroq; Ms. tam 74. quam 80. Nisi soror effecta est, quæ sub Ottone vixit, teste Catalogo S. Gallensi, cuius tamen obitus non notatur in Necrologiis nostris, quod supervixerit scriptores, atq; Diemarum abbatem. Marquardus filius proculdubio Monachus fuit effectus, et ab eodem Necrologii scriptore notatus addiem 17. Julij obiisse. Credamus igitur, Trideruni fuisse nobilem Suevam, non vero ex gallia oriundam, quæ alia bona, nisi in meditullio Sueviæ, non videtur possedisse.

Data est hæc chartain pago Hegowe apud Ramisheim, id est Ramsen, in comitatu Ödalrici comitis de Ramesberch, ipso præsente, regnante Domino IIII. Henrico Rege. Sub cuius nomine intelligi Henricum V. evidenter ex eo constat, quia Gerungus de Ötölingen occurrit in alia quoq; charta n. 47. quæ data est sub Ottone Abbate, cuius regimen sub regimine Henrici V. includitur. Nisi credere malis, eam datam fuisse immediate ante vel post Ottonem abbatia vacante, cum in charta nullius abbatis nomen exprimatur, sed simpliciter dicatur: ut Monij rectores et fratres deinceps habeant facultatem etc. Certum est, hasce chartas, ut notavit P. Geroldus, non fuisse ordine chronologico descriptas, cum charta 39ta memoretur Diemar abbas, et in sequentibus pluribus abbas Otto. Similiter Henricus perpetuo Rex dicitur, nunquam Imperator, et plerumq; quartus, subinde quintus.

Charta hæc comode collocari potest ad annum 1105.

Bertoldus de Hacho cum manu fratrum suorum Rödolphi et Liutoldi tradidit ad Monium S. Dei genitricis in Rinowa omnem hæreditatem suam, quam habuit in ostrolvingen. conditionem addidit, ut deinceps mansionem suam, sicut quilibet Monachus ibidem habeat. Ex quo sequitur, eum factum fuisse Monachum, et alterutrum illorum esse, qui inscribuntur Necrologio Ms. 74. 2. ad diem 19. Martij, vel 12. aprilis. Quod vero in catalogo Conventus Ottoniani S. Gallensi non exprimatur ratio est, quod primum post communicatum illum Catalogum Monio nostro associatus fuerit. Cæterum sub Ottone contigisse hanc donationem exprimitur sequentibus verbis: In ius et proprietatem prædicti abbatis Ottonis et Monachorum, et in perpetuum eorum Successoribus transeat. Subiungitur: actum Renaugia coram multis testibus, Rege Henrico IIII. seu verius quinto.

Landfridus de Gisingen tradidit hæreditatem suam, quam habuit in Fodilshusin, et Situm est oppidum in pago, quod Bara dicitur, ea ratione

iuxta Danubium, ad Mönrin quod Rinöwa dicitur,

caratione, ut mansionem suam in prædicto Monasterio sicut quilibet Monachus habeat. cum igitur chartaista præcedenti conformis sit, idem iudicium de utraq; formandum. Quia vero Landfrid etium deest in Ms. 74. signum est, cum supervixisse scriptorem illius Nebrologij. Distinguendus est porro vir iste nobilis de Gisingen ab alio Landfrido Comite, qui iam Sæculo nono inter Benefactores nostros recensetur. ad finem chartæ additur: actum in ipso Monrio Dño Ottone Abbate præsidente, et Dño Henrico IIII. Rege regnante. Fodilshusen hactenus in mappis Geographicis invenire haud potui, licet non tantum villa sed oppidum in Pago Baræ in præsenti charta nominetur. Notat P. Reñer inveniri in libro feudali fol. 5. et 25. quapropter mirum non est, amissū fuisse, primo enim in feudum dabantur eiusmodi bona, postea non requisita investitura omnino amittebantur.

Arnoldus de guotmuotingen dat hæreditatem suam, quam habuit in Fodilshusin, et höbam unam in uillaco in pago Zurigowe. Gutmatingen haud procul à Randegg: illud prius intelligendum esse, sudet pagus Baræ, cui inerat Fodilshusin, cum econtra illud alterum in pago Hegowe reperiatur. Willacum illud esse, quod modo Bülach nuncupatur, extra dubium est. adiecit porro Arnoldus conditionem, ut post obitum eius ex prædicta höba in anniversario suo Fratribus servitium detur, id est, Mensa solito melius instruatur. Hic prima vice occurrit mentio anniversarij in chartis nostris. obiisse creditur die 14. Martij. Benefactor iste, uti notatur in Ms. 74. 2. Arnoldus L. id est laicus. Data est charta sub Ottone abbate, et Henrico Rege, qui iam vocatur quintus. Porro hæc ultima charta est à chartularij Scriptore exarata: qui utiq; laudem meretur amplissimam obtam nitidam Monumentorum descriptionem, videturq; haud diu Abbatem Ottonem supervixisse. ut autem in ultimis chartis omnem fidem meretur, utpote ipso vivente, quin et presente factis, ita ordinem in istis non curavit observare, quem in præcedentibus melius curaverat.

Bernardus de griesheim tradidit ad Monrium Rinowa, quidquid hæreditario iure in prædicta villa possedit: et in Riuthi höbam unam, quæ ambæ sitæ sunt in pago Cleggowe: et iam höbam unam in villa nomine Spreitenbach, quæ sita est in pago Zurichgöve, et omnia ad ea pertinentia, id est, Ecclesiasticam donationem in griezheim, et eius legitimam advocatiam cum cunctis etc. ea ratione, ut deinceps in eodem Monrio necessaria, sicut quilibet Monachus habeam, et prædicti loci Abbas Otto et Monachi et eorum Successores potestatem habeant ex ipsis rebus faciendi, quidquid ipsis visum fuerit etc. actum in præfato Monrio coram multitudine populi, et Liutholdo eiusdem Ecclesiæ Advocato, et Not. Kero fratre eius de wizinburc, et Gerungo et Fratre eius Liutholdo de stöfingen, cæterisq; quam plurimis idoneis testibus, regnante Dño Henrico IV.

Henricum IIII. Certum igitur est, Ottonem sub Abbate et Henrico V. fac-
tam fuisse hanc donationem: Sed non minus certum est, id conti-
gisse extremo eorum regiminis anno, cum in Diplomate Lotharij da-
to anno 1125. dicatur: hanc donationem nuper fuisse factam.
Sed quoniam Specialis ista Regia huius donationis confirmatio
ostendit, eam maioris momenti fuisse, iuvat ipsa verba Diplomatis
attexere. Sic igitur habet: „Præterea idem Religiosus abbas S. Diet-
marus S. quoddam prædium in villa, quæ dicitur Grieszheim proprie-
tati Cœnobij sui nuperius cæteris traditum, Regiæ Maiestati nostræ
tuendum concessit: cuius prædij donationem testibus idoneis, quos
ipse obtutibus nostris præsentaverat, diligentius inspectam, ratam
esse volumus, ac nostris Successoribus per præsentis paginæ virtutem
roborandam transmittimus. Fuit enim in prænominata villa, vide-
licet Grieszheim, quidam homo nobilis nomine Bernardus, qui amore
æternæ vitæ compunctus ad præfatum Monȃrium tradidit, quicquid
hæreditario iure in prædicta villa Spreitenbach, quæ Sita est in
pago Z possederat, et in Riuti hobam unam, quæ ambæ Sitæ sunt in
pago Cleggove, addidit etiam hobam unam in villa Spreitenback, quæ
Sita est in pago Ziurigowe. Hæc omnia etc. Igitur assignandus est
huic donationi annus 1124. qui immediate præcessit expeditionem
huius Diplomatis, et ultimus fuit tam Ottonis Abbatis, quam Hen-
rici Regis.
Cæterum ex hac charta evidens est, ad Monȃrium nostrum pertinuisse
in Grieshèim ius Patronatus, rem Ecclesiasticam, unacum decimis,
præter insigne prædium ipsi Domino de Griesheim antehac pro-
prium. Quando autem aut quomodo deperdita sint, hactenus ignotum:
Monȃrium S. Blasij hodie rem Ecclesiasticam et decimas possidet, no-
bis quidam Census, procul dubio ex prædicto prædio, relicti fuerat.
Spreitenbach inter Tigurum et Badam haud procul à limago
Situm est, quod postea in feudum datum, ut tostantur libri nostri
feudales, denique plane amissum est. Bernardum porro nobilem
Benefactorem factum esse Monachum Rhenaugiæ, haud obscure
constat ex eadem charta, præterquam quod eius obitus sub nomine
Monachi notetur in Necrologio Ms. 74. ad diem 10. Martij, ubi le-
gitur Bernardus Mͦs, id est Monachus.
Liutholdus de Wizinburg insignis Benefactor et advocatus Mo-
nȃrij nostri, concambium primo cum Abbate Ottone celebravit, tra-
dens ei prædium Suum, quod in Wizwile habuerat, cum omni-
bus iustitijs ad idem pertinentibus: et vicissim ab eiusdem Monȃrij
Rectoribus recepit quicquid in Alpigowe in loco Bürgilun nun-
cupato habuerunt, et unam hȏbam in pago Hegȏwe in villa Marino-
husin dicta: cum alias non constet, quomodo ista loca ad Mo-
nasterium pervenerint, probabile est, ea ex primæva fundatione
Monȃrio incorporata fuisse. Burgilun porro seu Bürglen haud
procul

procul Gurtwila situm est: Morishausen in territorio Schaffhusiano pa-
gum Barae respicit. Dato caret haec commutationis charta; sub Ottone
tamen abbate fuisse scriptam ex eo colligitur licet quia idem
Luitholdus, ut supra vidimus, testis adscriptus reperitur donationi
Bernardi de Griessen, quae extremo tempore Regiminis Ottoniani
facta est; adeoque probabiliter illa commutatio istam donationem
praecessit, cum nec donationem ipsius Liutholdi diu post mortem
Ottonis differendam censeamus, invadentibus advocatiam Lenz-
burgensibus. Itaque idem
Liutholdus de Wizinburg carnali legitimo haerede captus, Deum
haeredem possessionum suarum constituens, tradidit ad Monasterium
Dei genitricis in loco Rinowa in pago Turgowe, quicquid haere-
ditario iure possedit in pago Cleggowe, in locis his nominibus,
videlicet arzingen, wizinburc, wizwilo, Rödelingen, Boch perch, cum
omnibus ad ea pertinentibus, scilicet hominibus utriusque sexus, mili-
taribus et rusticanis, id est nobilibus et plebeis, pratis et pomariis,
silvis, renationibus, molendinis, piscationibus. Donationem fuisse
amplissimam ex tota charta patet; licet enim Arzinga, Weissenburg,
cum adiacentibus villis iam alias Monasterio donata fuerit, illa tamen
saltem ex parte Monasterio decesserant quae per hanc donationem non
reddita fuerunt, sed etiam adiecta villa Buchberg et Ruedelingen,
ubi plures census adhuc dum Monasterio persolvuntur, praeter Dominium
directum; feudo in Cantonem Schaffhusianum translato. Forro
weissenburg iam altera vice Monasterio donatum, nondum tamen exinte-
gro diu sub Monasterii dominio perstitisse videtur; cum hoc eodem Saeculo
Nobiles de Krenkingen nomen de weissenburg usurparint, ex quibus
prognatus Bictelmus anno 1172. Abbas Augiensis, et anno 1188. Episcopus Con-
stantiensis, qui se de Krenkingen et weissenburg post mortem alii
nobiles de Krenkingen, quocunque quaesito forte agnationis titulo,
castrum Weissenburg post mortem Liutholdi invaserint. Certum est,
et Nobiles Krenkingenses simul vocatos a Weissenburg, et vicissim
castrum istud weissenburg postea ab ijsdem Krenkingensibus nova
Krenkingen dictum fuisse, ad distinctionem nempe veteris Kren-
kingen in pago Alpegovensi prima illorum Nobilium possessione.
Caeterum hanc donationem factam fuisse sub Diemaro Abbate existi-
mo; cum alias ratio assignari non posset, cur non et ipsa una cum altera
Bernardi de Griessen specialiter per Lotharium Regem confirmata
fuisset, si nempe expeditionem illius Diplomatis praecessisset.
Accedit, quod Liutholdus iam senex, et forte morti proximus veluti
testamento ex abbe haeredem instituerit Monasterium. Itaque
collocari potest haec charta ad annum 1120. quo ipso Lenzburgenses
ex altera parte advocatiam Rhenaugiensem noviter invaserunt,
post mortem nempe Liutholdi advocati sine prole decidentis: licet altero
subsequenti Saeculo Nobiles de Krenkingen abstracto prius castro Weiss-
enburg, eandem Advocatiam veluti iure haereditario aut possessioni
annexo magna vi, et maiori nostro damno usurparint. Caeterum dies
emortualis Liutholdi in quodam Ms. notatur ad diem 30. Martij.

Caput II.

// nuncupabat: sive deinde Frater Liutholdi Nobilis, qui in charta Bernardi de Griessen memoratur, filio

Caput II.

Advocati Monasterij

Seculo quarto, Christi duodecimo.

Henricus V. haud secus ac Pater Supremam Advocatiam erga Monasterium nostrum monstravit, hoc cum discrimine, quod cum illius initium et finis malus, medium esset bonum: huius econtra initium et finis bonus, medium fuerit malum. Quin vere statim ut a Patre pessimo descivit anno 1105. Monrïc nostro de Pastore optimo providit, eidem præficiens Ottonem Abbatem virum doctissimum, quondam S. Wilhelmi Hirsaugiensis discipulum, et tam Abbatem Burensem. Credibile est, id factum fuisse procurante B. Gebhardo III. Episõ Constantiensi, eiusdem Ottonis Condiscipulo Ducis Zaringiæ fratre. Nam, ut refertur in Dodechindi appendice ad Marianum Scotum, in ipsa expeditione, qua Henricus Senior Saxoniam molichatur intrare, filius eius de exercitu cum paucis aufugit, qui Sueviam petens a Legato Pontificis Gevehardo Constantiensi Episõ de excõmunicatione absolvitur; ibi ergo Ecclesiasticis rebus sacris ordinatis, assampto secum legato Romano Baiariam Saxoniamq; petüt p. ordinavit ergo dictante Gebhardo res sacras Ecclesiasticas, et ut Buccelinus addit, Pastores Ecclesiis præfecit expulsis Schismaticis: idemq; refert Trithemius addens: omnia prudentissime disponere coepisse potuisse. Inter has ordinationes et dispositiones non dubito numerandam esse Constitutionem Ottonis Abbatis, de qua ipse Henricus charta 42. ait: Otto Abbas ipsum locum Renaugensem ex nostra Concessione legitime obtinuit. Nec contentus Henricus hac ordinatione, paulo post Monrium in integrum restituit, cunctaq; damna eidem illata resarciri præcepit, litteris datis ad Renaugensem Advocatum, Servientibus, ac familiæ, quæ sic sonant: Quoniam per dissensionem, quæ temporibus Patris mei facta est, multa inordinata, iniusta et noxia pæne ubiq; peracta sunt, nos quia Deo protegente regnum patrum nostrorum cum pace possidemus, volumus, ut Ecclesiæ Dei, quæ nostræ ditioni ac defensioni subiacent, legitima iura habeant, et quæ per subreptionem utilitati eorum contraria facta sunt, corrigantur. Unde præcipimus, ut quicquid in tempore bellorum de Monrio Renaugia nomine beneficiorum distractum et ablatum est, Ottoni Abbati et fratribus restituatur. Advocatus, cui inscribitur hoc præceptum, probabiliter ex Comitibus Lenzburgensibus erat, qui iam ad finem præcedentis Sæculi hanc Advocatiam occupasse videntur. Charta hæc date caret, sed et sensu eruditur, datam fuisse ano 1105. Primo enim, ut notat P. Geroldus, Henricus se ipsum Regem nominat, post coronationē

post coronationem vero Suam, sactam año ∫∫∫∫. in litteris suis Se Semper Imperatorem Semper Augustum vocat, ut ex chartis nostris patet, licet ab aliis etiam Dei nceps Rex tantum nominari consueverit. Deinde loquitur de damnis tempore Patris sui paulo ante illatis, Segs. Regnum recenter adeptum dicit, quod in pace possidere coepit: quæ omnia verificantur statim post obitum Patris, qui contigit in Augusto anni ∫∫∫06. Ergo asserendum, aut adfinem istius anni hanc chartam fuisse datam, aut anno subsequenti; nam constat año ∫∫∫08. iam alios bellorũ motus incepisse, Regemqs multis dehinc expeditionibus occupatum fuisse.

Circa idem tempus anno probabiliter ∫∫07. alterum mandatum direxit idem Rex Henricus ad quendam nobilem virum pro restitutione cuiusdam huobæ Monꝛio ablatæ. Hæc sunt verba: H. Dei gratia Rex L. Suam gratiam, Sicut nos amatis, et gratia de nostra ulterius gaudere vultis, ∫ic miter præcipimus, ne amplius vos de illa hõba, quam Servus vester Suelhart in loco Hovestellin habet, intromittere præsumatis, Sed ad Servitium Monachorum de in Rinova redire iubemus, ut non ultra ab eis ullam inde querimoniam audiamus. ‖ Hæc charta easdem habet observationes, quarum in præcedenti meminimus, ut nimirum primis Regni eius annis datam fuisse credamus. Host ponenda tamen videtur mox memoratæ chartæ, quia eandem ut monitionem præviam supponere videtur, convenitqs generalem restitutionem ante fuisse decretam quam particularem, maxime cum querimoniam iterato ex parte Monꝛij Regi motam fuisse insinuetur. Porro Sicut per litteram H. nomen Henrici designatur, ita per litteram L. nomen illius viri nobilis, qui unus erat ex amatoribus, id est adhærentibus, Henrico Iuniori. Forte Comes erat Leggovia, ubi iacet Hovestellin. vix tamen credo, fuisse Liutholdum de Weissenburg in Monꝛium nium alias tam liberalem; nam videtur, nobilem illum virum præsumpsisse se se intromittere, id est, Servum Suum in possessione iniusta illius huobæ defendere.

Verum Henricus mutatus in alium Patri pravitate haud cessit; nam anno ∫∫∫∫. Same Pontifice Paschale capto præter coronam Imperij Investituras quoqs extorsit, quas tamen idem Pontifex reverso in Germaniam Henrico revocans, Concilium generale in laterano habuit anno ∫∫16. in quo Cæsar solemniter fuit excomunicatus. Turbæ in Germania exinde excruduerunt antiquæ, à quibus Episcopatus Constantiensis imunis esse non poterat, Ulrico Epõ à Cæsare constituto, et hactenus sæpius per Pontificem reiecto Monꝛio nostro quam infensus fuerit Imperator, Sollone abbate iugiter Pontificias partes sustinente. Ipsemet paucis fatetur in Epistola post modum data: ‖ Erga vos, alloquitur totam Congregationem Rhenaugiensem, vestramqs Ecclesiam fecimus, quod nec Deo nec bonis hominibus placere scimus. ‖ quibus vero in rebus hæc male facta contiterint, non exprimitur; quia tamen additur: ‖ concedimus, atqs iubemus, vos pristina

vos pristina libertate uti; ‖ Satis clare indicatur, hæc adversa in rejectione liberæ facultatis in administratione temporalium, et Advocati electione sita fuisse. Subactum nempe iam erat hoc tempore à Lenzburgensibus Rhenoviam, qui iugiter partibus Schismaticis adhærebant. quæ coniectura evidentius roboratur ex eo, quia Gregorius Cardinalis legatus in charta 29. ait: Se cognovisse libertatem, quam Ecclesia de Rinaugia habuit, quamqs Dominus Rex suo præcepto firmavit, quapropter mandat Rudolpho Comiti Lenzburgensi, ut eidem Ecclesiæ debitam libertatem habere permittat. Quamvis enim de præcepto Lotharij Regis paulo post emanato hic sermo sit, concordat tamen etiam quoad litteram cum hocce Henrici mandato; idqs saltem ex eo constat, libertatem per eosdem Lenzburgi Comites fuisse sublatam. Hanc autem libertatem in Advocati electione et donationes, id est advocatiæ proventibus et juribus. ‖ constitit Se idem Gregorius testatur in litteris præcedentibus charta 38. Similia erauntur ex litteris Honorij II. Sed de his postea. Interim certum est, Henricum quintum resipuisse, et sicut anno 1122. cum Calixto II. dimissis investituris se reconciliavit in comitiis Wormatiensibus: sic denuo Monium nostrum, quantum in ipso erat, in integrum restituit; imo, quod mirere, veniam petere hisce litteris non est dedignatus: ‖ Henricus Dei gratia Romanorum Imperator augustus Renaugiensi Abbati totiqs eius Congregationi Salutem et gratiæ Suæ plenitudinem. Nos, qui Ecclesiarum defensores esse debemus, crebra petitione Epi divæ memoriæ C. ut sit devicti, erga vos, vestramqs Ecclesiam fecimus, quod nec Deo nec bonis hominibus placere scimus. Sed quia vero humanum est peccare, diabolicum vero perseverare; fatentes peccasse, indulgentiam petimus nobis, prænominatiqs Præsulis animæ, et ea ratione concedimus, atqs iubemus, vos pristina uti libertate. ‖ Notæ Chronologicæ itidem huic Chartæ desunt. Verum ex nexu historiæ evidenter probat P. Geroldus, datam fuisse post annum 1122. adeoqs anno subsequenti 1123. Nam antea non resipuerat Imperator, et Erlongus Epus Herbipolensis, quem sub littera initiali E. intelligi iudicat, utpote intimum Henrici Consiliarium, hoc ipso anno defunctus est, cuius obitus hic supponitur. Fuit porro Erlongus ex Comitum Calvensium prosapia, qui Monium Hirsaugiense fundaverant, ab Henrico IV. contra Rupertum in Sedem Herbipolensem intrusus anno 1104. et aliquoties electus, tandem post mortem Ruperti pacifice institutus. Eius consiliis utpote viri industrij utebatur Henricus V. adeo, ut eum ad Conventum Coloniensem, ubi Principes Imperij contra Henricum convenerant, ablegarit anno 1116. quod tamen occasionem præbuit, ut se ab Henrico separaret, cum ob communionem cum eodem à Principum Conventu exclusus fuisset, veluti refert Chronicon Germanicum Mutij apud Pistorium. Henricus in vindictam eidem Ducatum Franconicum, Epatui Herbipolensi alias annexum, adimere conatus est: cui tamen fortiter restitit.

-tit. Ergo si Eilongus fuit ille Epūs, libertas Augiensis iam ante annum ∫∫∫6. tentata fuerat. Cur Lenzburgensibus contra Monasterium faverit, nescio, nisi forte illis cognatione iunctus, aut alias in aula Cæsaris utpote Schismaticis familiaris. Mirum tamen non est, Henricum pro eius anima sui∫se solicitum, quia eidem iam anno ∫∫∫0. reconciliatus fuit, eidemq; Ducatum restituit. Joachim. Münzcab. P. I. fol. 2ıı∫.

Lotharius II. qui Henricum excepit in Imperio, Speciali Diplomate Monasterium nostrum in Suam protectionem Suscepit ano primo Regiminis Sui, id est anno ∫∫20. eiusq; præcepta et conscriptiones super imunitate Sancti loci, ut ait, petente Diethmaro Abbate confirmavit: volumus, inquit, ut idem Coenobium cum omnibus intrinsecus et forinsecus sibi Cohorentibus Sub nostræ tuitionis imunitate Subsistat, et ab omni alienæ inquisitionis Seu exactionis molestia Securum permaneat etc. Specialiter vero exprimit privilegium libere eligendi Abbatem Secundum Regulam S. Benedicti, et Advocatum, qui nullum Sibi Substituat, Sedita Se agat, ut Si Abbati displicuerit, loco cedat, et alius, qui melior ei visus fuerit, succedat. Abbas nulli extra familiam Ecclesiæ aliquod beneficium præstet etc. Denique donationem Bernardi de grieſsheim nuperius factam coroborat. Subscribitur præter Monogramma ipsius Lotharij, Embrico Præpositus et Archidiaconus Elſhe∫shordiensis, postea ano ∫∫28. Epūs Herbipolensis, ad vicem Archicancellarij Adelberti Moguntinensis Archiepi, qui eam Sedem tenuit a anno ∫∫09. usq; ad annum ∫∫27. atq; præcipuus in electione Lotharij Ducis Saxoniæ author fuit. Datum est Diploma III. Non. Novembris ano Dominicæ Incarnationis ∫∫25. Indict. III. Regni vero eiusdem Sereniſsimi Regis Lotharij ano I. actum Wormatiæ in Domino feliciter Amen. Electus fuerat Lotharius Moguntiæ die 30. Augusti eiusdem anni, et die ∫5. Septembris aquisgrani coronatus. Post hoc Diploma deficiunt in nostro Archivio reliqua usq; ad annum ∫208. ex negligentia tam hominum quam temporum, cum tamen plura ab Imperatoribus obtenta fuiſse vix liceat dubitare. Ex monumentis igitur aliis Supplendum est, quod ex parte deficit.

Conradus huius nominis III. Imperator proculdubio Monrium nrm in Suam protectionem recepit. Hunc enim Othmarus Abbas anno ∫∫46? Ulmæ comorantem adüt, à quo testis adhibitus est pro confirmatione fundationis Monrij Interlacensis. Quis iam credat, abbatem nostrum profectum esse ad Imperatorem ad obtinendo alieno Monrio privilegia, et Sui oblitum neglexiſse confirmationē propriorum impetrare? aut Cæsarem idoneum testem iudicaſse abbatem nostrum pro institutione novi Monrij, et denegaſse proprij Coenobij tutelam illo tempore imperiri consuetam?

Fridericus

Fridericus I. dictus barbaroſſa, anno 1152. electus ſucceſſor conradi tutelam in Monzium nrm demonstravit, dum unacum Hermanno Epſõ Constantiensi Diethelmum nobis Abbatem praeposuit circa annum 1156. Diploma adfuiſſe non dubito, quod cum alijs monumentis illius temporis perierit. Imo ipse Fridericus unacum Supremo jure advocatiæ ordinariam quoq; advocatiam in Monzium nostrum exercuit, nullo ad tempus alio Advocato substituto. Id enim testatus
A. L. n. 18. Otto IV. in Diplomate dato anno 1209. in quo conceptis verbis ait: Fridericum Imperatorem eandem advocatiam in manu Sua tenuiſſe, et Servitia ordinaria pro ea à Monzio suscepiſſe. Quod itidem ijsdem pene verbis Fridericus II. in Bulla aurea de prædicto Barbaroſſa Avo Suo confirmat.

Einstamen filius Henricus VI. electus anno 1190. post Sexennium defunctus vix aliquid negotij cum Monzio nostro habuit, utpote cum Siciliæ Regno plerumq; occupatus.

Ordinarios Advocatos raro Monzio nostro defuiſſe, ex dictis constare potest, ac simul eosdem Advocatos plerumq; Suiſſe persecutores. Sic enim Henricus V. anno 1106. mandat ipsi Renaugiensi advocato, ut beneficia tempore bellorum sub Henrico IV. distracta restituantur, addens: Hoc etiam præcipimus, ne Advocatus terminos iuris Sui transeat, ne secundos Advocatos habeat, Sed placidum Suum secundum consuetudinem antiquam loci teneat. Similia repetit in charta post reconciliationem Suam anno 1120. data. Quid Lotharius in Suo Diplomate de advocatis anno 1125. Scripserit, Superius audivimus, Honorius II. Sasa anno subsequenti hæc adjecit: Nullus Advocatus constituatur, nec aliquis quolibet ingenio Se ingerat, vel intermittat, nisi quem Abbas elegerit: qui Si in aliquo ei restiterit, concesſa potestate careat, et alium apostolica authoritate Abbas constituat. Ex his, inquam, evidens est, advocatos nostros iugiter Suiſſe infestos, contra quos Summorum Principum protectionem toties implorare necesſum erat. Mox videbimus hos præcipue Suiſſe Lenzburgenses Comites, qui iam ad finem præcedentis Seculi subultimis Henrici IV. turbis ab eodem advocatiam in Monzium nostrum obtinuiſſe videntur. Substituti quidem subinde fuerunt alij, inter quos Liutholdus de Weissenburg, in Monzium nostrum propitius, Sed renitentibus Semper Lenzburgensibus, quorum potentiæ resistere nemo poterat, maxime Imperatorum favore Suſultis: quod præcipue Sub Friderico contigiſſe credibile est, donec emortua stirpe ano 1172. cum Ulrico Lenzburgensi ipse Barbaroſſa advocatiam ad manus Suas recepit.

Cæterum in chartis nostris præter Liutholdum de Weissenburg, unicus nomine Suo exprimitur Advocatus Rudolphus de Lenzburg: Sane nominari haud merebantur: His Sumatim memoratis neceſse est, ut Lenzburgensium persecutiones enucleatius describamus. Sit Itaq;

Caput III.

Sumi Pontificis protectio, et Lenzburgensium oppressio.

Honorius II. Summus Pontifex anno 1126. sua protectione speciali dignatus est Monasterium nŏm, et contra invasionem Lenzburgensium defendere. quapropter iuvat eos simul producere in Scenam. Itaque ad instantiam Diethmari abbatis confirmavit Monasterio quaecunque legitimis fidelium donationibus hactenus acquisivit, ac in posterum acquisiturum foret. Vetat sub divini interminatione judicij, ne ullus hominum idem Monasterium perturbare, eius possessiones minuere, aut in beneficiam dare audeat. Subjicit deinde facultatem libere eligendi Advocatum et Abbatem. Denique Bullam concludit consuetis illo tempore execrationibus, ut si quis contravenire temptaverit, reum se divino judicio cognoscat, et à sacratissimo corpore Dñi alienus fiat, sitque anathema in die Dñi extremo igne comburendus, amen. Subjicitur Monogramma Honorij cum sigillo plumbeo, et hac subscriptione: Datum Lateranis per manus Stilmerici Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Diaconi Cardinalis ac Bibliothecarij, vice Domini Friderici archicancellarij et coloniensis archiepiscopi VI. Kl. Martij, anno ab Incarnatione Domini 1126. Indict. III. Pontificatus Dñi Honorij PP. II. anno I. Non bene convenit annus Incarnationis cum anno Indictionis et Pontificatus; electus enim fuerat Honorius anno 1124. die 21. Decembr. quapropter P. Geroldus putat, revera hanc Bullam emanasse anno praecedenti 1125. eoquod notante Mabillonio nonnunquam Bullæ Pontificiæ horum temporum integro anno æram Dionysianam reperiantur prævenisse. Nihilominus probabilius mihi videtur, annum Incarnationis esse relinquendum; cum hanc bullam post Lotharij diploma datam fuisse ex litteris Cardinalis Gregorij verisimilius sit. Cum igitur illud diploma in Novembri anni 1125. conscriptum fuerit, necesse est, Bullam Honorij anno sequenti VI. Kl. Martij fuisse signatam, Error ergo potius in Indictione et anno Pontificatus subrepsit, nisi cum Pagio ad præsentem annum dicere volimus, annos imperfectos à Pontificibus non fuisse numeratos: proindeque S. Pontificatus primum cœptus fuit numerari à die prima Martij anni 1125. dies 24. Februarij adhuc in anno prima pontificatus includebatur. Eodem hoc currente anno Gregorius Cardinalis ad instantiam Diethmari Abbatis ob infestationem Comitum Lenzburgensium scripsit Epistolam ad Lotharium Regem charta 38. ex qua sequentia colliguntur: Imo Lotharium ad querelam Abbatis Diethmari mandasse Comiti Lenzburgensi, ut ab infestatione Monasterij

deo[illegible]steret

desisteret, et Fratribus præbendam Suam dimitteret.
2do Postea vero Lotharium perperam ab Adversariis informatum Abbati Diethmaro præcipiendo dixisse, quod aliter quam res haberet, causam Suam illi notificaverit. 3tio Hinc Abbate ad audientiam non vocato de eadem Causa contraria mandasse: Scilicet Comiti Lenzburgensi permisisse titulo Advocatiæ Monasterium infestare. 4to Eundem Cardinalem prospere per Alemanniam iter fecisse, cui obviam venerit abbas de Rinaugia, et Submultorum testimonio libertatem Ecclesiæ in Advocati electione et donatione manifeste cognovisse: cuius possessionem semper tenuerit usque ad tempora Antecessoris Sui. 5to. confirmationem eiusdem libertatis recenter primum à Rege, deinde à Pontifice fuisse impetratam. 6to quapropter humiliter Supplicando Suggerit, ut quod pri us iuste fecit, mutare non velit, quatenus eorundem Fratrum orationes, qui Religiosi Sunt, et Deum timent, meritò habere debeat. Ex quibus ulterius deduci potest, iam Sub Antecessore Lotharij, id est Henrico V. usurpatam fuisse à Lenzburgensibus Advocatiam: quibus per Henricum anno 1123. remotis, et instituto Liutholdo de Weissenburg, Lenzburgenses iterum post mortem Henrici advocatiam occupaverint.

Inter tot Lenzburgenses Comites, qui circa hoc tempus vixerunt, præcipuum Monasterij persecutorem fuisse Rudolphum filium Ulrici Divitis, ex sequentibus chartis constat. qua vero occasione advocatiam involaverit, est plane obscurum, cum possessiones Lenzburgensium terminos nostros non attigerint. Litteræ ista supponere videntur, id iam prius fuisse factum, cum ad informationem Comitis Lotharius retractaverit Sententiam. Diploma Lotharij et Bulla Honorij id ipsum videtur, nempe ad tempora Henrici IV. ut loquitur eius filius in Diplomate dato anno 1136. adeoque circa annum 1060. ubi tam universo in Imperio, quam nostro in Coenobio omnia Sursum deorsum versa fuerunt. Credibile proinde est, ab Henrico IV. tunc Advocatiam Monasterij nostri Lenzburgicis fuisse traditam in remunerationem Servitiorum, cum iugiter Imperatori contra Pontificem adhæserint. Nam et Ulricus Divites anno 1077. Legatos Pontificios Bernardum Abbatem Massiliensem, et Christianum Monachum ad dispositionem Henrici IV. cepit, ac diutius retinuit. Bertholdus Constans; Continuator Hermanni apud Urstisium pag. 347. ad annum 1077. Henricus comitem Ulricum de Lenzburg in beneficiavit ut optime meritum, eo quod venerabilem Abbatem Bernardum, Apostolici legatum, adhuc in captione cruciaret, anno 1085. mortuo Ulrico Divite, et uxore eius Richenza filia Ratebonis Habspurgici, eius filij Ulricus, Arnolphus, et Rudolphus, Wernerum Habspurgicum avunculum armis impetiere, et impulere, ut titulo hæreditatis Maternæ quædam bona illis cederet. Residebat porro Ulricus Lenzburgi, Arnolphus Badæ, et Rudolphus Thugij: qui duos posteriores plures procrearunt liberos, et Comitatum Lenzburgicum mortuo anno 1110.

anno ſſſo. Sine filiis Ulrico fratre hæreditarunt. anno ſſſſ. ambo Ri
fratres, Sed præcipue Rudolphus Ecclesiis piis semper infestior adfitit
fuitiis contra Monasterium Einsidlense in re gravissima finium regundo-
rum, quos et armis defendit, quicquid Diplomatum, Sententiarum,
Excommunicationum obtinerent Einsidlenses. anno ſſco. ut ex litteris
eo anno datis refert latius de gent. Migrat. pag. 521. ijdem Rudolphus
et Arnoldus Landgravij fuere in Kleghaw. Fotuerunt ergo ex vicinia
Advocatiam Rhenaugiensem invadere. In Necrologio Einsidlensi
pag. 821. apud Hergottum sequentia leguntur: Non. Jun. ob. Chun-
radus de Lenzburg, dictus de Baden anno 990. videntur igitur
eiusdem prosapiæ fuisse. anno ſſ27. Arnolphus Badæ residens
Advocatus Ecclesiæ Scaniensis seu ſſuensis, eidem Ecclesiæ quædam
bona Uraniæ sita donavit, eo quod in præfata Ecclesia degentes mul-
tis modis offenderat. Sed non sic Rudolphus semper pervicax.
Quemadmodum enim Einsidlensibus noncesit, ita mandato duplici
Henrici V. tam de anno ſſo8. quam de anno ſſ12. non deterritus, Monasterium
vexare perrexit, ipse nec Diplomate Lotharij nec Bulla Honorij abusur-
patione iniusta revocari potuit: quin potius ut renitentes fortius et
efficaciter exerceret, Castrum in angusta Isthmi, quam per Rheni fle-
xum peninsula Rhenaugiæ facit, parte erexit, ubi facile omnes
proventus ex Turgoviæ vicis retinere poterat, ut ne præbendam qui-
dem Monachi reciperent. Interea tam Gregorij Cardinalis, quam Hono-
rij Papæ admonitione emendatum haud fuisse Rudolphum postea videbi-
mus. mortuus est anno ſſ36. relictis tribus itidem filiis, inter quos præcipuus
Ulricus, qui eandem renitentiam ostendit Sententiæ Conradi Imperatoris
pro Einsidlensibus datæ anno ſſſſ. Imo cum postmodum Fridericus Bar-
barossa in Imperatorem eligeretur, apud quem unus ferme Ulricus omnia
poterat, omnium consiliorum ipsius arbiter, ipso agente Basileæ anno ſſ52.
f. non vero anno ſſ30. ut scribit Schudius, fuit ab Banno Imperiali per Cæ-
sarem, et ab excomunicatione per Hermannum Epum Constantiensem
Solvuntur. Facile censeri potest, eundem et Rhenaugiensibus prævaluisse,
eosq; iugiter subjessius iugo fuisse pressos. obiit anno ſſ72. cum totum Comi-
tatum Lenzburgensem cunctis reliquis præmortuis possedisset. Sed nec ipse
prolem reliquit, ac proinde tota hæreditas transiit ad Kiburgi Comites,
cui Matrimonio iuncta erat Richenza Arnolphi filia totius familiæ
Lenzburgicæ ultima. Denique Sequenti Sæculo per Rudolphum Habs-
purgicum primum postea illius familiæ Cæsarem, uterque Comitatus
genti Habspurgicæ accrevit. Interim ne plurium Lenzburgensium nomina
confusionem pariant, placuit breve aliquod Schema Genealogicum attexere.

Ulricus Lenzburgensis
Cuius uxor Richenza
Filia Rateboni to Habspurgici
obiit ſo8ſſ.

Ulricus

Ulricus Lenzb. o ∫∫∫o.

Arnolphus Badæ ∫∫29.

Rudolphus Jugi o ∫∫36?

Ulricus o ∫∫37.

Arnolphus o ∫∫38.

Wernerus abbas Einsidlensis o ∫∫42.

Chuno o ∫∫39.

Richenza nupta Kiburgico, omnium bonorum ultima hæres.

Hubertus o ∫∫50.
Arnoldus o ∫∫40.
Rudolphus o ∫∫60.
Ulricus, in quo tota hæreditas reunita,
consobrinus Richenzæ Kiburgicæ
obiit ∫∫72.

Sed redeamus ad historiam, cur Lotharius Imperator libertatem, quam Monasterio asseruerat, tam cito revocarit, ratio poterat esse, quia cum statim post eius electionem Fridericus et Conradus ille Sueviæ, hic Franconiæ Dux Fratres arma contra eum sumpserint, ipsoque Conradus à nonnullis Rex salutatus fuerit, indigebat Lotharius favore Principum. adhærebant Conrado Henrici V. ex sorore nepoti quædam Civitates, Spira, Norimberga, ulma, Augusta, Rotwila, quæ ultima anno ∫∫26. et 27. diutinam obsidionem fortissime sustinuit, ea propter à Conrado, postea Imperatore effecto, donata Judicio Imperiali aulico. Hinc credibile est, Lotharium cessisse importunitati Rudolphi. Sed abbas noster Diethmarus ad Ecclesiasticam potestatem recurrit, ut ex præsenti charta vidimus. Nam Gregorius legatus non solum Lothario Regi, sed etiam Rudolpho Comiti hunc in modum scripsit: U Frater Gregorius Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbyter Cardinalis et apostolicæ Sedis legatus: quem titulum etiam præfert præcedens epistola, præmisso tamen Regis Lotharij nomine. Quisnam iste Cardinalis Gregorius fuerit, operæpretium est, indagare, qui in historicis obvius non occurrit, licet chartæ nostræ cuivis quibusvis alijs videantur præponderare. Igitur sunt aliqui hoc tempore gregorij Cardinales ab authoribus memorati: sunt enim etiam plures legati apostolici in Germaniam destinati, inter quos occurrit præcipue gregorius S. Angeli, qui postea Honorio Successit sub nomine Innocentij II. Idemque iam anno ∫∫25. et ∫∫22. in Germaniam pro Sedando dissidio de investituris ablegatus fuerat. In galliam quoque anno ∫∫25. vel 26. ∫. dissident enim Baronius et Pagius, legatione fungebatur. Verum hic non fuit Presbyter Sed Diaconus Cardinalis, nec legatio in Germaniam hoc tempore eidem convenit. alius Gregorij Cardinalis S. Sergij et Bachi numeratur à Baronio inter electores Innocentij II. Sed hic pariter Diaconus fuit. Tertius Gregorius Cardinalis de Crescentio missus fuerat in Daniam anno ∫∫28. qui et ipse in Diaconatus tantum ordine censetur. Pro electione Lotharij duos legatos missos in germaniam fuisse constat: Sed Pagio attestante nullus horum vocabatur gregorius. anno ∫∫27. Gregorius S. Crucis Presbyter Cardinalis legatus in Germaniam fuit, qui S. Norbertum Epum Magdeburgensem confirmavit ex Baronio n. 20. iuncto n. 15. ad annum ∫∫26. ∫∫30. unicus annus defuit, quo minus eundem quem quærimus Presbyterum

byterum Cardinalem tituli Apostolorum missum fuisse in Monasterium Casi-
nense ad sedandum schisma in electione abbatiali, sed errat, dum
subiungit, eundem hoc ipso anno destinatum fuisse in galliam; hic enim
erat Gregorius Diaconus tituli S. Angeli, de quo supra, cum e contra ille
S. Apostolorum Presbyter fuerit. Forte invenit Baronius alia legatione
eodem anno functum illum Presbyterum, et cum Diacono confudit. Onuphrius
Panvinius in chronico Pontificum ad annum 1138. refert, post mortem
anacleti antipapae, qui contra Innocentium II. electus fuerat, constitu-
tum fuisse successorem ab eius factione sub nomine victoris IV. Grego-
rium Presbyterum Cardinalem S. Apostolorum creatum sub Calisto II.
qui tamen post paucos dies agente S. Bernardo vero Pontifici se se sub-
misit, retento titulo Presbyteri Cardinalis. Hunc igitur probabilius
credo, nostrum esse Cardinalem legatum, qui forte petente Lothario
Rege Roma missus fuerat, ut se opponeret Conrado ab aliquibus in
Regem electo, et paulo post excommunicato. Quocunque fuerit illa occasio
certum est ex chartis nostris transisse hoc tempore per Germaniam
quendam Gregorium Presbyterum Cardinalem: Sed fortasse id non
intelligendum de anno 1126. ut non etiam ad subsequentem extendi pos-
sit, quamvis idem Cardinalis legatus memoret, in praeterito año datu
fuisse diploma Lotharii, quod signatum est anno 1125.

Scripsit ergo legatus iste ad Illustrem virum Rudolphum Comitem
de Lenzburg, ut ab Ecclesia Rhenaugiensis infestatione omnino
desistat, et debitam libertatem eam habere permittat, ne contra privilegium
Romanae Ecclesiae faciendo anathematis sententiam merito incurrat. Sed Ru-
dolphus minas excommunicationum contemnere assuetus, ab invasione praetacta
nullatenus destitit. Unde ad ipsum Summum Pontificem recurrere est coactus.
Diethmarus Abbas pro implorando auxilio, quod et ab Honorio Papa praesto
fuit, sub initium anni 1127. die nimirum 7ma aprilis. Scripsit Udalrico
Constantiensi Epo, ut Rudolphum Comitem de Lenzburg diligenter admoneat,
quatenus ab infestatione Monasterij Rhenaugiae desistat, et in antiqua et con-
cessa libertate sibi dimittat; quodsi parere contempserit, debitam de eo jus-
tiam faciat, id est excommunicationis sententiam in eum denuntiet. Udal-
ricus Epus Constantiensis ab anno 1111. ex familia Kiburgica hoc eodem ano
mortuus est, post quam Monasterium Creutzlinganum à se fundatum Conin gen-
sibus tradidisset, cuius moro impedimento ipse potuit, ne mandatum Pontifi-
cium executioni mandaretur. Successit in Episcopatu Ulricus II. ex Baronibus de
Castel, qui infestationes inimicorum optima fide destruxit, sed ob id odio ha-
bitus et à Canonicis et à Subditis tandem resignavit, et in Monasterium Suum
S. Blasij se recepit anno 1138. anno 1140. pie mortuus.

Ut autem Rudolphus Comes Epsi monitis faciliores aures praeberet, Honorius
simul ad eum ipsum litteras dedit, in quibus eum redarguit, quod contra
nobilium consuetudinem Monasterium Renaugiense multis gravaminibus
infestare praesumpserit, et in eius fundum Castrum construere, quod
Monasterio valde damnosum est, inchoarit. quapropter mandat, ut è tanta

praesumptione

existimemus. Narrat Baronius ad annum 1126. n. 1. Gregorium Cardinalem tituli

præsumptione desistat, et præfatum Monasterium in antiqua et concessa sibi ab Imperatoribus libertate omnino dimittat. quod si contemptor extiterit, Canonicam sententiam, quam in illum Adalbricus Constantiensis Epus dederit, ratam se habiturum minatur. Inchoatam fuisse ait constructionem eius Castri, unde de Epocha dubitare non possumus. conspiciuntur adhuc rudera, ex quibus præter turrim ex lapidibus quadris muroque latio ædificatam, constat, murum ab una parte Rheni ad alteram fuisse deductum cum fossa profunda, super quam per pontem dabatur gressus in Castrum, quod retro portam extitisse muri extantes declarant, turri ex latere portæ sita, nec aliunde Rhenaugiam nisi per Rhenum dabatur ingressus. Hanc arcem deinceps perpetuam fuisse Advocatorum Sedem, ex decursu Historiæ constabit. patet etiam aus der Lage der Gegend K. I. n. 3. A.

Cæterum tantum abest, ut Lenzburgenses hoc Castrum destruxerint, ut etiam ad posteros tempore Sulzensium Sæculo 15.to perduraverit, ex quo nunquam non innumera mala illata sunt Monachis, quousque tandem ad finem eiusdem Sæculi per Helvetios destructorum.

Caput IV.

Abbates Sæculi IV. Seu XII.

Primus huius Sæculi Abbas fuit Wolivenus II. ut ad finem præcedentis ostendimus: de quo cum nihil memoratu dignum supersit, ad alios properamus.

XIX. Otto.

Hunc ante annum 1108. non fuisse abbatem nostrum, ex charta Henrici V. probavimus, quod quidem ex eo evidentius constat, quia primum anno 1106. Otto ex Monrio Hirsaugiensi fuit datus Monrio Burensi, et, ut ait Trithemius, postmodum etiam Coenobium Rinawe regendum suscepit. De eo pauca exscripsimus ex priori editione chronici Hirsaugiensis, nunc potiora subjicimus ex altera, eaque fusiori editione S. Gallensi: ad eundem locum s. Scilicet Büren. / postea mibus est Abbas de conventu huius Monrij Hirsaugiensis Monachus nomine Otto ad regimen animarum satis idoneus, vita et conversatione præcipuus, et divinarum Scripturarum non ignarus, consilio promptus, et cautus, in Spiritualium conversatione solicitus, in administratione temporalium rerum singulari providentia circumspectus. Denique pro sua prudentia tanti habitus est, ut non solum abbas unius Monrij esset iam memorati in Büren, sed etiam administrator fieret alterius coenobij, quod Rinawe dicitur constantiensis Diœcesis. qui venerabilis pater utrumque Monrium in utroque videlicet statu provide et utiliter satis disponendo gubernavit. Hactenus Trithemius, hanque laudem ipso facto meruisse ostendit in præclara administratione Monrij nostri. Non tamen fuit Otto ille œconomus Hirsaugiensis, ut putavit cum crusio P. Geroldus, de quo ad annum 1088. idem Trithemius scribit, quod multis annis cellarius, et paucis mensibus Prior fuerit, addit enim in eius elogio, fuisse venerabilem Senem, moribus maturum atque reverendum: in altera editione nominat ætate provectum, qui proinde ad ætatem Ottonis nostri pervenire non poterat. accedit, quod Otto ille œconomus iam Senex successerit in Priorato Hirsaugiensi Theodorico anno 1086. in Abbatem Petershusanum postulato, ut vidimus priori Sæculo ex Ms. eiusdem Monrij. cum autem per pauco menses Prior fuerit, non potuit eo aut sequenti anno postulari in Abbatem Burensem, cum certo constet, Azelinum anno 1095. ex Hirsaugia fuisse primum Abbatem Burensem constitutum, quem postea in regimine subsecutus est Otto noster anno 1101.

Monasterium Bürense situm in Ducatu Wirtenbergico Diœcesis Augustanæ haud procul Ulma, nunc cum oppido, quod accrevit, Secta Lutheranæ Blaubeüren nuncupatum, fundatum fuit ab Anselmo Palatino Tubingensi, eiusque filiis Henrico et Hugone circa annum 1095. ut Litteræ fundationis ab Urbano II. datæ perhibent. Colonia prima ex Monrio Hirsaugiensi unacum Azelino primo Abbate novo Monrio invecta. Eidem defuncto anno 1101. ex eadem Hirsaugia Successor datus Otto noster, qui 18. annis præfuisse, atque anno 1119. obiisse à crusio Bruschio ogo scribitur, certum tamen est ex chartis nostris, eum duobus Successoribus suis in eodem Monrio Burensi supervixisse, quibus adeoque non morte, sed resignatione illius Abbatiæ locum dedit, reipsa utique expertus, non potuisse satis

utrique

utrique Monrio longius disito provideri. Perrexit igitur in regimine Monrij nostri utpote antiquioris ac celebrioris usque ad annum 1121. nam Sequenti Dietkmarum iam fuisse abbatem ex Diplomate Lotharij constat.

Occasio, qua Otto Abbas Monrio nostro datus fuerit, sine dubio eadem erat, quæ constituendi Canonem abbatem. Præterquam enim, quod Monrium nostrum adhuc vivente S. Wilhelmo cum Hirsaugiensi fœdus inierit, Gebhardus Epūs Constantiensis apostolicæ Sedis legatus, et Theodericus abbas Petershusanus vir æque magni nominis ex familiâ Comitum Kiburgi, ambo Ottonis in Hirsaugia olim sub B. Wilhelmo condiscipuli, videntes, Canonis Regimen secus, quam optaverant, evenisse, forsitan et per Wolvenum Monrio persecutionibus abrutenon satis esse consulta, virum egregium expertumque Abbatialis Regiminis præficiendum curarunt, occasione oblata ab Henrico Juniore, qui Patris excommunicati partes deserens anno 1105. ex consilio Gebhardi res præcipue Ecclesiasticas meliùs instruere est aggressus. quod quidem à se circa Ottonem factum idem Henricus postea in Diplomate suo testatum reliquit. At Otto rebus dubiis se immiscere non est ausus, nisi permitteretur Abbatiam Burensem ad tempus simul cum Rhenaugiensi retinere. Postea verò in Præsulatu Rhenaugiensi stabilitus, priori Sede dimissa, nostram retinuit solam.

Interfuisse Ottonem Dedicationi Monrij S. Agnetis Scaffhusij ab Ita comitissa fundati scribitur. Sed vereor, ne illa dedicatio contigerit antequam Otto Rhenaugiam advenerit: Sane nihil certi ex chronico Scaffhusiano de illa cernitur, quam quod facta fuerit post mortem dictæ Comitissæ. Ipsum quoque Monrium S. Salvatoris omnium quoque Sanctorum, à Sigefrido abbate splendidius ædificatum, dedicatum fuit anno 1090. à Gebhardo Constantiensi Epō: Sed quinam interfuerint, necdum ex tenebris Scaffhusianis in lucem prodiit. Certius est, fuisse præsentem Ottonem nostrum Dedicationi Monasterij S. Petri in Silva Hercinia anno 1093. Eius enim nomen diserte exprimitur in charta desuper erecta, quam integram videre est in Schoepflini historia Zaringensi T. V. fol. 48. Formalia sunt ista: Anno ab Incarnatione Domini MCXIII. Indict. VII. VIII. anno Regis Henrici V. II. Kal. Octobris feriâ III. dedicatum est Monasterium nostri Cœnobij à venerabili Wilone Cusiensi Epō, in honorem S. et Individuæ Trinitatis, ac victoriosissimæ Crucis, et beati Petri omniumque Apostolorum: Dño Udalrico Constantiensis Ecclesiæ electo præsente et annuente, unacum Septem Religiosis Abbatibus; hoc est Dño Eppone, tunc temporis eiusdem Monrij Prælato, Brunone Hirsaugiense, Rutino de S. Blasio, Adalberto Scaffhusense, Dietgoso de S. Georgio, Ottone Rinaugiense, Egenone Augustense, tantæ Solennitati concurrentibus, et in cunctis, quæ poterant, devote agentibus etc. Notandum, quod dicatur Monasterium Cœnobij fuisse consecratum, Kilonempe-peteri, quo majores Ecclesiæ vocabantur Monasteria, quales etiam Cathedrales erant, unde denominatio Germanica Münster. Deinde Ottonem

nostrum

nostrum vocari Abbatem Rinaugiensem, non vero Burensem, vel à nobilioni et antiquiori Coenobio, velquod hoc tempore Abbatiam Burensem iam resignasset.

Horum exempla secutus Otto sequenti anno Basilicam novam à se erectã Monrij nostri dedicari fecit, advocato in hunc finem Rudolpho Epõ Basiliensi, cum per id tempus Udalricus Constantiensis, utpote à cæsare per baculum et annulum investitus, nondum confirmatus à Summo Pontifice, aut Epãli unctione consecratus esset. Verum de ista dedicatione mox plura.

Renovavit Otto Abbas Confraternitatem cum Monrio S. Galli, quod tamen ante annum ſſſ7. vix factum fuisse credo, quotandem Ulricus III. Abbas S. Gall. iuratissimus fuit ait Bucelinus. Fuit Episcopus S. Gebhardi Constantiensis, imo et Hirsaugiensium, et omnium partes Pontificis tenentium, Aquileiæ Patriarcha decessit. Facta est igitur ista confoederationis renovatio sub Mangoldo Abbate S. Galli, quem quidam de Bottstetten, alij de Bottenstein, rursum alij de Manbüren appellant, de quare Tschudius sequentia ad annum ſſ24. Manbürru ist Manurrnn gnaũt ligt in Dr. flöcß am ũmr.... Mirum! Manurrn, quod hodie feudum S. Gallense Monrio nostro incorporatum est, iam illo quoquandam relationem ad Rhenaugiam habuisse. Chronicon Scafhusianum fol. 84. affert chartam Comitis Nellenburgici de anno ſſoo. cui inter plures subscriptos reperitur Udalricus de Mamern, fortasse Mangoldi parens. Ponit quidem Tschudius electionem Mangoldi ad annum ſſ24. verum contradicunt Bucelinus et Vadianus, qui ex veteribus monumentis Regimen Mangoldi affigunt anno prædicto ſſ17. ut videre est apud Goldastum fol. 89. Habuit Mangoldus fratrem Rudolphum Abbatem augiæ Divitis, in cuius electione facta anno ſſ22. memoratur idem Mangoldus Abbas S. Galli, ut habet Chronicon Ms. in Musæo nostro: ex quo sequi videtur, tunc Mangoldum iam fuisse Abbatem. Quidam annos Regiminis Udalrici III. numerant 46. alij 42. Ipsum schisma mox enatum favere videtur opinioni nostræ. Nam cum Henricus V. Imperator quendam suæ factionis defunct igo Udalrici hominem itidem Henricũ promovere conaretur, Conradus Zaringensis Mangoldum prætexit, atqs prævalere fecit, quæ potius conveniunt anno ſſ17. quam ſſ24. quo Henricus savire desiit, factiones exs expiraunt.

Obitus Ottonis abbatis signatur in Ms. 742. ad diem 26. Nob. his verbis: Otto abbas ñ. C. Neqs de anno magna difficultas esse potest, certum est enim anno ſſ25. iam demortuum fuisse, cum tunc iam præfuerit Diethmarus Abbas, et quidem die 3. Novembris, qua die signatur diploma Lotharij. Igitur iam anno præcedenti ſſ24. devixerat Otto, cuius dies emortualis penitus 26. eiusdem mensis. neqs tamen maturius eius decessum statuere convenit, cum in eodem Diplomate memoretur donatio Bernardi de Grieſsheim nuperius facta, quæ tamen Ottone abbate in vivis existente contigit.

XX. Diethmarus.

XX. Diethmarus.

Ex præcedentibus constat, Diethmarum non solum fuisse immediatum Ottonis in Abbatia Successorem, sed etiam ad finem anni ſ̃ſ̃29. aut ad initium sequentis, fuisse electum. Notatur ultimus in libro fratrum Conscriptorum S. Galli post Colum nam quartam in spacio vacuo, et quidem solus, cum Otto unacum Conventu reperiatur inscriptus, unde existimandum est, eum statim post electionem fuisse adnotatum, et renovationem Confraternitatis ad posteriores annos Ottonis ibi esse collocandam. Merita huius Abbatis parva non sunt. Imprimis enim duas Ecclesias denovo ædificatas consecrari fecit: unam in Martelen anno ſ̃ſ̃26. ab Udalrico Epō Constantiensi, alteram ab eodem Pontifice in Ruedlingen anno ſ̃ſ̃30.

Quod vero præcipuum est, mox ut administrationem Mōnrij suscepit, Supremum auxilium sibi sentiens necessarium, ab utroq; Christiani orbis capite confirmationem privilegiorum Mōnrij obtinuit: à Lothario quidem Rege die 3. Nov. anno ſ̃ſ̃25. ab Honorio autem Papa die 24. Febr. anno ſ̃ſ̃26. quod à nullo Prædecessorum factum memoratur; Hæc enim prima Summi Pontificis Bulla in archivio nostro est. Sed neq; his contentus, cum à Lenzburgensibus connivente Imperatore molestaretur, maximo erecto ad angustias peninsulæ castro, Summum iterum Pontificem interpellavit, et tantum effecit, ut idem Honorius tum ipsum Rudolphum Comitem Lenzburgi, anathematis comminatione deterreret, tum Udalrico Epō in mandatis daret, ut auxilio suo Præsto esset. Quin Abbas noster Diethmarus Gregorium Cardinalem Legatum personaliter adivit, ac binas similiter litteras pro tutela Mōnrij contra advocatorum infestationes impetravit.

Cætera acta huius Abbatis interierunt, eius tamen ulteriorem solicitudinem sumi potest ex eo, quod Chartas et Diplomata Mōnrij in unum volumen, quod Chartularium vocamus, describi fecerit, quo deficiente plurima documenta interijssent. Sed neq; certus annus eius mortis statui potest. Analistæ nostri, cum plerique putarent, Diethmaro immediate successisse Diethelmum de Otwilare, cuius electionem ponebant ad annum ſ̃ſ̃39. facile usq; ad hoc tempus eius regimen protrahere poterant. Nunc vero quando constat, esse interponendum Othmarum, qui quidem anno ſ̃ſ̃46. præfuit, ambiguum est, an usq; ad annum prædictum pervenerit. Neq; tamen id prorsus negare velim, cum pro Regimine Othmari Abbatis sufficiens adhuc superfuit.

XXI. Othmarus.

Hunc Abbatem inter Diethmarum et Diethelmum esse collocandum demonstrat Diploma Conradi II. ſ. III. ſ datum Ulmæ anno ſ̃ſ̃46. pro fundatione Mōnrij Interlacensis in Dioecesi Lausanensi, in quo inter testes post Hermannum Constantiensem Epum secundo loco ponitur Othmarus de Rinaugia. Diploma istud videri potest apud Clrmum Schöpflinum Historiæ Zaringo Badensis T. V. à fol. 88. quod quidem invicte

|| Abbas

invicte existentiam huius abbatis hactenus prorsus ignoti comprobat, nisi quis dicere velit, loco Othmari legendum esse Diethmarum, quem tamen hoc anno iam demonstratum fuisse supponunt annalistæ nostri. Ego quidem super hoc dubium consului tum Rvmū Dñum Schoepflinum, tum Illmū Dñū Baronem de Zurlauben Regis christianissimi Mareschallum virum plane in antiquitatibus versatissimum, ut publica eius monumenta probant. utergo legendum esse Othmarum testatus est, et posterior quidem adfirmarit, à semetipso visum atgo descriptum fuisse diploma illud interlacense in originali. Tantorum virorum auctoritate suffulti, distinctum à Diethmaro Othmarum adstruimus, maxime cum illud diploma solemnissimum fuerit, quo ipsa fundatio Mönrÿ Interlacensis Canonicorum Regularium ord. S. Augustini in Episatu lausanensi et Comitatu Burgundiæ per Seilgerum oberhoven facta confirmatur, et præter alias adjicitur donatio ipsius Conradi Regis, cum confirmatione Latholdi Præpositi, et Conradi Ducis advocati, adiecta insuper libera facultate deinceps eligendi Præpositum et Advocatum.

Othmarus igitur Abbas Imperatorem Ulmæ existentem adüt anno 1146. ibique extitit die 21. Julÿ: nec aliam ob causam, ut facile eminari licet, nisi ut privilegia Mönrÿ, regia auctoritate confirmari curaret, et protectionem Caesaream contra Lenzburgensium oppressiones impetraret. Confirmat hoc exemplum Mönrÿ Einsidlensis, cuius abbas Gero, eiusque successor eiusdem Conradi Regis contra Rudolphum Lenzburgensem implorauit authoritatem. Nec obest, quod huiusmodi chartæ et diplomata desint, deperdita enim fuisse nullum dubium est, quandoquidem ferme per sæculum ab anno nempe 1128. usque ad 1208. deficiant documenta, ita ut et Abbatum series magnam patiatur hiatum. Nec dubitandum, quin Rudolphus Junior filius Rudolphi Senioris Lenzburgensis, qui obüt anno 1136. patris exemplum secutus pariter Mönrÿ advocatiam seu potius proventus invaserit: qua in potestate firmatus fuit, postquam Fridericus Lenzburgensis [Ducis.] plurimum favens anno 1152. adeptus est Imperium.

Quemadmodum vero initium, ita et finis Regiminis Othmari abbatis satis obscurus est, qui tamen desumi potest ex institutione Sequentis Abbatis Diethelmi, ac proinde pluribus annis ultra quinquagesimum huius sæculi regimen abbatis Othmari se se extendit.

XXII. Diethelmus de Ottwilare.

Hunc Abbatem omnes Catalogi impressi et Scripti exhibent, Bucelinus, Gallia christiana etc. P. Petrus in Suevia Ecclesiastica inter alios Abbates è S. Blasio postulatos eum recenset inquiens: ad Rhenovicensem mitram prope Scaffhusium Diethelmus alter loci fundator celebratus. In codice membranaceo S. Blasiano Sequentia leguntur: Item Diethelmus Abbas Rhinaugiensis Cœnobii prius frater nostræ Congregationis. Verum de anno, quo postulatus est, non omnes conveniunt. Nonnulli cum monumentis quibusdam recentioribus S. Blasianis eius initia statuunt ad annum 1144. quod tamen subsistere nullo modo potest. Imprimis, quia at ex Diplomate Interlacensi vidimus, Othmarus adhuc anno 1146. præsedit: deinde charta quædam antiqua mentionem primum facit ad annum

1160.

jibd. Denigo ibidem diserte exprimitur, eum tam per Regis Friderici præceptum, quam per Hermanni Constantiensis Epi instantiam fratribus Rhenaugiensibus postulantibus concessum fuisse. Jam vero licet Hermannus anno 1167. Cathedram Constantiensem iam occuparet, mortuus anno 1167. tamen Fridericus ante annum 1152. Regio throno sublimatus nondum fuit; Igitur Diethelmus anno 1141. Monrio nro abbas datus non est. Nego ofsicit aliquid, quod sub Regimine Guntheri abbatis S. Blasiani Rhenaugiam venisse dicatur, qui anno 1141. abbatiam illam adüt: nam cum primùm anno 1170. decesserit, latissimum relinquitur spatium pro postulatione Diethelmi.

In archivio nostro nihil de eo reperitur, præter unicam schedam, sed ob antiquitatem omni æstimatione dignissimam: quam proinde pro fundamento historiæ huius abbatis ponimus. Est autem sequentis tenoris:

Nota Sub anno Dñi M°. C°. LX°. Diethelmus de otwilare frater Mangoldi religiosa et nobili ortus prosapia in primæva iuventute à parentibus suis huc ad serviendum Domino est adductus, ac cum magna dote prædiorum oblatus. Hic cum ad huc Innior bonis polleret moribus, maioris Prioris officium ei est iniunctum, et tam in exterioribus, quam etiam in spiritualibus negotiis se utilem præbuitet aptum. cum morum eius probitas et alijs Monrius innotesceret, contigit, quod fratres de Rinaugia eum in abbatem sibi eligerent, et tam per Regis Friderici præceptum, quã etiam per Hermanni Constantiensis Epi instantiam impetrauerunt. Sed cum in eodem Monrio regularis vitæ custodiam aliquatenus seruare statuisset, conati sunt de eius morte tractare. Denigo ut ab omnibus pene refertur, veneni malo est morti addictus. Vir igitur venerabilis sentiens sibi vitæ adesse punctum, Sacro unctionis oleo et Dominici corporis Sacramento se munivit, die go Sancto Palmarum, qui eo anno quinto Idus aprilis extitit, Rota tertia cum iam ab omni Ecclesia Domino ad passionem tendendi cum palmis obviam progreditur, et ipse carnis ergastulum egressus, cum palma victoriæ præmium vitæ et immortalitatis coronam à Domino percepit.

Author huius narrationis ferme videtur coævus, qui de fama publica, et Diethelmi fratre Mangoldo ut sibi et aliis noto mentionem facit: sed schedæ ipsa præsens recentior est. P. Stanislaus Wilpert in annalibus S. Blasianis ait: hæc fuisse ex chronico antiquo S. Blasij quod non amplius extat, à Rhenaugiensibus descripta. Credibilius mihi videtur, fuisse è P. Blasio communicatam, eius characteres à moderno P. archivario dicuntus reperiri in archivio S. Blasiano circa finem sæculi decimi quarti, et initium decimi quinti. Sane illam ætatem evidenter præ se ferunt. Copia eiusdem schedæ postliminio S. Blasianis reddita fuit, cui tamen, ut videbimus, error irrepsit. annus præfixus epocham Diethelmi firmat, ita tamen, ut quandam latitudinem admittat. Fridericus atqs Hermannus post annum 1167. sæpius convenerunt, ex quibus coniectura quædã pro Diethelmi electione deduci posset. Refert Bucelinus ad annum

1155.

1155. Hermannum à Friderico impetrasse confirmationem limitum Episcopalium à Dagoberto quondam statutorum. Trithemius ad annum 1180. narrat: à Friderico diè 2. Martij Concilium præsente Hermanno fuisse habitum, in quo Adela à thoro Cæsaris ob consanguinitatem fuit separata. Schudius ad annum 1188. adducit privilegium Monasterio Tabariensi in præsentia Hermanni à Friderico concessum. Mangoldi electio in Abbatem S. Blasij, quæ contigit anno 1180. suadet, ut electionem quoque fratris ipsius Diethelmi serius factam fuisse credamus. Maiores nostri huic assignarunt annum 1189. Sed neque auctores illos in chronologia ita exactos esse deprehendi, ut non sæpissime uno vel altero anno aberrarent. Sane postremus ille annus optime convenit cum chronotaxi Schedæ sæpe dictæ præfixa; sic enim tam electio quam obitus Diethelmi sub anno, id est circa annum 1180. contigisse, verissime dici potest. Enim vero annus ipsius emortualis statuendus est ille, in quo dies palmarum incidit in nonam aprilis. Sic enim legit P. Gerboldus, nempe Sto Idus aprilis. Sic et alii antiquarij expertissimi, quos desuper consului, et inter hos ipse Princeps et abbas S. Blasij Martinus Gerbertus. Qua propter in errorem inductus fuit P. Stanislaus Wilpert, quod qui Schedam nostram descripsit, loco Sto Idus aprilis, posuit pridie Idus, ac consequenter diem obitus in annalibus suis assignavit ad annum 1183. electione eius necessario ad annum præcedentem 1182. anticipata, ut Diethelmus vix uno anno præesse potuerit Monasterio nostro. Certum igitur est, diem nonam aprilis esse expressam, quæ cum Palmarum Dominica hoc Sæculo convenit anno 1150. 1161. et 1172. prior annus applicari nequit, cum tunc Diethelmus nondum fuerit abbas. ultimus absolute quidem non repugnat, minus tamen convenit cum chronotaxi monumento nostro præfixa, præterquam quod tamdiu præfuisse Diethelmum non sit verisimile. medius ergo annus nempe 1161. est præferendus, cum quo omnia optime conciliantur, nec multum distat ab opinione analistarum nostrorum, qui hactenus assignarunt annum 1158. excepto P. Gerboldo, qui bene noverat, potius sequentem cum die Palmarum convenire. Hæc quidem certiora de Diethelmo nostro sunt. Caterum serius è S. Blasio comunicatum fuit sequens elogium: Diethelmus S. Blasij filius circa annum 1144. ad regimen augiæ Rheni vulgo Reinau accersitus. Erat vir egregiæ staturæ, verecundus, mitis, et humilis, et humanus, minus acquirendorum bonorum artifex, et in omnibus rebus perficiendis longe felicissimus, ut fundator celebratus. alia vice sequentia transcripta sunt: Diethelmus postulatus est ad Monasterium Rhei nov circa tempora Dñi abbatis Guntheri, factus abbas ibi rexit Monasterium laudabiliter. Ex stilo satis patet, ex recentiori calamo hæc excerpta profluxisse, nego tamen magnæ authoritatis esse possunt, cum P. Stanislaus Wilpert in annalibus suis, licet recondidissima quæque excusserit, de his nihil memoret. Nihilominus

Diethelmum

Diethelmum magnarum virtutum hominem fuisse dubitari non potest, qui dignus habitus sit, et a' Fratribus nostris ex poti, et auctoritate regia expetente pijssimo Ejpo concedi. Prædicatum illud, quod fuerit minus acquisiendorum bonorum artifex, quidam nostrates, forte ex nimium levi suspicione, in dedecus Diethelmi, detorquent, quod minimum acquisierit Monrio professionis. Quæ cum dispendio eius, cuius Abbas extiterat, quippe bona non pauca Rhenaugiæ primitus fundata nunc S. Blasio deserviunt. quod artificium fortasis fratres nostri non ferentes in im̃ane scelus prolapsi sint. saltem nullum supereſt vestigium, ex quo velut alter fundator Rhenaugiæ unquam celebratus fuerit, aut celebrari possit. quia tamen pauca monumenta, quæ relicta sunt, nihil nisi laudem ipsius spirant, ego potius his insistendum crediderim, atq; fratres nostros tunc existentes ab omni sceleris suspicione absolvendos. Si vera est integra historia, nos potius loco Patrum nostrorum veniam rogare convenit, atq; Diethelmum aliquando Abbatem nostrum instar Martyris invocandum, ut bona dignetur reddere pro malis, quæ forte ipsi intulerunt antecessores nostri.

Gallia christiana duos Diethelmos adducit, ambos ex S. Blasio postulatos his verbis: XIX. Diethelmus I. ex Monacho S. Blasij factus est abbas augiæ Rheni circa 1144. Item XXVI. Diethelmus II. de Ottwilare postulatus è S. Blasio anno 1259. Erroribus plena sunt omnia. ultimum enim annum fuisse scribendum puto 1159. Deinde ansam ad ponendos duos Diethelmos ex eo profectum fuisse arbitror, quod viderint, Diethelmum de Ottwilare a' Friderico Rege anno 1144. non potuisse constitutum esse, hinc alium posuerunt, qui anno præfato, et alterum qui anno 1159. Monrio nro prælatus fuerit, Cæterum familia de Ottwilare, germanice Ottwiler, non ignobilis, nec incognita est in monumentis antiquis, habuitq; præter memoratos duos Abbates Diethelmum et Mangoldum, alios quoq; insignes.

XXIII. Henricus I.

Occurrit hic Abbas, hactenus nobis ignotus, opportune ad explendam lacunam bene magnam, in monumentis S. Blasianis, de quo Chronus P. Stanislaus Wilpert in Epitome Historiæ S. Blasianæ pag. 274. Sequentia scribit: Jussu præterea Conradi Archiepi Moguntini objus Patronatus in grießheim inter Mangoldum S. Blasij et Heinricum Rhenaugiæ Abbates vertentem litem, quoniam orationum, allegationum, testium et privilegiorum argumenta nemo decidere volebat, aut poterat, Hermanus Epus Constantiensis Rhenaugiæ Præsulem eo permovit, ut acceptis XXX. Marcis argenti omne jus in Ecclesiam Grieſsheim S. Blasio dimiserit anno 1187.

XXXIII. Anonymus.

XXIII. Anonymus.

Post Diethelmum Series Abbatum magnum patitur hiatum, nempe usqs ad initium Sequentis Sæculi, cui explendo unius abbatis regimen, nisi bene longum, non aut vix sufficiet. adfuisse tamen abbates ex historia et Sequentibus chartis indubitanter redditur, iugiter enim in suo vigore perstitit Monȓium, ac post advocatos Lenzburgenses, præsertim Ulricum ultimum eius familiæ Surculum, ipse Imperator Fridericus I. anno 1170. advocatiam in se suscepit, et quodamodo administravit. In proximo quoqs diplomate Ottonis Regis de anno 1208. Monȓium disperte abbatia vocatur. Ecclesia denqs S. Felicis et Regulæ haud multis post Diethelmum annis noviter erecta, et anno 1167. dedicata fuit. Fa est ergo, ut credamus, neqs Abbates hoc intervallo defuisse Monȓio nro, in quorum forte cognitionem, deficientibus ex incuria hominum propriis, ex monumentis aliunde communicandis cum tempore desiniri potest, sicut nuper detectus fuit ex Diplomate Interlacensi Othmarus Abbas: proximus quoqs Henricus de Wartenbach ex unica fere inscriptione Sacrarum Reliquiarum innotuit.

Caput V.

Monachi, Sorores, et Fratres conscripti Sæculo IV.

Pauci hoc Sæculo restant adscribendi, eo quod plerique, qui ad tempora Dietmari Abbatis usque pervenerunt, iam fuerint priori Sæculo inserti. cum enim in Calendariis nostris, quæ adhuc dum supersunt, promiscue inscripti fuerint Monachi addies obitus ferme toto præcedenti Sæculo unacum magna parte præsentis, discerni non poterant, quonam sub Abbate decesserint. Non tamen ultra Dietmarum sciilla necrolo-gia extendunt, cum nec ipse nec reliqui post ipsum illis inserti reperiantur. Altera pars huius Sæculi multo obscurior est, ubi de-ficientibus monumentis nec Abbatum nomina, multo minus Mo-nachorum ad nostra tempora transmissa fuerunt. Superest, ut pau-cos adscribamus, qui quoquo modo inveniri poterant. Et imprimis quidem occurrit Conventus Sub Ottone Abbate, quem studiose hunc in locum distulimus, quique expressus est in libro fratrum con-scriptorum Monrij S. Galli post columnam tertiam interpolatam hoc modo:

Otto Abbas. — — —	o. 26. Nov. Ms. 74. 2.
Arnolfus. — — —	— 2. Sept.
Sauigerius. — — —	— 16. Maij.
Burchardus. — — —	— 22. aprile.
Anno — — — — —	— 7. Maij.
Luitoldus — — —	—
Monachi.	
Heberhardus. — —	— 9. Decemb.
Lanperdus. — —	— 15. Junij.
Beringerus. — —	— 14. Decem.
Rudolfus. — —	— 3. Decem.
Albarn. — — —	— 8. Decem.
Heinricus. — —	— 7. Maij.
Diethelmus. — —	— 23. Febr.
Ruogerus. — —	—
Arnoldus. — —	— ij. Febr
Hernest. — —	—
Cuono. — —	— ij. aug.
Conversi.	
Ita. — — —	o. 22. aug.
Mahtild — — —	— 22. Jan.
Guota. — — —	—
Mahtilt — — —	— 27. Febr
warburc. — — —	—
Rikinza. — — —	—
Sorores.	

Mirum est,

Mirum est, tam paucos adnumerari Monachos, et tam multos conversos. Cæremoniæ, quæ describuntur in directorijs huius Sæculi, sane plurimo plurimos exigebant, qua propter credibile est, post renovatam cū S. Gallensibus confœderationem, cōmuni catum go conventum istum, numerum Monachorum fuisse adauctum. Clerigos porro notantur ad diem obitus in Ms. 74. 2. Et licet multi eiusdem nominis præcedēti Sæculo adscripti fuerint, non tamen sunt ijdem, cum alio plane die decesserint. Cæterum illi, qui in prædicto Necrologio non occurrunt, unus nempe Monachus, duo Conversi, et tres Sorores, non solum Abbatem Cllonem supervixerunt, sed etiam scriptorem ipsius necrologij, cum fere iuniores cæteris in hoc Catalogo S. Gallensi notentur. Credibile est, cuitoldum Monachorum ultimum ipsum fuisse, qui reliquorum obitus Calendario inscripserat.

Frater conventum istum Cllonianum alij Monachi ex reliquis monumentis erui possunt, inter quos est Waldger et Egino qui in Ms. CIV. f. 191. manu huius Sæculi adscribuntur: waldger Diaconus obiit in V. Idus Julij. Egino Presbyter obiit in XIII. Kl aug. Marquardus c. 17. Julij. Ms. 74. 2. filius Friderun Benefactricis nostræ, et frater Itæ. Nam cum in chartis donationis conditio adiecta sit, ut præbendas et mansiones in Monrio habeant, notetur go Marquardus Monachus in sæpedicto necrologio circa hoc idem tempus, probabile est, eundem effectum fuisse Monachum. Similiter

Bertoldus de Hachain donatione sua exprimit, quod velit mansionē suam in Monrio habere, sicut quilibet Monachus. duo autem occurrunt hoc ævo Monachi defuncti Bertoldi, unus 15. Martij, alter 12. aprilis, quorum alteruter sine dubio hic noster benefactor erat.

Bernardus de Griesen insignis benefactor necessaria sicut quilibet Monachus condixit; proindego ille esse creditur, qui sub nomine Monachi decessisse notatur die 15. Martij.

Landfrid de Gisingen ait ex hac hora se mansionem in Monrio sicut quilibet Monachus habiturum. cum vero in prædicto Calendario non reperiatur, dubio procul Scriptorem illius supervixit.

In Ms. 99. habetur ad initium fragmentum Necrologii amplissimi, in quo adscribuntur Monachi, qui probabiliter hoc præsenti Sæculo vixerunt. Sunt autem Cuonradus sb. et Pilgrin m. Conradus fortasse ille est, qui in Ms. 74. notatur obiisse die 15. Junij. unicus ibi signatur conversus nomine Walicho C. Sed in charta separata, quæ pariter fragmentum est alterius Necrologij, habentur duo conversi Adelgoz et Rudolphus. Sorores in singulis fragmentis signantur, et in maiori quidem tres scil. Adilheit, Becela et Mahtilt. In minori vero Trutwib.

Adilgoz in Ms. 74. notatur decessisse die 2. Decemb. Rudolphus 9. eiusdem mensis, et idem esse videtur, qui in Catalogo S. Gallensi enumeratur. Becelæ Sororis obitus notatur ad diem 8. Junij. Trutwib cum ibi desideretur

ibi desideretur, supervixisse reliquos dicendo est.

Ad finem Ms. 81. habetur quædam donatio, quæ scripta fuit à Notario et Monacho huius Sæculi, cui nomen Thetharius. In alio Ms. n. 83. ad cyclum fol. 92. notatus reperitur quidam Landfrid Monachus ad annū 1148. proinde ad mediotatem huius Sæculi his verbis: Hic, id est prædicto anno, præstita est decima apud altenburg Lanfrido M. fm. et Folgodo, filiegs eius cōrado laicis pro restauranda cruce, quæ concessa est pro XXXII. talentis. filium Conradum bis ex errore scriptor expressit. an Lanfridus Monachus iste idem sit cum Lanfrido de Gisingen benefactore, dubitare licet propter additā litteram W. quæ quid significet, ignorare me fateor, si idem est, usque ad hoc tempus pervenisse Lanfridum constat, Inscriptionem autem in Calendarium Ms. 74. ante annum 1148. iam desisse. crucem illam insignem fuisse oportet, pro cuius restauratione necesse erat præstare decimas, totgo talentis concessa fuit. Notat tamen du Cangius in Glossario, talentum non semper 100. libras, sed quandoque unā tantum significare. quem in modum accipiendum esse arbitror, quod idem Scriptor ad annum 1128. addiderat: Hic oppignoratus est Rödelsö mansus apud Trutinhova IIII. Id. Febr. post X. annos X. talentis solvendus. Ceterum idem Scriptor inter Monachos huius Sæculi omittendus non est, licet eius nomen ignoretur, plura enim nomina Calendario huius Codicis 83. eadem sua manu addidit: ad annum 1146. in Cyclo sequentia apposuit: Magnum Ierosolymitanum iter, quibus indicavit crucem signatorum in Palæstinam profectionem, ex aliis historicis satis notam: de semetipso autem sequentia adscripsit: ad annum 1116. Hic natus sum. ad annum vero 1117. Hic Presbyteratus ordinem gratia Dei accepi. ex quo constat, eum iam anno ætatis suæ 23. sacerdotio initiatum fuisse, ac proinde reliquos etiam Monachos plerosque, quam primum per ætatem poterant, Presbyteros effectos, licet denigo deinceps idem ordo eorum nominibus non addatur. Nec prætereundum puto illum Monachum, qui præsenti Sæculo chartularium pulchro charactere conscripsit, ac de suo non nunquā annos præsertim Pontificios addidit: ac licet in his punctum omne non semper tulerit, nunquam tamen satis laudandus pro sua industria fuit ut qui tot chartas alias deperditas ad posteros transmisit. addendi denigo forent tot alii qui codices huius Sæculi sua manu scripserunt: ac utinam saltem nomen proprium expressissent, ne perpetua sepulta manerent.

Restat, ut modo laicos, fratres conscriptos, seu qui in bonorum operum participationem admissi sunt, adscribamus, quorum cum multi Sæculo præcedenti iam à nobis enumerati fuerint, quod ab aliis ad idem tempus Sæculum pertinentibus discerni nequiverint, supersunt tamen non pauci ex Ms. 99. quos plerosque ad præsens

ad præsens Sæculum pertinere existimo, tum quod in Calendarijs Mss. 80. et 74. ad Superius præcipue Sæculum pertinentibus non reperiantur, tum quod ad inferius Sæculum saltem ut plurimum referri haud possint: Sunt autem sequentes:

Adelbertus cum alijs quam plurimis.

Adelbertus. C.
Adelbertus. pbr.
Adilheit. C.
Anno. C.
Arnolt C.
Eberhardus C. eccisus.
Herhardus.
C. Miles de Gershain.
Kuotmuot. C.
Hermannus pbr.
Hiltepoldus.
Hilterat.
Hugelbrecht
Imma C.
Neemias.
Nolker.
oprecht C.
Ricivin C.
Rudolfus prb.
Ruopertus. C.
Selgerus. prb
Sigehrit. C.
Slmuot. C.
Tippolt.
werinhere.
Wernherus. prb:
wolverat. C.

His, quos F. Geroldus in ordinem alphabeticum redegerat, addendi sunt sequentes ab illo omissi:

Herhart comes.
Kötmut. C.
Beringer. C.
Liucarth. C.
Cönrad.
Liutold. C.
Liugart. C.
Beringer.

Addita est quibusdam nota Presbyteri, quos tamen potius Seculares fuisse existimo, cum hoc ævo Monachis Presbyteris nota non Presbyteri sed Monachi adderetur. Similiter quibus omissa est laicorum nota, nihilominus laicos fuisse credibile est. Fuerunt autem hi omnes benefactores Monrij nostri, cum non aliter solerent in Societatē bonorum operum admitti, nisi in gratiani animi significationem ob præstita beneficia. Notandum porro hic est, hos omnes in unico folio fragmenti necrologici inscriptos reperiri, in quo per litteras dominicales quatuor decim tantum dies indigitantur, inter quas cum littera F. sit ultima, videtur ibi expressam fuisse posteriorem medietatem Mensis Martij aut Junij. Jam vero si intra dies quatuor decim ultra quadraginta nomina Fratrum conscriptorum unius Calendarij leguntur, quot et quanti non forent, si integer annus huius unius Calendarij superesset? Sunt etiam quidam alij hoc eodem in folio inscripti, qui ob vetustatem legi non possunt. Hos saltem ex lege gratitudinis conservare nos decet. Quorundā nomina manu posteriori Sæculi decimi tertij aut quarti ibidem superaddita fuerunt, quæ hic subijcere placet:

Joannes dictus

Joannes dictus Ling.
H. Miles cecisus in Bern.
Nicolaus Barn.ſ.
Ex ſcheda ſeparata prædictis addendus videtur Longer. in qua eadem manu posteriori, unde vel altero Sæculo recentiori Sequentes exprimuntur:
... zidus et Fridericus dapifer.
gerunt in Bawaring.
... Blumenberg.
Miles de gershaim.
Forte iste est C. Conradus de gershaim supra notatus. Nomen primum fortaſſe ſignificat Landſidum.
In alio quodam Ms. notatur ad diem 30. Martij: C. Liutholdus L. qui benefactor noster de wizinburgest.
Pro coronide obliviони dandus non est Pater Arnoldi probabiliter benefactoris nostri, qui in Calendario Ms. 714. notatur ad diem 14. Martij cum addito: Waſſerfelz gemunden, credibile est, hanc Eccleſiam fuiſſe Monrio nro ab his benefactoribus incorporatam. Gemunden antiqua lingua Theotisca confluentiam aquarum ſignificat, forte ad Waſſerfelz applicari potest. Mabillonius T. II. annal. p. 78. Hornbach ob duorum rivulorum confluentiam Gamundium ſive Gamundia dicebatur.

// unde ~~ad diem~~ cum tum in hoc tum in altero calendario Ms. 8°. ad diem 15. Decembris notatur Dedicatio S. Leonardi in gemunden.

Caput VI.

Caput VI.

Novæ Ecclesiæ hoc Sæculo erectæ.

Reseruntur in Ms. SS. Instrumenta quædam, quibus exhibentur Dedicationes novarum Ecclesiarum. Inserta sunt illi Codici, qui alias ad Sæculum præcedens pertinet, in foliis vacuis manu ferme coæva scilicet Sæculi huius ac subsequentis. Inter quinque Dedicationes quatuor factæ sunt Sæculo præsenti, quinta paucis post modum annis. Has igitur hoc loco referre, et quod ad eius fieri poterit, describere iuvat.

Imprimis igitur nova Basilica Mönrÿ dedicata fuit anno ſſſſÿ. cuius instrumentum iàm damus: Anno Dominicæ Incarnationis MCXIIII. Indict. VII. XVII. Kal. Decembris dedicatum est hoc Monȳrium à Dño Rŏdolfo Basiliensi Epō in honore Sanctissimæ Dei genitricis Mariæ perpetuæ Virginis, et S. Petri Principis apŏlorum, Alexandri PP. et Mart. Blasÿ Epi et Mart. Januarÿ Epi et Mart. Mauritÿ, Mart. Tindani Conf. Hi igitur præcipui Ecclesiæ huius Patroni. verum cum ista Dedicatio ipso die festo S. Tintani nimirum ÿ. Novembris peracta fuerit, uti etiam in Calendariis nostris deinceps notatur, translatum fuit officium de S. Tintano in diem sequentem, cui cedere pariter S. Othmarus debuit. In Ms. 30. additur alia insuper dedicatio his verbis: ipso die dedicatio S. Michaelis et S. Mauritÿ. de quo tamen Sacello non constat, quando nam ædificatum fuerit, licet eius mentio sæpius sub nomine tamen S. Michaelis tantum recurrat. Cæterum in hoc instrumento Ecclesia vocatur Monasterium more veteri, de quo alias, cum totum Monasterium cum principali Ecclesia censeretur consecratum.

Mirum videri potest, cur non ab Epō Constantiensi sed Basiliensi hæc dedicatio dicatur facta: Sed inspecta historiæ serie mox omnis disparebit dubietas. Nam mortuo B. Gebhardo II. Epō ex familia Faringensi anno ſſjo. Constitutus est Udalricus Kiburgicus ab Henrico V. in aula ipsius existens. Sed Paschalis Papa, ut supra advertimus, renuit ei confirmationem impertiri, eo quod per annulum et baculum investituram receperit, licet tam cleri quam populi consensum accepisse testaretur Theodoricus abbas Petrusianus ipsius cognatus Kiburgicus, qui et ipse sequenti anno decessit. Itaque primum Sub Gelasio II. anno ſſſ8. fuit ordinatus. Hinc est, quod etiam novum Monasterium S. Petri in nigra Silva año ſſſ5. dedicaverit Wilto Curiensis Epus in præsentia electi Udalrici Constantiensis. Porro Rudolphus Basileensis nominatur hoc etiam anno ſſſÿ. in quodam Diplomate Henrici V. dato Basileæ pro Mönrio Einsidlensi contra Suitenses, referente Schudio. Ex quo erroris convincitur Pantaleon, dum Rudolphum, quem nominat quartum Comitem de Homburg, iam anno ſſſ2. mortuum esse scribit. Certe Wurstisius biennio post eundem Rudolphum, quam vis hustra, abbatiam Fabariensem Episcopatui subjicere conatum

conatum fuisse testatur. Ipsum Udalricum Constantiensem Epm electū, cum aliis Abbatibus, pro more illorum temporum, Dedicationi Basilicæ nostræ præsentem fuisse, credibile est, quemadmodum et consecrationi Supradicti Monŕij S. Petri cum abbate nostro præsentiam suam accomodavit. Forsan adfuit et abbas S. Blasij, cum in libro constructionis mentio huius Dedicationis occurrere videatur illis verbis: Huius temporis initiatus est locus Rinaugia, à quo etiam sumpsere privilegia sua, ut docet calculatio sive descriptio chronicarum. Nota illa: huius temporis, significare videtur regimen Rusteni abbatis S. Blasij, qui hoc tempore floruit, et reperitur in quodam fragmento fratrum conscriptorum nostrorum: non vero regimen Wernheri abbatis, qui primum anno 1170. electus, et 1175. mortuus est: quamvis tempore Dedicationis nostræ alter Wernherus floruerit abbas primus Wiblingensis postulatus è S. Blasio. Scripsi pro hoc nodo solvendo S. Blasianis, sed solvere nemo voluit turbatis ob incendium rebus.

Secunda Ecclesia hoc Sæculo dedicata fuit in Martelen ad honorem S. Galli et Antonini. Dedicationis instrumentum eodem in Ms. sic legitur: anno Dominicæ Incarnationis MCXXVI. Indict. IV. XVII. Kal. Junij dedicata est Ecclesia S. Galli et S. Antonini Mart. apud Mars. id est Martelen. à venerabili Udalrico Constantiensi Epō, in nomine S. et individuæ Trinitatis, et in honore S. et victoriosissimæ crucis, et S. Dei genitricis Mariæ, et præcipue in honorem Sanctorum Galli et Antonini Mart. et aliorum, quorum reliquiæ hic continentur, Stephani Protom. Cyriaci, Ypoliti, Silvestri, Remacli, Magni, Ceciliæ, Nataliæ V. Sequitur, hanc Ecclesiam constructam fuisse à Diemaro Abbate eo ipso tempore, quo Lenzburgenses maxime persequebantur Monium nūm, nisi iam ab Ottone Abbate cœpta sit ædificari. Porro Martelen, cum nullam proprium Sacerdotem haberet, unacum aliis vicis Subiacebat Parochiæ Rhenaugiensi.

Dedicatio ista in supra memorato Ms. 80. primæva manu notatur ad diem consecrationis nempe 18. Maij, et in Ms. 83. manu posteriori. Ex quo patet, eiusmodi dedicationes etiam à nostratibus celebratas fuisse. Udalricus Epūs, de quo supra, ex comitibus Dillinganis et Kiburgicis cognatum suum S. Conradum à Romano Pontifice anno 1120. Sanctorum albo adscribi fecerat, confirmationem ante biennium anno 1118. à Gelasio II. Monacho Casinensi obtinuerat: nec diu dedicationi huius Ecclesiæ supervixit, qui ipso anno sequenti 1127. teste Bucelino mortuus.

Tertia Ecclesia dedicatio refertur ad annum 1130. in Ruedlingen hoc modo: anō Dñicæ Incarnationis MCXXX. Indict. VIII. VII. Idus Maij dedicata est Ecclesia S. Margarethæ apud Röd, id est Rödelingin, à venerabili Udalrico Constantiensi Epō in nomine individuæ Trinitatis, et in honore S. Crucis, et S. Dei genitricis Mariæ, et præcipue in honore S. Margarethæ virg. et Mart. et aliorum, quorum Reliquiæ hic continentur, Silvestri PP. Bl. S. Blasij Epi et M. Vincentij M. Mauricij M. Ceciliæ V. et M. aliæ M. etc. reliqua nomina legi non possunt. Notatur in Ms. 80.

Valerij

in Ms. 80. ad diem 9. Maij Dedicatio Basilicæ S. Margarethæ ad Rödelingin. ex quibus verbis dubitari non potest, eundem locum in instrumento pene deletis designari. Liutholdus de weissenburg paucis antea annis vicum Ruedlingen Monrio dono dederat: et licet in ea donatione res Ecclesiastica non fuerit expressa, eam tamen in illis verbis generalibus inclusam fuisse, quicquid hæreditario iure possedit: item cū omnibus ad ea pertinentibus, ex isto instrumento facile deduci potest. Hanc igitur Ecclesiam Diethmarus quoq; Abbas ædificavit, Udalricus vero Constantiensis Epūs huius nominis Secundus, qui primum immediate subsecutus est, consecravit, erat is ex Illustri familia de Castel, postulatus ex Monrio S. Blasij, quod an. 1138. Episcopatu dimisso iterum redit, post biennium nempe 1140. pie defunctus.

Quarta Ecclesia anno 1087. in Rhenaugiensi Insula nostra dedicata fuit honori S. Felicis et Regulæ. Instrumentum Dedicationis sic habet: Anno ab Incarnatione Dñi M.C.LXVII. Indict. XV. III. Kal. Julij dedicata est Ecclesia S. Felicis et Regulæ a' Venerabili Ottone Constanſ. Epō, in honore S. et individuæ Trinitatis, VII. Sigillorum, Nativitatis, Baptismi, Passionis, Sepultura, Resurrectionis, Ascensionis, et Secundi adventus, ac victoriosissimæ Crucis, et in honore Salvatoris, et Mariæ genitricis eiusdem Dñi nri Jesu christi, S. Michaelis, et omnium Supernorum Civium, Sed et Beatorum Patriarcharum et Prophetarū: Specialiter in honore S. Mart. Felicis et Regulæ, et Sanctorum aliorum, quorum Reliquiæ hic continentur; de cruce Dñi, de vestimentis S. Mariæ ... Petri et Pauli, andreæ apl̄orum, Fabiani, Calisti, Sixti, et Martyrum Joannis et Pauli, Laurentij, Pelagii, Pancratij, Gervasij, Protasij, agapiti, Albani, Theodori, Chrisogoni, Abdon et Semen Mr. Chrisanti et Alexandri, Silvestri BB. Cecilie etc. Hæc dedicatio manu recentiori ad dictam diem legitur in Ms. 39. in margine. Cæterum evidens est ex hoc instrumento, Ottonem II. anno 1087. iam fuisse Epūm Constantiensem, cuius electionem nonnulli ponunt ad annum subsequentem. Qua propter alij verius scribunt, Ottonem anno 1165. Hermanno Arbonensi, qui ultimus dicitur fuisse Monachus Cathedralis Ecclesiæ, in Epātu Constantij. Successisse, et anno 1166. vita fuisse functum. Inter pauca, quæ de hoc Epō Ottone posteritati relicta sunt, hoc instrumentum notatu dignum est. Successit Bertholdus de Buonang. Cæterum Otto dicitur Wernharij Secundi filius, Nepos Ratebonis. vid. F. Heer pag. 344.

Quisnam Abbatum nostrorum ædificaverit hanc novam Ecclesiam S. Felicis et Regulæ, non constat. Si enim Diethelmus de Ottwilare anno 1161. iam decessit, saltem dedicata Subeius Successore hactenus innominato fuit. Forte cultum horum Sanctorum à S. Blasio tulit, ubi Speciales Patroni esse dignoscuntur. Credibile interim est, occasionem condendæ huic Ecclesiæ datam fuisse à Sororibus, quarum domus, in qua habitasse perhibentur, nostris adhuc diebus conspiciebatur in fronte Insulæ huic Ecclesiæ fere contiguæ, undeet ibi Sepultæ fuerunt, et quædam inclusa memoratur in Mss. nris ad S. Regulam.

Ecclesia ista

Ecclesia ista vetustate iam labescens viginti abhinc annis sub Bernardo II. destructa fuit. Erat remotior ab insulæ ora, proximiorq; aræ, ita ut ibi desineret, ubi præsentis initium conspicitur. Orientem versus erecta est, cum moderna respiciat occidentem. aditus ad eam ex latere patebat. Turris eminebat ex lapidibus quadratis supra chorum aræ proximæ, in se altare Summum complectens. Pictura in eodem altari animas piaculares repræsentabat, quam modo ad latus Coemeterij in peristilio collocarunt. Verum illa hoc ædificio multo recentior est, utpote Jesuitas et Capucinos exhibens; destructæ nimirum iam diutius imagines sacræ a Protestantibus fuerant. Prater altare Summum duæ minoræ ex utroq; latere sita erant, quorum alterum ex parte dextra seu intuentibus sinistra intra Specialem latioremq; fornicem consistebant, distinctum quasi sacellum formans, subquo Nobilium de Wald Kirch Sepultura in crypta subterranea latebat.

Quinta Ecclesiæ Dedicatio in eodem Ms. adinitium Sequentis Sæculi refertur, quam cum alijs hoc loco audire non pigebit. Anno ab Incarnatione Dñi M. CC. X. Indict. XIX. IV. Kal. Julij dedicata est Ecclesia S. Udalrici et S. Conradi Conf. a Venerabili Chönrado Constantiensi Epō, in honore S. et individuæ Trinitatis, et Septem Sigillorum, Nativitatis, Baptismatis, Passionis, Sepulturæ, Resurrectionis, ascensionis et Secundi adventus, ac victoriosissimæ Crucis, et in honore S. Salvatoris, et S. Mariæ Genitricis eiusdem Dei et Dñi nri Jesu Xti, et S. Michaelis archangeli, omniumq; Supernorum civium, Sedet Beatorum Patriarcharum et Prophetarum, et Specialiter in honore Sanctorum Conf. Udalrici et Conradi, et aliorum, quorum Reliquiæ hic continentur: Joannis Baptistæ Andreæ ap. Bartholomæi ap. Stephani Protom. Fabiani PP. et M. Dyonisij Epī et M. Justi Ep. Laurentij M. Mauricij Ducis. Sebastiani M. Georgij M. Carponij M. Firmi et Rustici Mart. Wenzeslai M. Benedicti Abb. Galli conf. Magni conf. Aræ M. Hilariæ matris eius, Dignæ, Eunomiæ, et Eutropiæ, pedissequarum eius.

Hæc Dedicatio assignata die in citato Ms. 80. et in altero 99. fol. 59. manu utriusq; posteriori. Nec dubitare licet, hanc Ecclesiam ædificatam fuisse in horto conventuali nondum incluso, cuius loco postea Abbas Theobaldus erexit Ecclesiam S. M. Magdalenæ, tertio altari S. Epīs Udalrico et Conrado dedicato, quod modo ab anno 1761. Beato Nicolao de Rupe Sacrum est, Secundario Patrono S. Udalrico retento: cui etiam additus fuisset S. Conradus, nisi multiplicatio nominum remoram posuisset, qui tamen Sanctus in Ecclesia principali ad aram S. Blasij Secundarius Patronus est. Utriq; huic Sancto meritissime dedicata fuit Ecclesia, utpote fundatorum nostrorum agnatis, et de Monio pio optime meritis. Hanc porro Ecclesiam ædificavit Henricus I. Abbas de Wartenbach. Consecrator erat Conradus II. Comes ab Andechs Dñus à Degernfeld, qui hoc eodem anno 1210. in Epātu Succedebat Wernhero

Baroni

Baroni de Staufen in Brisgovia, possessori et emptori castri Kuf-
fenberg haud procul Rheinheimia. Memoratu dignum est, in descripto
Instrumento Sanctos gallum et Magnum non vocari abbates, sed confessores
tantum; unde credibile est, S. Othmarum, Suisse primum Monij S. Gallen-
sis abbatem. Sanctus vero Vincentius per errorem vocatur Papa, cum
scribi debuisset Martyr. S. Mamitius vocatur Dux, filo nimirum
eodem, quo scripta est Scheda abeodem Henrico abbate capiti eiusdem
S. Martyris adiuncta. Supra recensuimus reliquas ex Ms. 18. in
Ecclesia S. Udalrici contentas, quæ non conveniunt cum reliquis
istis in præsenti Ms. 87. pro dedicatione eiusdem Ecclesiæ relatis.
Utraque Scriptura videtur corrupta, et si est intelligenda de eadem Ecclesia,
ut vix dubitandum, dicendum erit, reliquas pro diversis altaribus recon-
seri. Certe S. Afra cum Sodalibus Suis Specialis Patrona inibi erat.
Fortasse illas reliquias ad Ms. 18. adscripsit quidam, quæ nondum in præ-
senti Instrumento Mōi. 87. enumeratæ erant.
In Ms. 80. notatur etiam Dedicatio in Bechinheim, id est Ben Ken,
in honorem cuiusdam Sancti apostoli, cuius nomen erasum est. Dies
assignatur 8. Maij immediate præcedens dedicationem Ecclesiæ in Rüd-
lingen. cum igitur utraque Dedicatio una eademque manu eodemque
tempore inscripta sit, credibile est, ambas Ecclesias ab eodem Epō
diebus proxime sibi succedentibus consecratas fuisse, proindeque
hanc quoque Dedicationem Ecclesiæ in Benecken ad præsens Sæculum
et ad annum 1130. pertinere. Idem dicendum est de Ecclesia in
Altenburg, cuius Dedicatio in eodem Ms. manu haud recentiori,
adeoque præsentis Sæculi adscribitur ad diem 20. Julij.

Caput VII.

Caput VII.

Disciplina Regularis.

Disciplinam Monasticam usq; ad mediet atem huius Seculi. Sub Ottone ac Diemaro abbatibus bene constitutam in nro Monrio fuisse, dubitandum non est. Huius rei breve sed efficax testimoniu dedit Cardinalis Gregorius in litteris, quibus Rudolphum comitem Lenzburgensem ad meliora hortatur, subdens: quatenus eorū fratrum orationes, qui Religiosi sunt, et Deum timent, merito habere debeas.

Deinde, si vera est historia Diethelmi abbatis, malos adfuisse fratres, ac disciplinæ impatientes, necesse est: a hinc ego collabi coepta videtur disciplina claustralis.

Porro consuetudines Religiosorum nostrorum hoc Seculo satis clare colligere possumus ex Directorio quodam sub numero 89. inter Manuscripta nostra, ubi ritus Hirsaugienses ex antiquiori Directorio sub numero 80. ad mores Monrij nri Rhenaugiensis accomodantur. Patet ex hoc in primis, præcipuam curam fuisse operis Dei, orationisq; in choro ad excessum usq; fuisse prolongatos, quibus ferme per totam diem occupari necessum erat, nullo relicto spatio prosperè manuum, paucissimoq; pro lectione Spirituali. Cæremonias in ijsdem divinis officijs multiplices habebant, sacrasq; vestes identidem induebant. Processiones multas et stationes ad altaria instituebant. Sacram Regulam in plerisq; observare nudebant. Matutinum post mediam noctem cantabant, Laudes ad ortum Solis. Somnus meridianus concedebatur. Jejunium ex Regula præscriptum erat, itatamen, ut labores, id est festa XII. lectionum dispensaretur: haustus pomeridianus permittebatur: a carnibus, non tamen lagimine, abstinebatur: Integrum hocce Mo. foret describendum, si omnes Cæremonias et consuetudines adnotare vellemus. Præcipuas saltem dabimus, ex quibus ea, quæ diximus, aliaq; dignosci possunt.

In Dominicis et festis ordinarijs, qui introitum cantabat, alba erat indutus. Similiter et Sacerdos in medio ante altare cantans Evangelia, qui sic indutus redibat ad Chorum. ut postea allato Thuribulo subcantico Benedictus incensaret altare maius, quod dominicum appellatur, quod ibi corpus Dñi observaretur. In maioribus vero festis Sacerdos cantans cappa indutus erat, similiter et armarius, reliqui saltem ad missam maiorem albis vestiebantur. Responsoria et Benedicamus, quin et versus, duo decantabant ad gradus altaris. Formæ, id est sedilia plicatilia chori, tapetibus ornabantur: item etiam Forsalia, id est tapetia appendebantur in parietibus ad dorsum cantantium. In præcipuis festivitatibus omnes litterati, id est, ad chorum destinati, non conversi, cappis ornabantur. Candelæ in altari pro diversitate dierum diversæ ardebant, subinde tres, quinq; aut septem. In eisdem festis duobus thuribulis incensum offerebatur. Antiphonam ad cantica Evangelij repetebant etiam ante gloria Patri, ita ut ter cantaretur. In Summis festis tota eccle-

sia

-sio tapetibus ornata erat: Sex magni Cerei à primis festis per totam diem lucebant: tres corona ex luminaribus facta sub matutinis accende-
-bantur. Inter festa parce præcipua numerantur Assumptionis S. Mariæ, Ss. apostolorum Petri et Pauli, S. Blasij, S. Januarij, S. Tintani, S. Mathæi, et S. Mauritij. In adventu Casulis levitæ seu Planetis plicatis uto-
-bantur, Antiphonæ Omnino duodecim assignantur. Festum Concep-
-tionis B. V. M. ritu speciali et solemni, recentiori tamen manu describitur, postquam nempe ex speciali fundatione in Monrium usm
fuerat introductum. In vigilia Nativitatis Dñi: Dñus Abbas Sermonē facit aliquantum prolixius in Capitulo, nam in crastino omnino altra solitum breviatur. Ex quo patet, Sermones huiusmodi in vigiliis et festis haberi consuetos fuisse. In festo Purificationis nego cappæ neque fa-
-nones, id est Sindones à teutonico Lasura, excepto abbate habentur, ne per earum decurrentem perturbentur inquinentur. In Secundis vesperis fit comemoratio S. Blasij et Tintani. Officia S. Blasij, S. Januarij, S. Gre-
-gorij, S. Mauritij propria habentur. Cineres in capite Quadragesimæ abbas omnibus imponebat, ipse ultimus à Priore recepturus. In eisdem Quadragesimæ diebus preces erant maxime prolixæ; nam quotidie, etiam in festis XII. lectionum i.e. Psalmi addebantur, cum Peniten-
-tialibus, officio defunctorum, et gradualibus per horas distributis. Sæpe laudes duplicabantur, quando nempe duo festa prorsus non trans-
-feribilia, vel cum maiori feria concurrebant: Nocturni autem divide-
-bantur, ita ut duo de uno, et tertius de altero festo decantaretur. ad initium Quadragesimæ libri distribuebantur in Capitulo: Singuli priores libros asserebant, et armarius notabat à Fratribus acceptos. Sequitur: Post librorum distributionem datur licentia, procul dubio ad bona opera perficienda, sita tamen, ut ieiunent cum discretione et moderate, ne corporis valetudinem, maxime ad exercitium Divinæ Servitutis amittant, tribus diebus in Hebdomada, id est in feria II. IV. et VI. per quadragesimam Fratres silentio vacant usque ad Sextam, qui volunt, ad confessionem veniunt quotidie absque feria IV. et VI. in quibus Processio agitur, post orationem Fratres in choro lectioni vacantes.

Feria 5ta. Maiori Singuli Fratres lavabant pedes pauperibus, eisque ad mensam ministrabant, omnesque ultimis quatuor diebus comuni-
-cabant, etiamsi aliud tale quid accidisset. Post prandium mandatum solemne abbas facit Fratribus, Sulegia seu candidissimos panes et potum Subministrat etc.

In Parasceve Fratres communiter totum Psalterium cantant: qua die crudas herbas et aquam sumebant, vino pauperibus dato. In vigilia Pentecostes post Capitolum loquuntur Fratres, post Sextam eunt dormitum: postquam surrexerint, lotisque manibus orationem per-
-fecerint, vestiuntur illi, qui Missæ officio sunt adscripti. Sæpius sit mentio pectendi capitis, quibus capilli prolixiores infra verticis rasuram indicantur. à Festo omnium Sanctorum usque ad Septuagesimam privatis noctibus, si nimirum nullum festum occurrat, post nocturnos

officium

officium pro defunctis agitur ad S. Mariam, ibique canitur matutina
laus. laudes. de omnibus sanctis. Hæc tamen Regula ab octava Nativi-
tatis Dñi usque in octavam Epiphaniæ non observatur. In crastino. die
animarum. &c. pauperes cum pane, cervisia, vino, et carne ubertim
sunt reficiendi.
In vigilia S. Tintani assignatur processio post vesperas, et in festo post
laudes. In octava duo Nocturni de S. Cecilia, tertius de S. Tintano, laudes
duplices. Maior Missa de S. Tintano, plerumque enim duas Missas decan-
tabant. Memoratur quoque ordinaria quædam processio ad S. Tintanum:
item ad S. Mariam, ad quam per Coemeterium ibatur.
Processiones solemnes quibusque Maioribus festis instituebantur, in
quibus circumferebantur Reliquiæ, cruces, candelabra, textus Evan-
gelii, cæteraque mobilia ornamenta. Stationes quoque ad singula alta-
ria sæpius fiebant. Pro diebus Rogationum Ro notantur: finitis
matutinis pro fidelibus defunctis Fratres eunt dormitum, et plus
solito dormiunt, nec sonitu ut moris est, excitantur, quia propter
secuturam processionem parvo intervallo postea meridiantur.
Igitur post prandium processionem habebant: Reliquias omnes
collo pendentes gestabant. In festo S. Marci baculis non utebantur,
nec reliquias ex collo, sed ex crucibus gestatoriis pendentes porta-
bant: cucullis operta erant capita. A festo omnium Sanctorum no-
tatur: abhinc usque in caput ieiunij processio nudipedis non agi-
tur: mandatum quoque pauperum Rodie a Fratribus finitur, sed
in Hospitali eodem apparatu, quo et prius, illis impenditur.
De jeiunio statuitur in vigilia Epiphaniæ: In hac die nullus
abstinentiæ vestigium observamus, præterid, quod ab adipe ab-
stinemus. In Festis XII. lectionum non ieiunabant secundum
ritum Hirsaugiensium, hinc ordinatur ut eiusmodi festa non
in vigilias, sed in alios dies transferantur vel anticipentur.
Ad mensam continuo lectio habebatur, et quidem in festis de
homilia quadam ad idem festum pertinente: alias vero lec-
tiones scripturæ ad mensam continuebantur, ubi dimissæ
erant in choro. Post mensam expectabatur, donec servitores
refecti essent, ut simul nonam decantare possent, post quam
haustus dabatur in refectorio. Hinc statuitur, ut in festis XII.
lectionum post prandium Fratres lectioni vacent, donec servi-
tores surrexerint a mensa, et tunc cantatur Nona, et postea itur
ad refectorium ad bibendum. Post Pentecosten secundum edictum
præceptoris nostri S. Benedicti amodo per totam æstatem in privatis
diebus. id est, in quibus nullum festum celebratur. extra octavas. hæ
igitur etiam eximuntur. feria 4. et 6. ieiunium persolvimus, nisi
aut præ nimietate æstus, aut alia necessitate hoc relaxet indulgentia
ordinem tenentis, aut insuncta obedientia alicuius operis. Restandem
eo devenit, ut prima duntaxat feria 4ta post octavam Pentecostes ieiu-
narent, reliquis vero bis reficerentur. Porgit textus: quoties vero in
eodem feriis concedimus, toties nudis pedibus orationem facimus:
post capitulum silentium resolvimus, post tertiam lectioni vacamus,

post sextam

|| baculos in manibus tenentes nudis pedibus incedebant.

post Sextam in lectis aliquamdiu pausamus; audito Signo, si processio sit agenda à singulis Fratribus, calcei in claustrum deportantur, deinde manibus lotis, pexisq; capitibus, post pulsationem duorum Signorum sit oratio etc.

A festo S. Luciæ usq; ad Purificationem quoties bis comedimus, post prandium cum Nona Servitores non expectamus, sed statim ut chorum intramus, eo stantes ordine, quo solemus ad horas, finito versu, eam cantamus, et per se postea Servitores, nec amplius ante vesperas ad bibendum in refectorium redimus.

Folio 229. sequens exhibetur titulus: De mutatione consuetudinum quarundam in eodem mense scil. octobri: In ipsis Kal. octobris extoto dimittitur pausatio meridiana. Si sunt XII. lectiones, post prandium sedemus in claustro ad lectionem, usquedum Servitores surrexerint de mensa: pulsatur Signum Maius, et oratione facta, quod minus est, ut Nona cantetur, ambulamus solito more in refectorium, ut bibamus. Sed aqua nequaquam alterius ponitur. In privatis diebus aurora apparente Scilla (i. campanula) pulsatur, et continuo nocturnalibus calceis indati, lotis manibus, et pramissa breviter oratione cantamus Primam, sequentibus Septem Psalmis et Letania, qua finita vacamus lectioni usq; ad tertiam. Pulsatur Scilla, et tunc primum diurnalibus nos calceamus: lotis manibus, et qui volunt, facies lavant, pexoq; capite imus ad Ecclesiam, et ad orationem procumbimus... Facimus ter orationes, post quas et aliud Signum pulsatur, et tertia canitur, Missa quoq; Matutinali adiuncta. Non solum post capitulum, sed etiam post Sextam, pramisso tamen à Priore Benedicite, habemus licentiam loquendi, quamquam illud brevissimum spaciam soleat esse, nam non amplius erit, quam ut Sacerdos et ceteri ad Missam servituri lavent manus, ut sint ad induendum se parati. Pulsatur Signum, donec omnes occurrant ad orationem: qua facta imponitur Letania, et hi se vestiunt. Si autem feria quarta aut Sexta pulsatur breviori Signo, quam alio die, et prius nos discalceamus, quam occurramus ad orationem, ut nudis pedibus faciamus processionem. Finita Missa Signum pulsatur ad Nonam, et orationem facimus, priusquam exeamus ad lavandum pedes, aut si non est ea dies, in qua processio fiat, in choro tamen legendo expectamus, usquedum Servitores potuerint reficere. pulsatur demum aliud Signum ad Nonam.

Folio 228. ponitur alius titulus: de observatione Regularium consuetudinum in hyeme. à Kl. Novembris usq; in Coenam Dñi, et usq; in octavam Epiphaniæ, postquam semel surgimus, postea in lectum non redimus. Hic inchoamus, ut triginta Psalmos ante Nocturnos canemus. Ergo postquam Fratres de Ecclesia S. Mariæ

simul exeunt,

simul exeunt, præter si qui opus habent ad necessaria ire, vel quos frigus tenet, calefacere, revertantur in chorum, et ut singuli consederunt, capita cucullis contegunt, quos etiam, priusquam consurgant, abstrahunt. Juvenes juxta custodes suos sedent, et unusquisque postquam caput cooperuerit, facit, quod sibi videtur, vel quod potuerit. Inter vallum autem eiusdē horæ ita debet temperari, ut à claustri priore, id est vicario Prioris Maioris, cum abscondsa. laterna, totum claustrum possit circuiri. videt namque, si omnia claustri ostia sint serata, perlustrat dormitorium a fine usque ad finem, pergit in domum infirmorum, ut videat, quomodo se ipsi habeant, signo matutinali talis cautio debet adhiberi, ut post matutinum s. laudes, inchoata prima lux valeat videri. aperte. quod si quando non observatur, prima tamen cum cæteris ad eam pertinentibus non differtur. quæ si quando finita fuerint, priusquam in choro fratres legere valeant, item capite cooperto in choro expectant, donec per priorem ecclesiæ ostio pulsato exire debeant. Post vesperas cum nec canetur, nec officium defunctorum agatur, in dormitorium imus, et calceos diurnales cum nocturnis mutamus. Tangitur cymbalum, et lotis manibus eamus ad bibendū, si tempus permiserit. Postquam denuo ad lectionem consederimus, pulsatur scilla ad collationem. ... Procurandum est, ut adhuc luce apparente dormitum eamus, quod tamen raro fieri potest, quando bis comedimus. Qui plura volet, ipsum codicem adeat: nos ex aliis codicibus huius sæculi quædam excerpta dabimus.

Caput VIII.

Manuscripta Sæculi XII.mi

A. Ms. LXXX.

Primus codex adinitium huius Sæculi Scriptus est Directorium quoddam, quod ad introducendos ritus Hirsaugienses exaratum fuisse constat Rev.mus Calmetus: quod ita intelligendum arbitror, non quasi ijdē ritus iam prius Rhenaugiæ essent incogniti, sed ut magis per hunc Codicem exprimerentur. Multa præsertim in Calendario præfixo adiuncta fuerunt, quæ aliquam Confusionem parere videntur. Sed cum plerique eandem aut coævam manum exprimant, parum interest, an dicamus statim ab initio Codicem Rhenovij fuisse scriptum, an vero alibi quidem primitus exaratum, statim q Rhenaugiæ introductum. Illud tamen probant festa propria Monasterij nostri rubro charactere expressa, scilicet S. Blasij, Mauritij, Januarij Tintani, cum dedicatione Basilicæ nostræ quorum officia propria exhibentur in corpore. Accedit, quod nullum vestigium appareat, ex quo alterius cuiuscunq loci fuisse, existimari possit.

in chorum Rhenaugiensem

De ætate huius Codicis maior difficultas esse potest. Character non respuit tempus indicatum, neq historiæ Monasij nostri repugnat, imo apprime convenit, si dicamus, ab Ottone Abbate ex Hirsaugia postulato allatum, aut Rhenaugiæ descriptum fuisse. Unicum obstaculum præbet festum S. Conradi Calendario insertum, qui primum anno 1120. in numerum Sanctorum relatus est. Verum id magnam annorum distantiam non importat, cum hoc tempore adhuc dum præfuerit Otto Abbas: deinde certum non est, hoc festum prima manu inscriptum fuisse: denique non improbabile est, eundem Scriptorem, qui v.g. circa annum 1110. Codicem primitus exaravit, post decennium alia festa inscripsisse. quid, si dicamus, idem ab ipso Ottone Abbate, aut à Scriptore Chartularij, qui hoc tempore floruit, factum fuisse? Dedicatio in Martelen S. Galli et Antonini, quæ contigit anno 1128. eadem manu adscripta videtur ad diem 18. Maij: contra Dedicatio S. Margarethæ in Rüdlingen posteriori manu addiem 9. eiusdem mensis, qua facta est anno 1130. Ex quo consentaneum est, Codicem saltem hoc anno esse antiquiorem. Ad mensem Februarium in spacio vacuo adscripta fuit Regula pro inveniendo anno Bisextili, atq exemplum additum de anno 1168. hoc ipsum autem confirmat superiorem huius Codicis ætatem, cum evidens sit, hæc addita esse juniora. Cæterum Dedicationes Ecclesiarum nostrarum Calendario adscribuntur quædam etiam altarium consecrationes. Die 21. Junij habetur Dedicatio altaris S. Brigittæ manu recentiori, quod forte idem altare fuit, quod postmodum Sanctarum Virginum nuncupabatur. Die 13. Nov. additur Dedicatio altaris S. Tintani, et S. Nicolai, et die 27. eiusdem mensis Dedicatio altaris S. Blasij. Scriptura harum Dedicationum antiqua est, nec Sæculum 13tium videtur excedere. quid ergo dicendum, cum in Consecratione Basilicæ de anno 1113. nullius huius altaris mentio fiat? certe altare S. Blasij antiquissimum fuisse oportet, cum ab Abbate Henrico de Aitlingen renovatum fuisse dicatur, processionesq; quoq

ad idem altare

adidem altare saepius memorentur. Divinando aliquid dicam: cum omnia monumenta huius Saeculi ab anno 1126. deperdita sint, in libro autem constructionis S. Blasij dicatur sub Wern hero abbate, id est abaño 1170. usqs ad annum 1178. Initiatum fuisse locum Rinaugia, quo phrasis novam dedicationem indigitat, forte quocunqs casu destructis prioribus altaribus, alia unacum Ecclesia fuerunt dedicata.

Ad finem huius Codicis adduntur sequentia: Privilegium Ludovici. duo priv. tria privilegia Ludovici Regis. Privilegium unum Ottonis II. et unum Ottonis III. Verum est, adesse tria diplomata Ludovici Regis germanici, et singula Ottonum. Sed quid sibi velint prima illa verba non capio, nisi credere velimus, scriptorem per repetitionem seipsum correxisse, ac primo notasse unum privilegium, deinde alia duo, ac demum concludisse adesse tria. Nam alterius Ludovici v.g. Pij hoc tempore diploma non amplius extitisse videtur, id enim sine dubio cū reliquis scriptor chartularij descripsisset, qui eodem hoc tempore vixit, quo iste codex in lucem prodiit. Quod vero privilegium Ottonis IV. hoc loco omittatur, quod datum fuit anno 1208. probat, haec scripta fuisse currente praesenti Saeculo duodecimo, ac proinde codicem ipsum longe esse antiquiorem, atqs ad incunabula huius Saeculi pertinere, cū additio ista multum recentior esse debeat, et post alias additiones in folio ultimo iam detrito superinscripta.

2. Mo. LIX.

Aliud directorium chori Rhenoviensis, quod unice nostris usibus deputatum, et maximam partem ex praecedenti desumptum fuit. fuisse autem haud diu post praecedens conscriptum, consequi videtur ex disciplinae nostrae statu, qui post mediet atem huius Saeculi collabi coepit. Porro hic ipse Codex se demonstrat, florente ordine Secundum Hirsaugiensium consuetudinem fuisse exaratum, dum in persona prima communiter ait: Jejunamus: Surgimus, in us ad chorum etc. quae sane in illud tempus non cadunt, ubi haec amplius observata non fuerunt. Caeterum cum plura ex eo capite praecedenti descripserimus, hic nihil restat, nisi ut lectorem plura scire cupientem ad ipsum codicem remittamus.

3. Mo. LXII.

Aurelij Prudentij Clementis Caesar augustani, viri Saecularis, et militis cohortis Palatinae, ut discimus ex praesenti codice fol. 32. opera Poetica, non solum ad officium Divinum, sed etiam ad historiam Sacram inservientia, elegantissime descripta sunt, et fortasis ipse copiosa charactere minuto glossas interlineares et marginales eruditas et copiosissimas apposuit. Folio 33. aevum suum prodere videtur descriptor, dum his verbis incipit:

Istius libri praecepit opuscula scribi
Abbas Magnificus Domini Bertholdus amicus.

verum cum nullum Bertholdum inter nostros abbates numeremus, praeter S. Gallensem, qui circa medium Sequentis Saeculi aliquamdiu praefuit,

præfuit, character vero codicis infra ætatem præsentis Sæculi
deprimi se non patiatur, alius Bertholdus nobis quærendus est.
Sed non occurrit, nisi in S. Blasio Successor Husteni ad annum
1125. qui regimen suum produxit usqs ad annum 1149.
quemqs Bucelius haud modica eruditione præditum laudat.
Hunc his versibus significari, eo citius adducor, ut credam,
quia in folio primo quædam fragmenta conspiciuntur illarum
precationum, quas ad San. Blasium illius Clientes dirigere solent.
Credibile est, hunc codicem paulo post Diethelmum de otwilare
Abbatem postulatum Brenaugiæ fuisse illatum. Certe diutinâ
possessionem nostram demonstrant attestata in primo
folio averso ante quinqs circiter Sæcula scripta: Iste liber
pertinet Monrio Hinow prope Schaffhusen.

Ad finem libri alius calamus carmen prolixum apposuit eru
ditum sane alicuius Poetæ Belgæ in laudem Mosellæ fluminis.
Itemqs alios versus de lapidibus pretiosis moraliter explica-
tis. Folio ultimo cernere est Regulas pro harmonia servan
da in arte Musica, quæ eo minus spernenda, quod huius pa-
riter Sæculi duodecimi manu exarata videantur. In ipso
hoc volumine sæpius occurrunt nota antiquæ musicales,
et præter has una simul littera, quæ pro soni distinctio-
ne assumpta sunt, ut hinc modus antiqui cantus dignos fol. 67.
ci facilius possit.

4 Ms LXVI.

Glossarium præclarissimum totius S. Scripturæ et præfatio-
num S. Hieronymi, in quo nomina et verba obscura,
Barbara, aliaqs exponuntur, sæpe secundum ordinem
alphabeti, ut in S. Evangelia, Eruditus Calmetus censuit
Sæculi superioris, potius tamen videtur reponendum ad
duodecimum, aut saltem huius initium, quando plura
è Nostratibus Mss. iudicio fuisse exarata. Author doctiss.
mus quidem latet, sed sine dubio Monachus descriptor
noster interpretationes theotiscas latinis vocibus super impo-
suit. Clr.mus Pezius T. I anecdot. glossarium Teotiscum S.
Scripturæ edidit ex Ms Monrij Moosensis, Sæculi ut credit
decimi. Multa cum nostro conveniunt, plurima non habet,
aliqua discrepant, quorum quidem exempla subnecto, ut
ex iis progressus (nomen) lingua Teotisca aliqualiter intelligi possit.
Itaqs obtrectator noster interpretatur pisprahare, Pezius,
pisprahae. Imponere, pitruga: Pez. pitrugitu. ad fœminas:
Ze den huffen: Pez: hufftin. vestibulum, fledirmus: Pez
fledarmus. Stigmata, animal: Pez anamal: amita, pasa:
Pez: pasun. Ventriculum, wamba: Pez wampa. Illuvies,
unsubirida. Pez. usupride. apparitores, die nist mana: Pez
inchnechta. In præsidio in der vesti: Pez: in dero vesti.
asatura, spiz, praten: Pez pratun. Bajulus, tragere:

Pez.

Sez. tregil. latomus Reinmeizila: Sez. Reinpozilo: Calamus, rora: Sez. gedara: Tympanistrea, Spilwa. Sez. Hilaro; Manica, hantruhen: Sez. hantruhun. Botrus, trubo: Sez. truso. etc.

5. Ms. LXVII

S. Augustini Sermones diversi iam editi à Roterodamo T. 10 fol. 291. Sed non eo ordine, quo in hoc codice positi sunt. fol. 1. exhibetur interpretatio teotisca mensium, quam apponere placet, ad dignoscendam linga cum tempore mutationem:

Januarius.	gener.
Februarius.	Hornung.
Martius.	Merzo.
Aprilis.	Abrello.
Majus.	Maio.
Junius.	Brachodo.
Julius.	Haumanodo.
Augustus.	Ögesto.
September.	Herbest.
October.	Herbest.
November.	Herb.
December.	Wintermanodo.

unus Cine. duo Zewene. tres, Edrie. quatuor, vire. Notandum porro, tres autumni menses à germanis distinctos fuisse addito numero, ita ut September esset 1er Zesto Erbstmonat. adduntur in hoc codice fol. 46 et 95. Exorcismi contra morbos non omni superstitione vacui.

6 Ms. LXVIII

Sermones insignes de tempore, et in quibusdam Sanctorum Solemnitatibus hactenus quantum constat, nondum editi. Probabile est ut erudite probat A. H. I. Subprior in notis ad hunc codicem, auctorem esse Eliam Archiepium Barensem, qui ad finem praecedentis Saeculi ex Monrio Cavensi Sub Urbano II ad illam Ecclesiam regendam assumptus fuerat.

7 Ms. LXXXVI.

C. Salustii Crispi catilina, Seu Bellum Catilinarium. Codex integer à Capite ad Calcem descriptus. Sed exhibet in fronte praefationem haud spernendam, cuius extrema ad finem libelli videntur addita. Haec in editione amstelodamensi desideratur, Sicut et glossae copiosae, quae inter lineas et ad margine adduntur, et huic Ms. ornamentum ac pretium non modicum conferunt. demonstrant quoq; Studium litterarum a Monachis nostris non intermissum.

8. Ms. CXXXV.

9 Ms. CXXXV.

S. Augustini altercatio cum Feliciano Ariano de unitate Trinitatis, de quo tamen dubitant eruditi, utrum sit germanus partus Augustini. a folio 70. incipit indubitatus eius liber de praedestinatione gratiæ. Codex est integer et sanus ad finem praecedentis autumnitium huius saeculi duodecimi scriptus. In fronte alia manu, sed ferme coæva praefiguntur sequentes versus:

Domna Genaugensis genitrix pia cuncta regentis.
Protege tantillum, veniat quocunque, libellum.

9 Ms. XXXI.

S. Augustini Sermones 69. Super dicta Evangelica ad populum habiti. Codex est magnus, integer, et nitide scriptus. Convenit mendis exceptis cum iam editis. ad calcem legitur hoc dysticon:

Alma Dei genitrix potens Genaugia civis,
Est liber iste tuus, quod locus ingenuus.
Iste liber est Sce Marie.

Subiungitur deinde Apologia satis elegans, alia quidem sed coæva manu, pro Monachis praesertim Benedictinis contra Clericos, qui illos a cura animarum et sacramentis administrandis arcere conabantur. Opera pretium foret, si haec apologia hoc ipso tempore, quo ista controversia, opusculis scabiosis editis, et adiuvantibus etiam saeculi potestatibus, recrudescit cum doctis notis publici juris fieret. Denique additur decretum Bonifacii IV. Sunt nonnulli s. Et S. Gregorii: Qui debet missam celebrare s.

10. Ms. XXXIII

Honorij Augustodunensis Presbyteri et Scholastici speculum Ecclesiæ sive sermones per annum tam in festis quam in dominicis. Sunt in hoc codice nitidissime descripti, et fortassis vivente adhuc authore, qui floruit circa annum 1120. multaque alia opera teste trithemio edidit. Codex est integer, si unum aut alterum folium ad finem excipias. Praemittitur Clenchus seu potius Synopsis sermonum. Plures sermonibus miscentur rubricæ, ex quibus discimus ritum, qui hoc saeculo in concionibus servabatur.

11 Ms. XLVI.

Ovidii Nasonis Metamorphosis. descriptus est hic codex praesenti saeculo charactere minuto et aquali: ad finem tamen est manens. Saltem ex eo deducitur, Monachos nostros hoc tempore nondum penitus abiecisse litteras politiores.

12. Ms. LXXIV

12. Ms. LXXIV

Codex nitide una eademq manu huius Seculi conscriptus, quamvis diversa opera contineat. Primum est expositio S. Hieronymi in Danielem cum præfatione. Convenit cum editis, nisi quod capita aliter dividantur. Secundum est expositio in Cantica Canticorum non quidem Iusti Orgelitani, qua habetur in Ms. 50 quamvis hic erronee nomen Iusti præponatur. Sed neq est S. Thomæ aquinatis, quamvis eius operibus aspersa reperiatur, ut vel ex ætate huius Codicis constare potest. Idem iam adverterat Cornelius a Lapide in præfatione in Cantica, qui hanc expositionem tribuit Haimonie Halberstadensi Epo. Tertium opus huius Codicis a folio 218 est quidam tractatus de Matrimonio, cuius author latet. quarto denique sub finem additur quodam Compendium ad faciendas litteras aptum, cum alphabeto græco pro litteris formatis prout habetur in Ms. 131. Seculi decimi. In fronte huius codicis manu Sæculi subsequentis legitur: Iste liber est Ecclesie de Zinowe.

13 Ms. LXXXIX.

Regula S. P. Benedicti: Item Regula S. Augustini, et liber S. Ambrosij de conflictu vitiorum et virtutum. qua omnia una æquali manu initiantis huius Seculi conscripta sunt. Regula S. Patris paucis verbis discrepat ab editis. folio 63. Incipit præfatio Beati Augustini in Regula, quam Monialibus Composuit. Hanc ex Epistola ad Sororem desumptam fuisse eruditi judicant, et sola inter regulas genuinus partus S. Augustini est. Tertia pars huius Codicis continens librum S. Ambrosij in nostris editis non reperitur, et ides pluris æstimandus, nisi revera alterius sit authoris.

14 Ms. LXXXIV.

Iste codex diversa continet opuscula diversa manu exarata. Primo ponitur S. Augustini expositio in Epistolam primam S. Joannis ap. deinde a folio 128. Sequitur Cassiodori liber de Institutione divinarum litterarum, meliori manu quam præcedens conscriptus. de hoc opere monet Mabillonius, id esse a Monachis omnibus diligenter legendum, sine dubio quia tradit, quomodo utiliter sua studia instituere debeant. denique a folio 199. additur liber eiusdem Cassiodori de anima, quo usus est Rabanus in suo opere de eadem materia ad Lotharium Regem. In fine Codicis legitur iste versus:

Iste Genaugiensis liber est christi genitricis.

15. Ms. CXVII

15 Ms. CXVII

Brevis explanatio librorum apocalypsis, exodi, Numeri, deutero-
nomii, et Iudicum, una manu ad initium huius saeculi scripta,
sed authoris hactenus incomperti.

16. Ms. CXXIV

S. Anselmi archiepi cantuariensis liber, cur Deus homo? Hem
cuiusdam Epistola de coena domini. Nec non quaedam excerpta ex
operibus S. Augustini. videntur scripta ad initium huius saeculi.
Qlá ista communicata fuit Petzio, sed ab eo non publicata.

17 Ms. CXXV

Graduale cum notis antiquis. fol. 196. habetur festum S. Fintani
ni manu coeva. et fol. 179. eiusdem Sequentia. videntur plerag
conformia cum contentis in aliis Mss. similibus.

18. Ms. CXXVII

Ciceronis liber de Senectute, cuius quatuor orationes in Catili-
nam, pulchro charactere huius Saeculi exarata cum notis mar-
ginalibus eruditis.

19 Ms. CLII

Cantica canticorum carmine ritmico, non tamen prorsus con-
sone expressa, ut patet ex primo et ultimo versu, quem hic ex-
scribimus: Quem sitio votis, nunc oscula porrigat oris eloIn-
quibus ipse habitas, Sponsam dilecte revisas. Character est in-
itiantis huius Saeculi.

20 Ms. CXLVII

Parvus iste libellus diversa continet: Imprimis opus metricū
Theodoli authoris quinti saeculi, tractans de miraculis veteris
testamenti, et fabulis poetarum. Deinde a fol. 16. poema
cuiusdam Thobaldi Physiologi, qui proprietates animalium
spiritualiter expliat. hoc opus prosa videtur redditum fuisse
fol. 32. a fol. 24 incipit Prudentii liber historiarum S. Scrip
turae, qui etiam extat in codice LXII. a fol. 72. incipit ordo
probandi homines de crimine suspectos per panem et caseum,
qui prolixior est illo, qui habetur in codice CXXXIX addun-
tur denique ac miscentur quaedam excerpta ascetica et devoti
onalia ex SS. PP. et S. Scriptura.

21 Ms. CXXXVI.

Dialogus inter Magistrum et discipulum in quinque libros distri
butus, de praeminentia Status Monastici supra Statum ca-
nonicorum Regularium: ubi praecipue probatur, Monachos
Clericos idoneos esse ad curam animarum. Dolendum hunc codi-
cem sub initium esse mancum. Inter plures authores, qui
de hac re praesenti saeculo scripserunt, nulli videtur hoc
opus artius inscribendum, quam Guiberto Abbati Guibiensi,
qui decessit ano 1124. et scripsit de vita vere aslica libros quinq
Dialogorum a Martene editos. ad calcem codicis additur decretum
Bonifacii IV. et aliud S. Gregorii Papae, prout habetur in Ms. 21.
In apologia S. Petri Damiani fol 634 refertur utrumque decretum,
sed suppresso nomine S. Gregorii, ita ut solius Bonifacii esse videatur.

22. Ms. LXX.

Nº 25. Ms. LXX.

Missale ad minimum Seculo duodecimo Scriptum, quod incipit fol. 24. nam præmittuntur Sequentiæ manu Seculi 13. ubi inter alia fol. 25. occurrit oratio pro recuperanda terra Sancta. fol 115 oratio pro furto quolibet. fol. 125. sequuntur Epistolæ. et fol. 241. Evangelia. fol 251. vigilia et festum S. Fintani Sup. addita fuerunt eadem aut æquali manu.

Nº 27 Ms. V.

Codex maximus, qui inscribitur Passionale seu legenda Sanctorum a Kal. Augusti usqs ad Kal. Februarii. Severa tamen cum passione S. Simonis et Judæ expirat; quapropter si folia identidem excisa computentur, ferme mediætate sua desiit, ut etiam ab Elencho præfixo desumi potest. Calmetus in diario Helvetico huius codicis Specialem mentionem facit, et ait: In eo legitur vita S. Mansueti Epi Tullensis Scil. fol 96. duobus libris conscripta ab Adsone o S. B. abbate Derevensi S. Montierenderf. in campania diœcesis Catalaunensis. obiit adso aº 992.

Nº 24 Ms. CXLIII

Sermones seu tractatus ex SS. Patribus, potissimum ex S. Augustino, qui an omnes editi, aut editis conformes? me latet.

Nº 25. Ms. CXXIX.

Hymni per annum de tempore et Sanctis fol 29. et seq. habentur duo hymni de S. P. N. Benedicto a modernis diversi. fol 62. adjecti sunt manu posteriori tres hymni de S. Fintano. fol 75. habetur officium integrum de S. M. Magdalena cum notis antiquis.

Nº 26. Ms. CXLIX.

S. Anselmi cantuar: Cluidarium seu dialogus Summam totius theologiæ breviter complectens. quædam continet, quæ in editis desunt. Item eiusdem libri duo, cur deus homo: contra gentiles: qui melius occurrunt in Ms. 174. Codex videtur Scriptus ad finem Seculi huius.

Nº 27 Ms. CXLIX.

Libellus de octo partibus orationis, seu Regulæ gramaticæ a quodam Scholæ Magistro conscriptæ.

Nº 28. Ms. CL

Vita S. Leonardi abbatis, quæ pressius refertur a Surio Tom. VI fol. 118.

Seculum Phonasciæ.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Seculum Rhenaugiense V.

Christi. XIII

Caput I

Krenc. fingenses Pseudo Advocati.

1210.

Mirum est monumenta Monasterii nostri cum tempore decreviſse. Sane archivium nostrum nunquam magis hiulcum est, quam post initium Seculi praecedentis usqs ad medium praesentis. libet tamen colligere fragmenta, quae supersunt, ne penitus intercant. Causa huius defectus procul dubio in magnam persecutionem advocatorum nostrorum tum Lenzburgensium tum Krenchingensium rejicienda. Illos Monrio nostro infestos supra vidimus, quorum ultimus Ulricus cum anno 1272. decesserit, pronum est credere, advocatiam Monasterii nostri ad manus ipsius Imperatoris Friderici I devolutum fuisse, ut ex diplomatibus tum Ottonis IV. tum Friderici II constare potest. Mirari hoc loco subit, quod comites Kiburgenses etiam primi Aematis advocatiam Rhenaugiensem non occupaverint, postquam Lenzburgensium, qui idem ius usurpaverant, per Richenzam filiam Arnulphi et patruelem Ulrici haredes extiterunt, et possessiones suas circa Rhenaugiam late extenderent. Rumina enim in Turgovia possidebant: Hermannus quoqs anno 1174. Diessenhovum manibus cinxit, et ad oppidi formam redegit. Certe Udalricus anno 1227. maximis impensis Advocatiam S. Gallensem ambierat, nec tamen obtinere potuit. Ex quibus plane constat, Monrio nostro nihil unquam cum Kiburgensibus commune extitiſse. Tschudius

Friderieus I. Imperator anno 1178. id est altero post mortem dilecti sui Lenzburgensis Basilea fuit, ibidemqs teste Tschudio advocatiam Veronensem, quam idem Ulricus tenuerat, in se susepit, unde idem de Rhenoviensi factum non dubito. Post decennium idem Caesar Constantiae conventum maximum Imperii habuit, in der fürnemen statt z. Costenz, inquit Tschudius, ubi praescripta formula homagii, qua postea corpori Iuris feudalis inserta fuit. anno 1190. in oriente occidit Friderieus, a quo tempore advocatiam Monasterii nostri a Krenchingensibus invasam fuisse vix dubitare licet. Heliquerat Friderieus in orientem profecturus Philippum filium pro ducatu Sueviae administrando: Filius alter Patrem in expeditione fuit comitatus: denqs Henricus dictus VII. iam diu Rex Romanorum electus in apulia commorabatur, utpote in regno quod per constantiam uxorem adeptus fuerat. ad hunc praedicto anno, qua Pater Friderieus periit, in Italiam profectus est Philippus: Ducatus vero Sueviei administrationem comisit Diethelmo ex nobili familia de Krenchingen, et Weisenburg, tunc Abbati augiae Divitis, ut nos docet chronicon Ms. in Musaeo nostro. Idem testatur otto de S. Blasio Scriptor aequalis cap XLIII. apud Urstisium T. I. Philippus in Siciliam Imperatorem redüt anno 1196. citatus ab eo, negotiis suis per omnem ducatum Diethelmo Constantiensi Epo comendatis. Credibile ergo est, fol. 257.

per hunc

per hunc regionis administratorem advocatiam Rhenaugiensem comitum fuisse familiaribus suis de Krenchingen, cum certum sit, circa hoc tempus hanc advocatiam ab iis usurpari cœpisse, in qua re vel maxime prævalere poterant, dum idem Diethelmus

B3. Diethelmus cap I Seculi præc: apud Sanfridum de Gisinge electus dicitur aō 1198. et his año 1194.

año 1194. Simul constitutus est Constantiensis Cpus, anno domi 1206 mortuus. Interim anno 1196. Henrico Rege prœmaturamorte defuncto eliguntur in Schismate prædictus Philippus & qui in litteris hoc momento ex Engelberg acceptis asseritur año 1199. eius Monasterii advocatiam in se suscepisse: & Berchtoldus V. Zaringensis, qui pecunia accepta Philippo cessit, et Otto dux Saxoniæ, qui tandem año 1208 occiso Philippo prævaluit, copiamys Rhenaugiensibus fecit, querelas suas contra Krenchingenses proponendi.

Frusius p. I f. 11. c 18 adfinem.

Herum familia primam sedem suam in Uhtgovia adfines Cleggoviæ tenuit. Nam circa annum 1130. quidam Krenchingensis Dominus in Thiengen Friderico pertranseunti libertatis suæ prærogativam fastuose ostendit. Arx vetusta Krenchingen sita erat inter Gurtwilam et Bondorf haud procul a Mettingen. año 1132. celebratur Marquardus a Krenchingen, qui fundavit Monrium Canonicorum Regularium in Fechlen, quos inter prima fundationis nostræ bona numeratur, postea eodem Sæculo translatum in Fiederen, cuius primus advocatus constituitur Conradus a Krenchingen. Diploma fundationis affert Petrus in hac via Calesiastica, ubi nominat Marquardum de Weisenburg. quia ime iam ad initium Sæculi duodecimi nempe año 1119. inter Benefactores S. Blasii numeratur Arnoldus de Krenchingen. verum quæ antecessores familiæ Krenchingianæ Monriis contulerant, posteri rapuerunt: et quidem monrio nostro infensissimos fuisse statim patebit. Interim mirari subit, cur iam sub medietatem illius Sæculi vocetur a Weisenburg, cum tamen a Monrio nostro illud prædium detractum fuisse eo certius constet, quod in Bulla aurea Friderici II iubeantur et Weisenburg, et novam Krenchingen reduere.

fol. 715.

LXI Querelæ contra Diethelmum et Conradum fratres de Krenchingen abs Abbate et fratribus Rhenaugiensibus delatæ fuerunt ad Ottonem IV. regem Rom. Super eo, quod gravia damna nomine advocatiæ ipsis contra debitum inferebant. Sed quæstio ista per Eberhardum Salzburgensem Archiepum, et Waltherum Curtiensem Cpum prædicti archiepi Suffraganeum in hunc modum concordata fuit, ut prædicti de Krenchingen advocati Monrii quidem persisterent, illis autem nulla alia servitia prestentur, quam quæ olim Friderico Imperatori, dum advocatiam prædictam teneret, exhibita fuerunt. quod si imposterum Rhenaugienses se gravatos sentiant, liberum recursum ad Imperatorem tanquam Supremum advocatum habeant. Confirmata fuit hæc concordia ab Ottone speciali diplomate, quod cum sigillo raro adhuc extat, et datum est apud Nurenberc V. Idus febr. annus non exprimitur; videtur assignandus 1209. Cum enim año 1208. in Februario Philippus adhuc regebat Imperium per conventionem año præcedenti cum Ottone factam, atqs Otto illo ipso tempore morabatur in anglia teste Urstisio. anno vero 1210. iam sub initium Otto in Italia fuit.

Italia fuit, illuc pro auspienda corona ab Innocentio III. profectus in Julio anni elapsi. accidit, quod in hoc diplomate rex et non Imperator vocetur, quo significatur, eum nondum fuisse coronatum, praeterquam quod ano 1210 Italiam fuerit excommunicatus, ut adeo diplomatis huius expeditio ultra hunc annum differri non possit. J. P. Geroldus hunc ipsum 1210 assignat.
In litteris Engelberga 8 Jan. 1769. datis assertur diploma ab Ottone IV. ano 1210 Abbati nostro Henrico Wartenbach concessum: quo in systemate dicendum foret, illud diploma in Italia fuisse expeditum: aliud tamen sentiendum de diplomate nostro, quod datum est die 9. febr. Norimbergae. Testatur Trithemius Ottonem anno 1209. sub initium magnum conventum celebrasse, ut in Martio iam fuerit in Alsatia: locus igitur ac dies melius convenit cum ano 1209.
Conradus Krenchingensis in isto diplomate nominatus subscripsisse reperitur apud Schudium ao 1184. duidam alteri diplomati Caesareo. Diethelmus vero probabiliter ille ipse erat, qui cum filiis suis postea ao 1241. advocatiam Friderico II vendidit.
Postquam otto ano 1210. excommunicatus, atqs a Papa depositus fuit Electores Imperatorem crearunt Fridericum II. Henrici VI filium ano 1213. qui cum exercitu constantiam ex Apulia veniens Ottonem obviam habuit Uberlingae, desertumqs a suis per Rheni tractum in Saxoniam usqs fugavit. Ne memorabile quidquam deinceps otto fecisse reperitur, donec ano 1218. interiret. Interim sub Friderico Krenchingenses advocatiam Rhenaugiensem caupabant, atqs Monasterium miris modis exagitare, bonisqs spoliare non cessabant. Ob has oppressiones Abbas cum Monachis diploma Friderici, quod in favorem Principum Ecclesiasticorum ediderat, per Praepositum et Decanum Basilecnsem vidimatum iisdem Krenchingensibus opposuit. Datum est hoc diploma mense aprili 1220. in cuius ingressu Fridericus fatetur, se Principibus Ecclesiasticis plurimum esse obstrictum, quod ei contra Ottonem fideliter adhaeserint, ipsum ad culmen Imperii promovendo, promotum in ipso firmando, et deinde filium eius Henricum Regem et dominum benigne atqs concorditer eligendo. Meminit postea pressurarum, quae turbis in Imperio exortis Ecclesias maxime per advocatorum guerras misere divexabant: quae turbae per Dei gratiam nunc quiescant. Ex quo colligitur, datum fuisse diploma antequam ab Honorio III. ano 1221. excommunicaretur, quo facto prior pestis recruduit.
Verum maxima difficultas pro authentia huius diplomatis in eo sita est, quod Henricus Friderici filius ano 1220. nondum in regem electus fuisse videatur. Plerique enim historici cum Trithemio id referunt ad annum 1222. Schudius posteriorem assignat 1224. alii cum Crusio praecedentem 1221.

Econtra

Contra diploma præsens sequentem habet epocham: ãno 1220 anno regni romanæ germanici octavo, quo neutiquam sibi adversantur. Ne autem suspiciari liceat, errorem in transumpto nostro vidimato irrepsisse, eadem chronotaxis exhibetur in impresso apud Junii archivii Imperialis partis generalis Continuatione Secunda, ubi additur, diploma datum esse Francofurti, quod in nostro authentico omittitur. Ex his evidens est, quod hactenus historici ignorabant, Fridericum antequam proficisceretur Romam ad Imperialem coronam accipiendam, quam eidem ãno 1220 in Novembri die S. Cæciliæ Honorius III impetrasse procurasse electionem in germania filii sui Henrici pueri decenis. Error historicis subrepere poterat, quod Fridericus post Biennium, cum interim cum Papa in dissensionem incidisset, eandem electionem Herspipoli ãno 1222. renovari fecerit, et subsequenti 1223. aquisgrani necelectum ab Engelberto archiepo Coloniensi coronari.

sol. 145.

LXIII

Contenta in hoc diplomate in favorem Principum Ecclesiasticorũ ac præcipue Monasterii nostri sequentia sunt: 1. renunciat Imperator Juri Spolii: bona ab intestatis Prælatis relicta suis successoribus adjudicat: testamenta vero rata se habiturum promittit. 2. Nova telonia et novas monetas in eorum territoriis sine ipsorum consensu se non facturum: Contra Ecclesiis concessas defensurum. 3. homines proprios, aut servituti eorum addictos nullibi recipiendos statuit. 4. advocati Ecclesiarum, si damnum inferant, duplum restituant, et centum marcas argenti Cameræ Cæsareæ in pœnam solvant. 5. Feuda à vasallis vindicata Ecclesiis deinceps salva maneant. 6. Excommunicati, si denunciati fuerint, permittit Imperator se vitaturum, alios proscripturum, si ultra sex Septimanas in excommunicatione perstiterint. Ex quo articulo iterum evidens est, hoc diploma datum fuisse, antequam Fridericus Italiam adiret, cum iam ab ãno 1220. ipse excommunicationem incurrisset. 7. Nulla castra in fundis Ecclesiarum Prælatis invitis esse construenda, constructa vero destruenda. quem articulum præcipue Rhenaugienses advocatis opposuerunt. 8. Jurisdictionem Ecclesiis, eorumq; Prælatis inviolatam esse custodiendam, nec per officiales Imperii usurpandam. Præcipit porro hæc omnia etiam a successoribus observanda.

Subscribuntur huic diplomati testes quatuordecim Epi, inter quos tres primi sunt Electores, Sifridus Moguntinensis, Theodoricus Trevirensis, Engelbertus Coloniensis, Henricus Basileensis &. Signatur per Conradum Metensem et Spirensem Epum. Expeditum fuit sub sigillo aureo, cuius exemplar Epi saltem ibi præsentes sibi sub eodem sigillo fieri curarunt. Unde cum tale authographum Epus Basileensis sua Ecclesia intulisset, ex eodem transumptum nostrum descriptum ac vidimatum fuit.

fuit, ser C forte conradum Ecclesiæ Cathedralis Decanum L. quæ nota, quod nomen significet, ignoro nisi forte litteram S. A Nicolaum indigitet, qui fuit præpositus S. Leonardi: et per C. forte iterū Conradum Decanum S. Petri eiusdem civitatis Basilensis. fuisse vero tres, qui præsens instrumentum condiderunt, ex vestigiis trium sigillorum constat. Cæterum quo anno hæc vidimatio pro Monrio nro facta fuerit, pro certo statuere non licet, cum omne datum ibi desit. Præsenti sæculo contigisse, ex Krenchingensium persecutionibus constare potest, cum ad finem Eiusdem de subsequenti sub austriacis advocatis eiusmodi contentiones cessaverint. Rei character huius chartæ repugnat, quo minus credamus scriptā fuisse intra annum 1221 et 1241. quo Krenchingenses peraliam Bullam auream ab advocatia Monrij nri remoti fuerunt. Etenim his litteris nequidquam proficientibus, tandem Burchardus abbas ab istorum advocatia penitus liberari contendit. cuius occasionem opportune oblatam mox referemus, postquā alias turbas, quæ hoc tempore in vicinia nostra adiderunt, breviter perstrinxerimus.

Itaq; ano 1230. Fridericus quidem Imperator Pontifici Gregorio IX. reconciliatus fuit: at Tigurini eodem anno, dum steuras a clero exigunt, excōmunicantur a Conrado Epō constantiensi, et clerus ferme universus longo tempore extra civitatem inexilium actus. ano 1237. mortuo Conrado in Epatu Successit Henricus, qui castrum, qui castrum Kisenberg emit, ac reædificavit. turbæ deinde in vicinia nra exortæ; nam Abbas S. gallensis Conradus intimus Cæsaris conciliarius iusto bello aggreditur Epum constantiensem ano 1236. comitesq; in Kiburg ac Doggenburg. Interim Fridericus filium Henricum rebellem subiugat, ac carceri mancipat, ibi postea extinctum: cuius loco in Regem Romanum eligi procurat alterum filium Conradum ano 1237. a ~~Pontifice~~ quo rediens in Italiam longobardiam vastat, et iterato ano 1238 a Pontifice excōmunicatur. Tunc ira percitus auxilia ex proxima germania, quanta potest, convocat: inter quæ multi ex vicinia nostra instructi armis et militibus Seculares et Ecclesiastici adproperant. Uranii quoq; Schuizii, et undervaldenses teste Tschudio ad an. 1240 accurrūt. Tigurini ea propter excōmunicati et interdicti, Cæsari tamen assistere non destiterunt. Deniq; inter alios Abbas noster Burchardus, ut fidelis Imperii vasallus præsto adest. His copiis instructus Fridericus terras Pontificias vastat, ac Roma frustra obsessa, acri ac diuturna obsidione Faventiam premit, quam non nisi fame et inedia coactam in deditionem accipit, postquam omnis, quam secum adduxerat a vasallis, pecunia inter milites Cæsareos consumpta esset, et Imperator inaudito hactenus more ex corio signatam monetam jussisset distribui. Memoriæ proditum est, Helvetios hac occasione similia bullæ nostræ aurea privilegia obtinuisse, ut nempe ab Imperio imposterum non separentur, neu alicui particulari Principi seu Advocato et domino permittantur.

Hæc igitur loco.

Hoc igitur loco abbas noster Imperatori exposuit gravamina et pressuras, quas a Diethelmo de Krenchingen, eiusqs filiis, qui se pro advocatis Ecclesie Phenaugiensis gerebant, contra iustitiam incessanter sustinuit, supplicans humiliter et devote, ut ipsum et Ecclesiam suam ab eorum molestationibus clementer eripere dignaretur. Impetravit intuitu servitiorū suorum, quae ipsi Friderico et Imperio praecipue in hac expeditione impendit, ut advocatia Monrij auferretur a Krenchingensibus, et Imperio, ut decebat, restitueretur. Ne vero id aegre ferrent ipsi Krenchingenses, qui non minus praesentes Caesari militabant, id non vi aut imperio factum sed iusta emptione et quidem magni ponderis. Promisit nempe Imperator, se ex Imperii collectis pro advocatia Phenaugiensi Krenchingensibus daturum mille et ducentas argenti marcas duobus in precariorum terminis, quas in alemannia proxime continget exolvi, solutis tamen in praesenti centum marcis, quantumvis Caesar, Faventia licet in potestatem redacta, pecuniae inopia premeretur. Forte iidem Krenchingenses eadem penuria laborabant, ut eo libentius venderent, quod iuste usurpaverant.

LXIV Extat hac de re charta ab ipsis Krenchingensibus expedita, qua fatentur, se libere et spontanea voluntate hanc in venditionem consensisse. Pater Diethelmum se nominat, filios Wernherū et alterum Diethelmum. Subscribuntur Burchardus abbas Phenaugiensis, Rudolphus Comes de Habechesburc juvenis, postea Caesar, de quo scribit Crusius: Rudolf Graff von Habspürg wart ano 1274. zum ritter geschlagen, Keyser Friderichs des andern statt hat inn dz Reych gehebt, Ist sonst selbs so brym Keyser gewesen. Subscribitur item Godfridus de Flecken Stein, aliqs novem viri nobiles. data est Faventiae mense Maio, id est statim post factam deditionem; nam obsideri caepit mense octobri ano 1240. septem mensibus durarit obsidio; igitur in Maio anni 1241. iam in potestatem Caesaris concesserat.

Licet porro hanc advocatiae translationem Fridericus paulo post in bulla aurea data prope Tybur firmaret, nihilominus Krenchingenses, saltem qui domi remanserant, a molestando Monrio non cessarunt. nam vix elapso abhinc anno graves vexationes Phenaugiae intulerunt, adeoqs exarsit contentio, ut adversarii opera Abbatis excōmunicationi subiicerentur. Contigit autem ut Dei vindicta praecipuus illorum caederetur atqs ob excōmunicationem Ecclesiastica sepultura privatus jaceret. quapropter soror ipsius ac filius supplicarunt Eberhardo Abbati successori Burchardi, ut iniurias remitteret, absolutionem postularet, ac in Ecclesia Monrij defunctum sepeliri permitteret. offerunt pro compensatione damnorū 16 marcas argenti, quarum medietas persolvenda sit in Dominica Misericordia Domini, id est secunda post Pascha, altera in Ascensione. quod si alibi foret sepeliendus, insuper

xx marcas.

xx marcas argenti se soluturos spondent in ipsa die sepultura. Ex quo patet, illo tempore magni proventus fuisse Mönrijs, quando nobiles ibi sepeliebantur: patet etiam, ordinariam Krenchingensium sepulturam fuisse Rhenaugiæ.

Excōmunicationes hoc avo haud rara fuerunt, sic enim año 1248. in annalibus Einsidlensibus refertur Wernerus ab Homberg ad instantiam abbatis ab Cpō Constantiensi excōmunicatus, nec alius excōmunicavit Krenchingensem istum. qua vero occasione fuerit interemtus, non constat. Rudolphus habspurgius juvenis ferox 24 annorum hoc ipso anno bello aggressus est cognatos suos Rudolphum patruum suū in Lauffenberg, et Hermannum comitem Kiburgicum, eiusq; nepotem itidem Hermannum Dominum in Lenzburg, Zug, Brauenfeld, Diessenhofen etc. Tortassis his turbis implicati Krenchingenses iacturam cuiusdam fecerunt, qui maxime infestatus Rhenaugiæ, et ea propter excōmunicatus fuerat. Porro instrumentum præsens amplius in originali non extat, sed solumodo copia a P. Sebastiano de Valestein facta in archivio asservatur, omni tamen fide digna. Obsides interim usq; ad plenam solutionem xx xvi marcarum argenti, dati Mönrio sunt C. Miles de Triuillingen, C et B. fratres dicti Steingolt. quod vero adeo metuerent excōmunicationem, ratio esse poterat, quia proscriptio Imperialis, iuxta diploma datum anno 1220. sequebatur excōmunicationem. Hinc in instrumento bis exprimitur, eundem nobilem non solum excōmunicationis et interdicti, sed etiam proscriptionis sententia fuisse irretitum. confecta est hæc charta Rinōwe præsentibus abbate, priore et fratribus dicti Mönrij, Bertoldo Sculteto, nimirum novæ civitatis Rhenaugiæ, Chōnrado advocato, seu potius Notario, Rōdolpho Holbe, Chōnrado Pistore, Bertoldo coco etc. adscribuntur quoq; præter obsides iam memoratos, nobiles viri Rudolphus et Henricus de Berge; Ulricus nobilis de Balbe, C. de Triuillingen, et Wilhamus Rebanus primus, qui vocatur in chartis nostris. datum IV idus id est 12. Martii, Indict. II. aō 1243. Quinam fuerint isti Krenchingenses, integris litteris non exprimitur, sed tantum initialibus pro more illius ævi. Sola Kunigund soror semel disperte nominatur, Pater vero ac filius per litteram H. quâ probabiliter nomen Henrici designatur. Certum sane est, Krenchingensium familiam in multas lineas [illegible] fuisse dispertitam, ut ex annotationibus ab eruditissimo Dño de Holler Supremo regiminis in Thurgovia Præfecto Subministratis, additis etiam aliis a me collectis, constare potest. Filius Henricus, de quo in præsentiarum agimus, procul dubio idem est, qui anno 1264. ab Cpō constantiensi oppidum Thiengen in feudum accepit: Idemq; año 1264 Mönrio

S. Blasii

S. Blasii incendiis et rapinis damnificavit estimatione octogin-
ta marcarum argenti denegs modè debitorum pressus villam
Betmaringen S. Blasio cessit. Ccontra alius Hrenchinganus Hart
manus nomine ab eodem S. Blasii Monrio meruit in Benefacto
rum numerum recenseri. alius, cui nomen Joannes, Monrii
Monialium, quod Paradysus nuncupatur, bellicis infestationi-
bus appetit, a Nicolao III. anno 1278 excommunicationis com
minatione deterritus. Ccontra alteri Monrio Monialium in
valle S. Catharinæ benefecit Conradus de Hrenchingen, dum
pro Susceptione Suæ filiæ Berchta tradidit partem villæ in
obergalingen, quam ex augia divite, forte per Abbatem Wil-
helmum acceperat.

Fuere Hrenchingenses præsenti sæculo potentissimi in Sleggovia
verum eorum potentia videtur potissimum ob usurpata Advoca-
tia Monrii ejus incrementa sumpsisse. Nam dum restituere
coacti sunt, quæ Monrio detraxerant, illius eorum celsitudo
resedit. Non tamen desitterunt ab infestatione Monrii, rebus
in Imperio turbatis, prout videbimus acturi de Joanne Abbate
de Hrenchingen, quousqs eorum arces per Rudolphum Cæsarem
destructæ sunt, dum invalescentibus Habspurgiis Sleggovia
pene totam amiserunt, licet nonnulli illorum ad Sæculum
usqs 16.tum pervenerint, hodie tamen prorsus expirarunt.

Caput II

Bulla aurea Friderici II

LXV

Sed revertamur ad Fridericum Imperatorem eximium bene-
factorem, imo tertium restauratorem nostrum, quem in cas-
tris prope Tibur una cum Abbate nostro Burchardo reliquimus.
hoc itaqs in loco cæsar præstantissimum illud diploma a Sigillo
aureo Bulla aurea dictum Monrio nro concessit, quo non
solum advocatiam de manu Hrenchingensium redemit, sed
etiam insignes prærogativas atqs regalia superaddidit, multis
etiam locis et possessionibus aut de novo concessis, aut saltem
rectius confirmatis. verum opera pretium est, ut singula
suis numeris distincta recenseamus.

1 Suis impensis exsolvit advocatiam, ac plenaqs loca, quæ pseu-
do advocati aut venditione aut oppignoratione alienaverant,
pro quibus 1200 argenti marcas impendit. Marca porro duas
libras, quadraginta aut etiam sexaginta solidos continebat.
patet sane ingentem fuisse pecuniarum vim, cum ex con-
tributionibus Imperii publicis numerari debuerit. Hoc eodē
sæculo nempe anno 1260. Hrenchingenses Ebehardo de Waldpurg
Epō Constantiensi villam Neuhirch vendiderunt pro 350. mar-
cis argenti. 2 Monrium in immediatam Imperii protectionem

Suscepit,

Suscepit, ita quidem, ut nullus praeter Imperatorem deinceps advocatus existat: Sub nostra, inquit, et Imperii protectione recipimus Speciali in demanio et manibus nostris eos tenere de cætero promittentes, et quod nulli alii teneantur, nisi nobis et Imperio pro tempore respondere. contra facientes muleta 100 librarum auri cuius medietas Monrio defsura sit, deterrens. Declaravit autem Imperator, hoc non esse novum Monasterii privilegium, sed a se inovatum, cum fuerit Imperiali gloria incorporatum a prima fundatione. Quanta prærogativa hæc sit, experiuntur Monia quæ hac immunitate carent eandemqs ingentibus expensis comparare moliuntur. Certe adata huius Bullæ verba tantæ fuerant efficacia, ut in confirmatione privilegiorum sub Josepho I. Imperatore obtenta sine negotio titulus Imperialis Monrii exprimi potuisset, ut monumenta Archivii nri docent, nisi superfluus visus fuisset iam sub protectione Helveticorum confluto Monasterio. 3° Titulum Principis Fridericus dedit Abbati nostro: Dilectus Princeps noster. Notum est hoc ævo eundem titulum præcipuis Prælatis Calesiasticis dari cœpisse: quidam paulo ante eum iam obtinuerant, alii vero serius, plurimi hulusqs eo caruerunt. Ulricus Abbas S. Galli teste urstisio hoc eodem Sæculo ano 1504 a Philippo rege Principis titulum obtinuit. Ulricus alter Abbas Einsidlensis ano primum 1574. a Rudolpho rege per Speciale decretum eo fuit condecoratus teste Tschudio ad hunc annum. In bulla illa generali in favorem Prælatorum Calesiasticorum per Fridericum II p: non vero primum: data ao 1220. iidem Prælati universim vocantur Principes. Cum vero hoc diploma Specialiter pro Monrio nro vidimata fuerit Basileæ, haud diu post eius emanationem: non vero primum in Concilio Basilensi: credibile est, eius nominis prærogativam iam sibi ab eo tempore arrogasse Abbates nros. Certe tribus deinceps Sæculis, nimirum usqs ad decimum quintu in publicis archivii nostri actis hic titulus reperitur attributus. Hinc est, quod celeberrimus P. Blasius deinde Abbas S. Blasii, dum pro confirmatione privilegiorum vienæ apud augustiss.mu Josephum I. laboraret, Abbati nostro Geroldo II. rescripserit, iam facili negotio liberum eiusdem tituli usum a Cæsarea Majestate obtineri posse. Falsum proinde est, Burchardum hunc nostrum Abbatem ideo dictum fuisse Principem, quod simulesset Abbas campidonensis, nam alios tunc ibi præfuisse ex Syllabo Abbatum apud Crusium et Bruschium certo constat: præterquam quod campidonenses primum ad finem sequentis Sæculi, nimirum ao 1340. Sub Carolo IV. Principum nomenclaturam adepti sint. Similitudo nominis quosdam decepit, nam Burchardus primus, non vero Secundus, utramqs Abbatiam Campidonense et Rhenaugiensem iam ad initium Sæculi undecimi administravit!

4° Iovum Rhenaugiensem titulo civitatis Suprema authoritate condecoravit et cum omnibus pertinentiis et juribus denuo Monasterio subiecit. Hic primum occurrit nomen civitatis Rhenaugiæ attributum; unde qua de antiqua eius tituli

usu referuntur,

fol. 116.

usu referuntur, fabulosa existimo. locus sane apertus videtur fuisse, antequam muro a Lenzburgensibus ad angustias circumflexi Rheni superiori Sæculo duderetur: ex quo tempore ædes quæ tantum intra Monrium et inferiorem pontem extiterant usqs ad illam portam, qua modo superior dicitur, deducti capêre, ut meliorem atqs ampliorem civitatis formam constituerent. Certe alia quoqs loca nobis vicina his primum sæculis civitates haberi cœperunt. Diefenhovium ad finem præcedentis a domino Kiburgensi muro circumdatum et civitas appellatum fuit. nec multo vetustior est quoad nomen urbis Schaffhusia. quin imo castrum teste du Cangio non simpliciem quandam munitionem, sed urbem minorem, cui Epūs non soleret insidere, medio ævo significavit. unde omnino dicendum videtur, Rhenaugiam Lenzburgiis debere nomen urbis quam Papa et cardinalis præcedenti sæculo Stilo utiqs Ecclesiastico vocarunt castrum contra Monrii iura ædificiari
fol. 251. captum. B. Rhenanus libro tertio rerum germanicarum Sequentia in hanc rem affert: In libro provinciarum gallicarum annumeratur vindonissa castris maxime sequanorū, hoc est, oppidis vulgaribus, et quæ Epūm non habent. in hunc enim sensum decreta Pontificum castri nomen datorum usurpant. confirmatur eadem veritas, quia in chartis superioris sæculi dicitur cæpisse castrum a Lenzburgensibus construi; ex quo sequitur, Rhenaugiam ante non fuisse castrum, non urbem, sed simpliciem vicum. Deliquitur Fridericus nomen et prærogativam castri, seu ut ipse distinctius loquitur, civitatis, iam a pseudo advocatis in gravamen Monrii usurpatam, ita tamen ut eius iura, qua post Lenzburgenses etiam Frenckingani distincta volebant, ipsi Monrio adiudicat. ~~Sunt autem ista v civitatis~~ redderet, atqs subiiceret. unde civitatem cum pertinentiis monrio adiudicat. Sunt autem ista civitatis iura et pertinentia: Senatus cum consule, forum, nundina, telonia, et cætera huiusmodi, qua nominatim Imperator ad Monrium pertinere mox enumerat.

5to concedit Monrio ius moneta per verba cum moneta, quod interpretatus du Cangius: ius cudendi monetam, vel emolumenta, qua moneta domino obveniunt, citans chartam Pontii Comitis Tolosani de aō 1037, ubi Sequentia continentur: Dono tibi dilecte Sponse mee maiore Gratū albiense, et civitatem, et moneta, et mercatum. Dominus an antea iam Monrio competierit, certum non est, cui tamen posse videtur ex Sæpe dicto diplomate pro Monrio nro vidimato, ubi idem Imperator ait: Item nova telonia et novas monetas in ipsorum territoriis Sive Suris ditionibus ipsis inconsultis Seu nolentibus non Statuemus de cætero, Sed antiqua telonia et iura monetarum eorum Ecclesiis concessa inconvulsa et firma conservabimus, et tuebimur

eb. Regalē.

Regale hoc opido æstimandum est, quod nec ipsi iuri territoriali adhæret, sed ex speciali privilegio obtineri debet. usus hoc fuisse aliquando Abbates nostros probabile est, Geroldus II numismata aurea et argentea cudi fecit, quæ non solum pro memoria inserviunt, sed etiam pro pecunia currente hodiegs expendun tur. Comites Sulzenses cum insignibus Mōnrii Salmone nempe et effigie S.ti Fintani monetas cudebant, dum advocatiam sibi arrogantes idem ius usurpabant, licet forte aliunde eodem privilegio comitatus Cleggovia gaudeat. adsunt eiusmodi Numi in Musæo nostro, quos depingi curavi, et ad calcem vitæ S.ti Fintani apposui. Nec prætereibo hoc loco volo, Friderici II. plures Numos me ex Sicilia per Dnum J.B. de Doring in Gotmadingen nactum fuisse, quos pro ampliori memoria tam munificii in nos Imperatoris delineari curavi. Tab. III.
Cæterum hodiegs Abbates nri ius monetæ exercent, dum saltē eius valorem determinant, et tam a vicinis quam remotis Principibus hoc iure frui agnoscuntur.

6.to Ius Fori in civitate Rhenaugiensi Idem Mōnrio Frodi dit quod interpretatur Du Cangius: Nundinas, seu Ferias: id est ius constituendi nundinas seu ordinarias in hebdomade seu generales in anno, una cum emolumentis inde provenientibus. unde idem citat chartam Epi alei antisiodorensis, qua dicitur: Justitia Epi est, forum, telonium Epi est, quicquid de foro est erit, et Justitia de omnibus hominibus Epi est. Censetur hoc ius ad civitates et maiores vicos pertinere. Abbas noster Basilius p. m. cum non parvo Mōnrii ac Subditorum emolumento hoc iure usus hebdomadariū frumenti forum ad inferiorem pontem instituit, comodidate ex Rheni defluxu captata.

7.mo Concessit Fidericus Pedagia: cum pedagiis. Sub quo nomine Lestte du Cangio veniunt omnes prestationes, ac census annui etiam in capita distributi: quamvis specialiter significent idem ac telonium a transeuntibus et eorum mercibus prestari solitum: hic tamen ut aliquid distinctum amplius quid importare debet, ac singulariter vectigalia significare, qua iam Henricus III. in diplomate nobis dato ano 1049. expreserat, atqs per hanc Bullam auream de novo confirmantur.

8.vo addit Imperator: cum piscationibus, venationibus, molendinis, Jurisdictionibus et rationibus omnium prædictorū. quibus verbis procul dubio cum illimitata quasi iurisdictione cætera quoqs regalia intelliantur, quæ Principibus Imperii concedi solebant. addit hic iterum S.t Geroldus, animo in austriacos minus bene affecto, incusans P. Bonēr, quod sine ratione Figurinos redarguat, quasi ipsi in cæteris extra Rhenaugiam locis Jurisdictionem contra Mōnrii Jura usurpaverint, quærendum

esse quandonam

esse, quandoquidem austriaci comitatum Kiburgensem obtinuerit quodam simul Monnium iuribus in vibos illos adiacentes spoliarint. Sed pace tanti viri dixerim, ipsum potius sine ratione loqui, sane sine ullo monumento aut vestigio, sine quo tamen historico aut antiquario tam parum honorificum est loqui, ac sine lege Iurisconsulto. certum quidem est, comitatum Kiburgensem hoc seculo ad Rudolphum postea Imperatorem devenisse et dehinc ad eius posteros: nihil tamen negotii Monnio nro cum comitatu Kiburgensi fuisse, iam sæpius demonstratum est. imo Lenzburgenses, qui illum comitatum nactiquam possidebant, primi ac unici fere fuerunt huius iurisdictionis invasores, veluti charta ac diplomata nostra aperte loquuntur, ut mirum sit, virum in iis versatum ista non videre potuisse. Brenekingenses digni scilicet Lenzburgensium Successores, nihil veriti Kiburgicos, oppidum Thenaugiense cum adiacentibus simili injuria occupabant, ut vel ex præsenti aurea bulla constat. Restitui quidem omnia debuissent, sed quam pace id fieri soleat, neminem latet, et nos hodiedum experimur. quapropter mirum non est, posteriores possessores seu Austriacos seu Tigurinos ablata semel Iurisdictione perstitisse, nempe extra limites oppidi Thenaugiæ.

Capvt III

Rudolphus Cæsar, et Hermannus eius Filius.

Per auream Friderici Bullam, excommunicationemq; Brenekingensium Monnium in pristinum statum restitui capit, et sperandum fuisset ex integro damna fore reparanda, nisi ob collisionem Imperium inter et Ecclesiam ingentes turbæ hoc tempore enatæ fuissent quæ usq; ad electionem Rudolphi primi ex familia Habspurgica Cæsaris perduraruntEtenim Friderico ano 1245. in Concilio Lugdunensi deposito magnum subsecutum est interregnum. Electus quidem fuit Henricus Hassiæ et Turingiæ Princeps agente Pontifice, quem, quod ei Prælati Ecclesiastici maxime faverent, Rex Regum Monnig nuncupabant. verum is in obsidione ulmensi sagitta traiectus audente Dissenteria ano 1249. extinguitur. Insecuta teste Trithemio ingens fames in germania, ut multi inedia perirent. ano 1249 Wilhelmus Comes Hollandiæ rex rom: Constituitur: et interea Fridericus olim Imperator Traiecti ano 1250. ætatis suæ 64. diem extremum obiit: cui constanter adhærebant Tigurini, propterea iterato excommunicati ferme per decennium e civitate electis clericis ano proximo Conradus Friderici filius Siciliæ Rex in germaniam quidem venit, sed subito repulsus altero abhinc anno 1252. in Sicilia interiit. Felicior aliquando eius filius Con-

radinus,

rodinus qui patrium Solum, Ducatum nempe Sueviæ aliquam diu obtinuit, infelicissimus tamen, dum haud multis interiectis annis a Carolo Andegavensi iussus est Neapoli decollari una cum Friderico austriæ Duce ex Aripe Marchionum Badensium. Sic ultimus Surculus fundatorum ac Benefactorum nostrorum ex gente guelfica aõ 1269 Sanguis fuit.

Interea latrociniis ad plenum plena erant omnia, ut ad annum 1254. notat Trithemius, et ad cumulum malorum etiam Guilielmus Rex aõ 1256. occubuit. Electi subsequenti anno in Schismate Alphonsus Castellæ rex, et Richardus frater Regis Angliæ. verum quietem Imperio non reddiderunt, sed turbarunt magis. quapropter Tigurini advocatum et Capitaneum ad tempus eligere coacti sunt, qui eos contra hostes undiqs grassantes tueretur, nempe Rudolphum Habspurgi comitem, qui fortasse et Monasterii hui advocatiam administrabat. Nam et Uranienses cum Subsilvanis et Suitensibus eum advocatum suum constituerant: cuius ditiones maxime exercverant, extincta Aripe Kiburgica, cuius hæres per matrem suam fuerat. Verum prælijs delectatus Saxius cum vicinis Berchtoldo S. Gallensi, Witoduri, Wilæ, aliisqs in locis, et Epõ Basileensi Rhenofeldæ congreditur. Tandem aõ 1273. in Regem Romanorum, dum Basileam obsideret die ultima Septembris electus fuit, ac Imperii dignitatem ad pristinum splendorem reduxit, extirpatisqs latronibus, et latronum castellis solus Ecclesiis et civitatibus ius dicere, ut verus advocatus aggreditur. De hac re Trithemius ad ãnũ 1281. sequentia scribit. Contra latronum et prædonum insolentiam Rex Rudolphus de consensu Principum Francofurdi congregatorum misit exercitum, et multa eorum habitacula brevi tempore funditus destruxit. alibi vero nempe ad ãn 1290. ultra septuaginta eius modi castella ab ipso destructa fuisse testatur. Ne autem quis putet, hæc nostra parum interesse, certum est, a Rudolpho demolitum pariter fuisse castrum Frenchingense seu Witzinburg, quod quidem in bulla aurea tertia Monasterio additum, a Frenchingensibus vero nullatenus evacuari potuit, unde latrocinia sua maxime in monasterium exercebant.

Tschudius ad ann. 1264.

Equidem Stumpfius, dum hanc Rudolphi in castella vastationem memorat, unius huius arcis tanquam præcipuæ mentionem facit. Ad ipsum audiamus: Rudolph von Habspurg sol selbst im anfang seiner Regierung im riss allenthalb die räubschlösser umgeworffen haben, eins in Solothurn abgebrochen: darunter sy Wissenburg mit viel von steinen gelegen belagert und eingenommen, zů letst mit prünnen verbrennen und verstellen lassen. Diss vollendt da diss Wissenburg sygt gewesen nun bey dem Closter von Kreuzlingen.

f. 406 a.

darius adhuc

Clarius adhuc rem exprimit eruditissimus P. Christophorus Hartman historicus plane eximius in annalibus Einsidlensibus dum agit de Burchardo abbate ex eadem Krenchingorum seu Weissenburgentium familia progenito: ubi de arce prædicta in hunc modum prologuitur: Aliud castrum habet proculo Schaffhusia in comitatu Lacobrigensi situm funditus evertat Rudolphus I Imperator ob latrocinia, quæ inde frequentia ut alias ex locis, per ea tempora fiebant, cum sex hebdomadas continuas obsedisset anno Dni 1274. Retinent tamen inde Barones nomen sicuti et Iurisdictionem. Iurisdictionem forte tenuerunt, quousque eam una cum tota ferme Aeggovia austriacis præsertim alberto Rudolphi filio ao 1299. divenderent. Per huius nihilominus arcis destructionem Rudolphus Cæsar verus Monrii advocatus tandem Rheni augiam a Krenchingensium invasionibus penitus liberavit.

Eodem anno 1274. quo alias abundantia frugum feliciora tempora promittebat in vigilia S. Thomæ Apostoli infeliciter ad pontem Rheni inferiorem cum aliis tredecim nobilibus aquis Rheni submersus est eiusdem Cæsaris Rudolphi filius Hermannus seu potius Hartmannus. De anno tamen inter historicos non convenit, dum quidam præcedentem, alii subsequentem statuunt, quo comitia augusta in Natali domini celebrata sunt, quibus interesse cupiens in itinere constitutus Hartmannus fuerit. Nos medium annum a pluribus authoribus assignatum elegimus. Locum etiam plane alium a nostro nonnulli sed errore omnino palpabili statuunt. Stilhemius id Basileæ factum ait: Schudius Rheinovii haud procul Strasburgo. Necrologium Wetting. id factum asserit anno 1281 zu Rodolfz. Sed quare non in Wettingen, ubi monumenta Habspurgica, Sepultus? quare non in Zurzach, Waldshuth, Brugg, quæ medio itinere propiora sunt Rheinovio? P. Gustenus in anno Murensi denudato ad calcem id asserit. Sed P. Hergott, qui excerpta ex originali edidit, T. ult. fol 248. hæc solum exscripsit. XII. K al. 1274. obiit Hartmannus comes de Habspurg in Rheno submersus. Sic se habere, nec superiorem Rustenii inscriptionem reperiri vidit A. R. P. Subprior die 30 aprilis 1769. Sepultus quidem, intestinis exceptis, fuit Basileæ, sed sepulchrum eius non amplius extare testatur Iselinus in notis ad Schudium. Ego ipse soluis Annæ uxoris Rudolphi cum filiolo parvulo sepulchrum ibi conspexi. Haud procul Monrio nro hoc naufragium contigisse referunt Gerardus de Roo fol 22. Hafner p. 1. f. 615. Bonmeister fol 702. Urstisius in chron. Basil. f. 179. sequentia scribit: Herman Rudolphi Sohn ist ano 1280 mit dreyzehen ritterbrüeder da er bey Rheinöw im ünteren thürlinöw über den rhein setzen wollte, da ist im das gschirr umbgeworffen worden, also war im ist Leyb. Ring gab Basel nüssmesse zu basel.

Contra

Econtra testis omni exceptione maior est monumentum in Ecclesia nostra hactenus conservatum, ubi nimirum intestina eiusdem Principis fuere condita. Nam in Ecclesia veteri, quae ante destructionem anno 1705. delineata fuit, sepulchrum huius Hartmanni conspiciebatur in eodem loco quo hucusque situm est, ita tamen, ut versus medium Ecclesiae inter seriem columnarum ante scamna virorum appareret, super quod iacebat cippus scuto Habspurgico insignitus, ubi sequens legebatur inscriptio: anno 1292. in vigilia S. Thomae ad inferiorem pontem Rheni submersus est Hartmannus Rudolphi I Imperatoris filius cum tredecim Nobilibus, cuius viscera hic ante gradum altaris S. Blasii sepulta sunt. Procul dubio id primum erat sepulchrum statim a morte erectum, nam cum Ecclesia constructa fuerit sub initium praecedentis saeculi, ratio nulla suppedit eadendi id loco motum fuisse. Unde contigit, ut etiam in nova huius Ecclesiae constructione solum hoc sepulchrum in loco pristino permaneret, omnibus aliis laicorum eliminatis, Abbatum vero ac Fundatorum situ comodiori collocatis. In Epitaphio novo conficiendo laborabat Geroldus II an insignia nova austriaca addenda essent, aut sola Habspurgica delineanda? Desuper consultus Comes de Trautmansdorff Orator Caesareus ad Helvetios pro solis Habspurgicis pronuntiavit. Epitaphium ipsum sic legitur:

Hartmanno
Serenissimo Principi Austriaco
comiti Habspurgico Landgravio Alsatiae
Rudolphi I augustissimi Imperatoris
Filio natu minimo
quum
Devastatis praedonum arcibus
optata quiete
Tota gauderet germania
Die 20ma Decembris anno 1280
cum 13 Nobilibus hic ad inferiorem Rheni pontem
Infelici naufragio submersus
cuius viscera
Corpore Basileam devecto
hic loci in veteri iam destructa Basilica
ante annos 430.
fuere condita.
Hoc pium aeternae memoriae monumentum statuit.
Geroldus II abbas Rhenoviensis etc.
anno 1710.

Dicte quidem

Recte quidem hic memorantur destructa latronum arces in Singulare Monrii nri bonum: 1281. quo anno duas chartas dedit Hermanus cum fratre suo Alberto, nulla mentione facta Rudolfi fratris minimi: unam in favorem Monrii Wetingani, alteram Monialium in Tös, quæ signata est die 23 Sept. 1281. witoduri apud Hergott. addenda fuisset ætas Principis 18. aut verius 19. annorum: nec porro vocandus filius Rudolphi natu minimus, sed potius secundo natus; præcessit enim ætate Rudolphum veluti probat clarissimus P. Hergottus in monumentis austriacis, ubi pariter refert, eundem Hermannum desponsatum fuisse anno 1273. Joanæ Eduardi Regis anglorum filiæ cui non solum promissa donatio propter nuptias mille marcarum argenti reditûs annui, sed etiam provisurum Rudolphum Patrem, ut in Regem Romanorum, vel saltem ærelatensem eligeretur. Hæc quoq; comode exprimi potuissent in Epitaphio nostro, vocando Hartmannum Sponsum Joanæ filiæ Regis Angliæ, atq; in spem regni aut Imperii destinatum. Exhibet Hergottus tabula hæc Iconem utriusq; Sponsi nimirum atq; Sponsæ ex tabulis archivii civium Vindobonensium ubi pariter Hartmanno Simplex seo Habspurgicus pro insigni appictus est. Cæterum nullum relinquitur dubium ob hanc quoque sepulturam fuisse Monasterio nostro Rudolphum Patrem, atq; albertum fratrem, de quo mox plura dicenda occurrent.

#eo ipso tamen Statuendus non erat anus 1280. Sed subsequens

P. I T. III. fol 21.

Caput IV.

Albertus Cæsar Benefactor & Advocatus

Albertus Rudolphi filius natu primus Dux austriæ, ac postmodum Imperator male audit apud plerosq; Helvetiæ scriptores, prosterea quod eos libertate spoliare, ac ditionibus suis adjicere tentaverit. Nobis tamen aliquando mitius de eo sentiendum, cum Benefactor noster extiterit, et licet advocatiam Monrii Imperio detractam familiæ suæ vindicare contenderit, revera tamen tam ipse quam Successores ipsius potius tutores contra vim aliorum, quam raptores instar præcedentium advocatorum extiterunt, veluti monumenta Archivii nôri excutienti, atq; imparcialiter perpendenti patebit. Nos singula persequamur.

Atq;
Mortuo Rudolpho I. Cæsare anno 1291. plurium electorum Suffragio electus fuit Adolphus Nassaviensis, cuius tamen æmulus Albertus ingiter suos retinuit fautores. Tota Superioris regionis loca, ut tunc vocabantur, die Orts weltlütt in obern landen sprach, darz um Zürich, Romanum præstiterant Adolpho: hinc ille Alberti in eos ira, quibus iratus vindictam comminatus fuit. Reliqui his in partibus, excepto Wilhelmo

Abbate

Abbate S. Gallensi, ut plurimum favebant alberto, praecipue Henricus de Klingenberg Episc Constantiensis benefactor noster, et Eberhardus Dux Wirtenbergius. Res tandem eo devenit, ut anno 1298. per quinq electores, refragante licet Trevirensi et Palatino, Adolphus Moguntiæ deponeretur, et eligeretur Albertus. Utrinq arma assumpta, et auxilia comparata: ex utraq Rheni parte infesti exercitus descendunt: tandem apud Gosenthal f. Rontium est Monialium inter Spiram et Wormatiam: Adolphus cum Wilhelmo S. Gallensi superatur, ipseq ab ~~abbate~~ alberto vulneratus a circumstantibus occiditur. Mox Albertus iterato ab omnibus Electoribus Francofurti electus, et aquisgrani coronatus, ad superiorem Rhenum revertitur, et amicos suos eximiis praemiis ac privilegiis remuneratur, inter quos Henrico Constantiensi Abbatiam Augiensem, tunc opportune vacantem, ad dies vitæ in beneficium tribuit.

ex charta Hergotti 652. conf. Valbertum anno 1298 die Senhovii et Waldishuti fuisse.

Hoc eodem tempore facta est donatio Praefecturæ Flachensis ab Alberto Rontio rege: nec dubium, quin in praemium fidelis assistentiæ. Charta donationis in originali non amplius extat; credibile tamen est, hanc donationem insertam fuisse diplomati confirmationis omnium privilegiorum, quæ hac occasione imperator et alius locis liberaliter attribuit. Existimo, haec monumenta primum deperdita fuisse ad finem elapsi seculi, quo vasalli Nobilibus de Rinech in controversia cum Tigurinis extradederentur. Excerpta, quæ in illis instrumentis inveniuntur sunt sequentia: wir Albrecht von Gottes gnaden Römischer Künig zu allen zitten merer des richs etc. ütbrechtigen vnd bekennen ünsers closters Pfinow abbt vnd convent ze rüsten, wenn sich in dem krieg ze stand vnd tolben für handlungen, absterbennen todtschläg, krbfeid, vnd wer in solo betrifft, dass sonsten nit offenbarlich leib vnd erbens krafft zugehörend wären, zitbrugen wären, allerdings ze besetzen, ze entsetzen, vnd ze entsetzen. Data dleuntur littera die 9 Nov. anno 1298. Agnita fuit haec donatio ab ipsis Tigurinis tunc in hac re adversariis, ut etiam vasalli nostri esse voluerint, empta nempe hac ipsa praefectura. quanti vero fuerit aestimanda, patet ex eo, quod medietas eius postmodum vendita fuerit p 9000 florenos. Statimq seculo sequenti in feudum data comitibus de Seltz Rudolpho et Ottoni, quorum hic primo in vicinia nostra occurrit mentio, et forte filii q̃dam Hermanni Judicis Imperialis aulici, qui extruxit in Charta anni 1302. Hi porro idem feudum anno 1351. vendiderunt Waltero de Gachnang: possea ad diversas devenit familias nempe de Waldkirch, Fulach, Beyer, Heinch de Wildenberg, denigs ut praefatum, ad cantonem Tigurinum, qui idem feudum in monumentis nostris adhuc obtinet. Multa alia bona, decimas et census Rontium in illis locis et adiacentibus possidet quæ ex hac donatione promanare dubium non est, cum ante hoc tempus nullum eorum vestigium in monumentis nostris compareat, immediate vero post hanc donationem sapius ac distincte occurrant maxime in libro feudorum, de quo exactius seculo sequenti agendum. Interim patet verum esse quod de Alberto ad praesentem annū 1298 scribit Tschudius alias ipsi non sine

VIII. n. 119.

non sine causa infensus, quod nimium Monasterio sibi dedita benefactis prosequi non obsisterit. Albrot fürt seine gottsfürchte und Christliche in gůtem eyfer.

Vndi Albertus non solum benefactor sed etiam advocatus esse voluit Monasterii nostri. Suspicor, præcedentem donationem in hunc quoq finem fuisse factam, ut Rhenaugia advocatiam in eum eiusq posteros transferet. Nam omnibus modis, tam blanditiis quam minis, tam benefactis quam persecutionibus conabatur, quos poterat, ditioni suæ subiicere. Exprimit tamen Rhenaugiam Schudius nominatim, dum eam inter loca ab Alberto conquisita recenset. Exscribam pauca ex auctore tam gravi, quo vicinam nostram concernunt, et statum Monasterii nostri ubertim depingunt: Albrot König zoug an sich weltlich gůt, den schwarzwald, die Reichsvogtey S. Blasii etc. Bernetingen, Closs und schirmpfligt vber die fürstlichen von Rotenechingen ... also sinny zu an zu verbrot an alle Gotshüser S. gallen, Einsidlen, Lutterey, Pfeffers, Pfeffingen, Münster etc. Dann was sonderlich mißfellig der Gotshüser ämter der Kirch sinne, und gepflegt, der nimmer mehr über die gewalten soll haben, noch Reichsvogt sin den elsin Römischen Reichs oder Künig. Ethliche den verendt fürsten, der Römischen Kirch, als S. gallen, Einsidlen etc. es hat auch kein Reichs noch Künig gewalt den sinen oder Reichsvogtygen der gotshüser zu Arrondieren in der Kirch sachen, noch einichen fürsten und frowen Lehenschaft abzelosen, den elsin so lang nit Reichs oder Künig lehn sin erwelt oder vogt über der gotshüser an sin statt zu ordnen, und so bald es stirbt, wäre derselben gewalts vögten gewalts ny und dem neuen Künig heimgefallen. vber Künig Albrecht hätt sich in dem Rich ingriffen, zoge solich Reichsvogtyen über der Kirch gotshüser an sine Hand, und nachkommen rechtlich entfromdet dem Rich etc.

Mitius de hac re loquitur analista Einsidlensis, dum adannum 1299. refert, impulsu Alberti ab Ioane abbate Leopoldum filium, quem superioribus regionibus præfecerat, advocatum fuisse electum, quod honorificentius sibi, et Monasterio utilius judicaverit, devincta hac ratione cæsaris voluntate totaq; austriaca domo. Ex quo habitus est Ioannes abbas, et qui eum secuti sunt Monasterii antistites, austriacorum Principum merito addictissimi et observandissimi. Hoc ipsum etiam de nostris Abbatibus Rhenaugiensibus dici posse, ex decursu historiæ patebit.

fol. 222.

222.

Caput V.

Incorporatio Parochiæ S. Nicolai.

Inter benefactores huius sæculi oppido numerari meretur Henricus a Klingenberg, antea Rudolphi cæsaris cancellarius postea Epus Tridentensis, denique ab anno 1299. etiam Constantiensis, cuius beneficia quidem contigit ante donationem Alberti, qui tamen ob seriem historiæ præponendus erat.

Hagen

Hagp Henricus miseratus sortem Mönrii, quod ex malis per advocatos illatis nondum plane emerserat, eidem temporalia emolumenta Ecclesiæ parochialis ad S. Nicolaum anno 1196 liberaliter, sine ullo reciproco onere adiunxit. Non levis autem momenti hanc donationem fuisse ex eo constat, quia decimas haudequaquam in subiectis parochiis locis importabat, licet quaedam eam pridem ad Monrium pertinuerint. Sono illa loca praeter Ihenaugiam fuerunt Martelen, Attenburg et Ellikon, et ex parte Benken et Trullikon; quin imo in antiquo libro anniversariorum inter ecclesias filiales recensentur quoqp Endelfingen, Aezen, Buchberg, Lauffenberg, quorum dedicationes et patrocinia suis diebus denotantur. Formalia huius chartæ adhuc in originali extantis sunt sequentia: f. I n 15.

Nos Henricus p. nostri capituli communicato consilio et deliberatione praehabita, cum eodem, ipsiusqp consensu requisito, adhibito et obtento, Ecclesiam Parochialem S. Nicolai in monte et oppido Ihenaugiensi nostræ Diœceseos p. cuius ius patronatus ipsis dinoscitur pertinere p. quoad temporalia p. retentis nobis nostrisqp Successoribus omnibus Spiritualibus et juribus Episcopalibus in eadem ac specialiter reservatis: p. dictorum Abbatis et conventus ac Mönrii supradicti Ihenaugiensis usibus et mensæ in perpetuum damus, conferimus, donamus, annectimus, et liberaliter applicamus etc. Subditur vero, Presbyterum Secularem esse Epô præsentandum, ut ab eo tanquam Vicarius perpetuus investiri possit, cui congrua conveniens præbeatur. Appensa fuerunt huic chartæ Sigilla tam Epâ quam Capituli et Cathedralis. Jus Patronatus procul dubio iam ab ipsa fundatione ad Mönrii pertinebat, cum Wolvenus, qui jugiter Dominus loci vocatur, dederit, quicquid iuris ei erat in ipso loco, qui Ihinova dicitur: verum ad Parochum pinques proventus cum non paucis decimis spectabant, qui iam per Henricum cum Monrio attributi fuerunt.

Sciendum tamen, praeter hanc S. Nicolai Parochiam, aliam quoqp Ihenaugiæ fuisse, quæ a Monachis administrabatur, non quidem in Basilica Monasteriali, sed in Ecclesia S. Felicis et Regulæ, quæ in insula nostra area sita erat. verum post incorporationem praedictam Parochiani Monasteriales relictis sedibus suis causa muniendi semetipsos in locis firmioribus ad S. Nicolai Parochiam se transtulerunt, ut dictum in instrumento mox adducendo. unde factum, ut ob carentiam oblationum et eleemosinarum Monrium ipsum paterectus defectum in fuminaribus aliisqp ad cultum Divinum necessariis. Iterum ergo Abbas Conradus cum suis Monachis recursum habuit ad curiam Constantiensem, quæ preces benigne admisit, et sæpe dictam parochiam S. Nicolai unitam cum S. Felicis et Regulæ penitus Monrio incorporavit ut iam ab ipsis Monachis, decedentibus Sæcularibus presbyteris, administrari posset. proindeqp facta est ex Sæculari iam Parochia regularis. Expedita fuit altera hac charta anno 1199. fol LXXXII

el quidem LXXXIII.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Et quidem absente Henrico Epō, qui nimirum quinto Kalendas Augusti adhuc in castris Alberti contra Adolphum morabatur. Patet vero ex hoc amplius Ghenaugiam Alberto fauisse; qui enim alias intimus ipsius amicus Henricus tam liberaliter Monrium habuisset. Negs dubitandum, secundā quoqs hanc chartam cum ipsius praescitu fuisse concessam, cum ipsius sigillum iterum a vicariis fuerit appensum. Sed en verba ipsius chartæ: Magistri Walther Scholasticus, et Chunradus Phefferh f. id est Pfefferhart, ex qua familia Nicolaus II. Epūs Constantz. obiit āno 1246.) Præpositus S. Joannis Constantiensis Ecclesiæ Canonici vices gerentes Venerabilis Patris et Dni Henrici Epi Ecclq. indulgemus, quod iidem Parochiani a custode supra dicti Monij dum moram traherent in parochia prædicta S. Regulæ f. id est dum morarentur:/ hactenus gubernati, ab eodem custode, vel alio idoneo Sacerdote Monacho, quem Abbas qui pro tempore fuerit, ad regimen animarum ipsarum diocesano præsentaverit, postquam Rector, et Incuratus prædictæ Ecclesiæ cesserint, vel decesserint, quibs eidem Diocesano in spiritualibus, et dicto Monrio in temporalibus respondeat, cum ipsa Ecclesia gubernentur f.

ap. Schut. pag. 577.

Patet ex his, Parochiam inferiorem Monasterialem communiter a custode seu armario fuisse administratam. in superiori so vero Parochia S. Nicolai non tantum Rectorem seu Parochum, sed etiam incuratum seu Capellanum curam animarum gessisse. quod mirum videri non debet, cum ob vicus adiacentes supra memoratos satis magnus fuerit Parochiæ districtus. Du Cangius Incuratum pro curato accipit, cui cura animarum demandata: exemplum affert instrumenti de āno 1313. ubi nominantur: Antonius Capellanus Incuratus Alavardi. qui idem author in verbo Rector notat, sic subinde vocari Parochum, et vicarium dicti curatum. Porro ex eo, quod dicitur, Parochianos ex Monasteriali Parochia so se recepisse in locum superiorem causa muniendi semetipsos, inferre licet, ex eo tempore, quo castrum a Lenzburgensibus in fundo Monrii ædificari capit, id est, oppidum munitum ex superiori parte peninsulæ ab isthmo nempe usqs ad Ecclesiam S. Nicolai, inter alia damna, quæ ex hac constructione Monrio provenere, unum etiam fuisse, quod Parochiani prædicti se se receperint in superius illud castrum seu oppidum derelicta parochia Monasteriali. Hinc est, quod et in Bulla aurea Friderici aliisqs chartis aliquoties munimentorum, seu munitionum occurrat mentio. Hoc ipso enim tempore, cum ob Schisma Imperii inter Adolphum et Albertum infesta essent omnia, qualibet munitio aut locus quodammodo clausus pro illorum temporum ratione ab infestationibus hostium incolas aliquatenus tueri poterat.

poterat. His inconvenientiis optime per providam Epi liberalitatem provisum fuit, uniendo scilicet parochiam Monasterialem pene desertam cum altera S. Nicolai, et hanc Monrio totaliter incorporando, sub directione tamen Epi quoad spiritualia parochiam ipsam concernentia. Traditur tamen ad instantiam civium Rhenaugiensium, Ecclesiam S. Nicolai abs abbate relictam fuisse parochialem, quam alias supprimere et in Monrium transferre potuisset: imo prædictam Ecclesiam de novo consecratam, et per vicarium sæcularem denuo administratam fuisse, quod forte decesset Monachus, qui ipsem Monrii Einsidlensis, etiam partibus alberti addicti. obiit eximius benefactor noster ano 1306. postquam oppidum Kaiserstul in vicinia nostra Capitui constantiensi coemit a Dinastis Regenspergiis, qui illud ex hæreditate obtinuerant Nobiliū a Kaiserstul dictorum, paulo ante extinctorum. Octo millia Marcarum argenti a Bucelino solvisse asseritur pro Kaiserstul, sine dubio addita arce Böttelen, quæ Schudeo fuisse una simul coempta fuerat. augiam Divitem idem Episcopus quidem ab alberto ano 1298. in beneficium acceperat: verum ipse benefactor eam ditiorem reddidit, et sponte fratribus resignavit, ut Monachum loco sui eligerent. Cuius in Capite antecessor Rudolphus erat Habspurgius ex linea Lauffenbergia, Præsul pariter omni laude dignus, qui sæpius Rheinovii commorari consuevit, ut constat ex chartis, quas ibidem dedit. Primam chartam affert Hergottus ad annum 1286. in qua confirmatur emtio quadam pro Monrio Rutinensi ord. Præmonst. haud procul Figuro ad lacum sito, quæ facta est ab Elisabetha uxore ludwici comitis de homburg in festo S. Calixti, id est die 14. octob. Gaperswila. hunc contractum Epo confirmandum obtulerunt, quod et Rhenaugiæ factum quatriduo post in festo S. Lucæ, altera Charta pariter data est Rhenaugiæ ano sequenti 1287. die 1 Martii, qua Rudolphus Epus Mrio S. urbani quasdam res donat in Herzigenbusch ditionis modo Bernensis. In hac charta nominat se ipsum Rudolphus Tutorem ac Defensorem puerorum piæ recordationis Domini Eberhardi Comitis de habspurg fratris sui dilecti. Pueri illi Hermannus I erant, et Eberhardus II. Frater vero erat illorum puerorū Pater, Eberhardus, Sator linea Habspurgo-Kiburgica. Huius Eberhardi Sigillo munitam chartam ex Hergotto de Scribi fecimus, quæ pariter Rhenaugiæ data est ano 1287. die 14 Febr. venduntur ibi duo Scopose prope Surse Sita a Joanne de Liehe zur Fluh, Monrio Dominorum et Dominarum montis angelorum, duplex nempe erat Monrii, in quo raro exemplo simul uno die 150 Moniales circa hoc tempus vota emiserunt. LXXIV.

Tertia charta, quam Rudolphus Epus Rhenaugiæ dedit, signata pariter est ano 1287. die 5 Junii, qua confirmat venditionem LXXV.

LXXVI.

quandam

quandam factam Monrio Wetlingensi nomine Rudolphi pupilli ex altero fratre gottfrido nepotis sui, cuius pariter tutorem se nominat. Quarta charta Rhenaugiæ data Rudolphus confirmat, indulgentias quasdam allari S. Catharinæ Tiguri im grossen Münster a Conrado Epo Lavantino concessas die 18 Nov. ann 1244. prout videre est in excerptis Illmi Zurlaubij T. XIII. p. 1769. Quinta charta ab eodem Epo Rhenaugiæ data est die 4 Martii ano 1249. in qua confirmatus emptio quædam pro Petri domo facta a Monrio S. Joannis in valle Tura. officium tutoris suorum Nepotum magna incomoda et damna auivit Rudolpho, quem cognatus ipsius Albertus Dux austriæ magnopere ideirco persequebatur. Tot chartæ ab eo Rhenaugiæ datæ saltem probant, eundem Epum sæpius Rhenaugiæ comorari consuetum fuisse, quid ni et abbati Conrado amicissimum. obiit Rudolphus ano 1290. postquam ab ano 1274 Epatui præfuisset. Sequenti Sæculo videbimus, eum advocatiam Rhenaugiensem tutorio nomine administrasse et ab Alberti impetitionibus egregie vindicasse.

LXXVIII.

Caput VI.

Abbates Sæculi V. Christi XIII.

XXIV. Heinricus II de Wartenbach.

Interrupta aliquantisper ad finem præcedentis Sæculi abbatum nostrorum serie, iam ad initium præsentis restituitur indubitatus Henricus I. cuius et effigiem superstitem habemus in perpulchro Codice, quem aut ipse descripsit, aut describi fecit. argumenta, quæ probant, Codicem illum exaratum fuisse aut ad finem elapsi, aut ad initium huius Sæculi, pariter ætatem huius abbatis determinant, illa paulo post capite ultimo Manuscripto primo ponderabimus. Cæterum effigies ipsius probat pariter eximium cultum erga Beatissimam virginem et S. Fintanum, qui testes indubitati sunt Rhenaugiensis incolatus, præterquam quod ex officiis in illo Codice contentis id luculenter evincatur. Virginem coronatam in medio sistit cum puero Jesu et ad laudes S. Fintanum cum ipsius nominis inscriptione, e manu schedæ propendet, ex qua sequentia leguntur: Ista tibi dona genitrix et virgo patrona. Heinricum dantem servet apud omnipotentem. Ms. XIV. Et ne dubitare liceat, Heinricum istum fuisse Abbatem nostrum, ipsemet ex altero latere genuflexus comparet cum pedo abbatiali librum ipsum offerens, hanegs gerens in capite inscriptionem: Heinricus abbas. Imaginem ipsam dudum delineari curavimus, et scholiis vitæ S. Fintani adjunximus. XIII. Similem imaginem exhibet codex præcedens, eiusdem formæ; qua propter dubitandum non est, eius quoqs jussu fuisse descriptum.

Superest

Superest et aliud monumentum huius abbatis, quod non solum præ
nomen, sed et cognomen gentilitium nobis servavit. Cum etenim
anno 1604. die 20 Junii sub abbate Udalrico, ipso præsente cum
loco Priore aliisq; nonnullis, capsulæ argenteæ apertæ fuissent,
in quibus includebantur capita SS. Patronorum Blasii atque
Maritii, in illorum priori schedæ sequentis tenoris inventa
est: Anno MCCVI. Sigillatum est hoc caput S. Blasii Epi et
Martiris sub Domno Heinrico abbate de Wartinbach. Defe
runt hoc factum antecessores nostri testes ferme oculati,
de quorum fide dubitare non licet. Ita habet P. Romanus
a Lausen, P. Fridolinus ad Fontem, et ante hos P. Nicolaus Fort-
man qui decessit anno 1630. Extra hanc schedam nomen
Wartenbachii in nostris monumentis non occurrit. Cete-
rum plures viri insignes tam Ecclesiastici quam Seculares
ex hac familia prodierunt. Sic Heinricus a Wartenberg
fidem enim est alys Wartenbach: anno 1275 erat Abbas S.
Galli in schismate electus, qui tamen sequenti anno tesse
Schudio caruit. Idem author refert Hermanum Juni-
orem et ultimum Sematis veteris Hiburgici anno 1254
duxisse uxorem Elisabetham comitissam de Wartenberg.
quod vero mirandum, coævus nostro Abbati teste Bucelino in
Chronologia constantiensi filit Engelbergæ electus Hein-
ricus a Wartenbach, non quidem, ut ille author scribit, anno
1203, sed, ut ex illo Monrio desuper mihi ex monumentis
communicatum fuit, iam anno 1194. laudatur ut reparator
Monrii, qui illud ex cineribus restituit. ut fundator Parke-
nonis Monialium, ut vir doctus ac pius, qui denigs privilegia
et immunitates Monrio suo obtinuit ac tandem anno 1203.
pia morte defunctus est. Credibile tamen non est, hunc
peregrinum nobis Abbatem in illa schedæ notatum fuisse, cui
verbis ipsius repugnare videatur, illa enim loquendi for-
mula: Sub Domno Abbate Heinrico de Wartenbach. plane
dominum et Abbatem loci indigitat. Itags a maiorum nostro
rum opinione hac in parte non recedendum, maxime cum
de Heinrico quodam Abbate hoc tempore Monrio nro pra-
sidente alias ex codice et effigie ipsius certo constet.

Quæ egerit noster Abbas Heinricus erga Sanctos Patronos et
reliquias tam devotus, quorum effigies et capsas mire coluit,
ex aliis monumentis, licet hoc tempore nimium pareis, colli
gi potest. Si enim ab initio huius sæculi usq; ad annum cir-
citer 1210. ut veri simile est, suum regimen extendit, utigs
concordiam cum pseudo-advocatis Brenchingensibus iniit ac
libris archiepo Salzburgensi et Ego Gurkensi, ab Ottone IV. di
plomate confirmatam. Ecclesiam SS. Conradi et Udalrici in

horto

in horto ædificavit, et anno 1210 à Comitado Hō Const. consecrari fecit, quæ postmodum S. M. Magdalena vocata fuit. Forsan et primam illam Bullam auream a Friderico II Romanorum Rege Principibus Ecclesiasticis concessam, Basilea, pro defensione ac emolumento sui Monrii vindicari fecit. In historia diplomatica Monrii Rein Mss. ab Hr Erhardo Dunkeler pastore in Horgen, quæ servatur Tiguri apud illius hæredes, pag 2 d. 24. afferuntur chartæ de anno 1222. quibus Abbates de Rhenaugia, Seafusa, et Wagenhusen ex commissione Honorii III Supra dicto Monrio restituunt Ecclesiam S. Nicolai. Nomina non exprimuntur, semper tamen præmittitur Abbas Rhenaugiensis. Hæc communicata ab Amo Gerlaubio 7bris 1769. videantur Litteræ. Tigurum postea per Scripsi ad possessorem originalis, qui eadem respondit, nomina scilicet non exprimi. In charta Hergotti 239. ad annum 1229. testis adscribitur Abbas de Rinowe, quem Hergottus vocat Henricum. quod si verum est, ergo Liutius vixit. Tandem pluribus persecutionibus a Dynastis Krenckingensibus perpessis intra annum 1270 et 1280. Decessit S. Beatus Muos morbi eius diem 17 augusti, Ad arbitrarie tantum, ut et aliorum, quorum emortualis certus dies latet, designat. Catorum Wartenberg Præfectura est hodiedum Bernatibus in confiniis Basilecensium deserviens, postquam familia cum sæculo circiter decimo quinto expiravit.

XXV. Burchardus II

Successisse creditur Henrico, cum nemo alius memoretur. Is Monrium a pressuris Krenckingensium penitus liberaturus, ipsemet Fridericum II adiit iam Imperatorem adiit auxilia pro facultatibus suis una cum aliis Helvetiorum populis in Italiam adlaturus et quidem contra Pontificem nimium quantum Friderico infensum. Coëgit tandem Krenckingenses, ut pro magna pecuniæ Summa advocatiam ad manus Imperatoris restituerent, qui pro servitiis sibi ab Abbate exhibitis ex Imperii vectigalibus argentum stipulatum persolvi curavit, adiecta aurea Bulla, in qua Abbatem Principis titulo exornavit, longa privilegiorum ac legalium serie adiecta.

Ex pluribus Mss nostris eruitur, Burchardum devicta Faventia, dum alii spoliis profanis inhiarent, copiosum sacrarum reliquiarum thesaurum collegisse, annuente Friderico Rhenaugiam deportandum. Hinc est, quod de inceps ad diem 15 octob. quo fortasse advenerunt, celebratum fuerit in Monrio nō festum SS. reliquiarum de Faventia. Coniectura ex eo firmatur, quia idem festum superiori ævo in Mss. nusquam occurrit: at vero post Burchardi tempora celebratum fuisse, constat ex sequentibus codicibus. In Calendario Mscō 40 manu posteriori referente præsens Sæculum adscribitur ad dictam diem, at 6tam 6dobris: commemoratio

memoratis sanctarum reliquiarum de Faventia. Similiter ad Directorium N. 89. fol. 190. in superiori vacuo huiusmodi manus adscripsit. Sic in parte tertia Mss. 4 fol. 632. exprimitur manu primava, Fe hac ipsa est saculi 14ti Sic abbas Theobaldus sua manu idem festum expressit in calendario quod prafixit codici 57mo Contra in Ms. 14. 78. quo censentur huius initiantis, aut proxime elapsi saculi, nulla plane mentio R. reliquiarum de Faventia occurrit. dicedit, quod nullibi gentium de observatione huius festi compertum sit: deinde genium eius etatis, quo per eius modi, ut credebant, pia furta, obsequium se deo praestare arbitrarentur. Reliquias oportuit esse insignes, quales tamen fuerint, me latet. in Ms. 79.

Caterum Burchardus noster Faventia Caesarem comitatui debuit Tiburum, ad impetrandam auream Bullam, qua data est die 17. augp. ani 1245. unde si ad diem 15am octobr Romam rediit, probabiliter ano sequenti ad sanctos, quorum cultor fuit, abiit. nam,

XXVI. Eberhardus I

Iam ano 1242. dicitur electus in chartis Monrii Marbacensis in gallia Christiana relatis, verba sunt sequentia: Eberhardus I. volatus solum electus, ano 1242, nonulla praedia Marbacensi Monrio vendit. /: forte Bufach, et Henenheim :/ adhuc praefuit ano 1242 et 1245. certe ano insequenti 1243. Monrii nostri abbas erat, cuius nomen diverse exprimitur in charta illa, qua Krenchingen ses pro absolutione Patris, in excommunicatione occisi, solicitarent. His igitur Krenchingensibus molestiis exagitatus, eos per Epum Constantiensem Henricum de Tanegg excommunicationis sententia ferri fecit. ad quem enim Valium Abbas noster recursum haberet cum tota circum regio nostra contra Summum Pontificem Friderico Caesari eiusq filio Conrado Regi adhaereret, qui hoc ipso anno, prohibente Guilhomio, Ducatum Suevia administrabat? certe Walterus S. Gallensis, Henricus Constantiensis antistites, Tigurini, Rudolphus Habspurgicus pro Friderico pugnabant. Eberhardus noster adhuc praefuisse scribitur ano 1246. quo aut certe sequenti decessit, ut minimum non sit, plura de eo memoria non fuisse prodita.

XXVII Henricus III

De Thann.

Episcopus Constantiensis aliquamdiu administravit abbatiam Phenaugiensem, qui cum obierit ano 1248. ne eius regimen minimum decurtare cogamur, saltem ad ano 1246. bellum fusa fuisse credimus. Fuit autem authoritate Innocentii IV. Summi Pontificis datus Abbas Phenaugia, forte quod Monrii indigeret praepotenti Praside. Extant quatuor littera seu Breria Aplca eiusdem Papae, in quibus fatetur, Monrium mum praedicto Episcopo fuisse comissum: Monrium Genaugense, inquit, sub certa forma bona memoria Pō constanc Comisimus gubernandum. LXVII

Illa certa forma non extat in archivio nostro, exstitit autem procul dubio in constantiensi. constat saltem ex sequentibus fuisse tantum

tantum provisionem temporariam, non vero incorporationem perpetuam. Caterum idem Henricus dicitur Princeps optimus, licet qua bona Monrio nro præstiterit, nesciatur. Episcopatui Constantz ab anno 1233 laudabilissime præfuit, cigs aram Hüsenberg comparavit, ac ferme cellarium readificiavit.

XXVIII. Joannes a Krenchingen.

Mortuo Henrico Epō et Abbate nrō die 2da Aug. anō 1249. electus fuit in Abbatem ex Monacho Rhenaugiensi Joannes a Krenchingen non sine suspicione factionis; amissa enim advocatia Krenchingenses titulo Abbatiæ Rhenaugiæ dominari conati sunt. Nonnulli hunc abbatem prorsus eliminatum volunt. Sed si mali Pastores non sunt numerandi, ô quot Principes et Antistites oportet omittere? certe Monrio nrō ut Abbas præfuit. alias fratres contra administrationem Abbatis sui conqueri non potuissent. Hinc a gloriosis historicis simpliciter abbas nominatur: sic Bucelinus eum in serie abbatum collocat, item gallia Christiana, qua eum disperte Joannem vocat.

f. 5. c. 18. Sic Stumpfius: zů Rheinaů was einer von Krenchingen abbt. Sic denigs Schudius in chronico ad annum 1259. de eo sequentia refert: Jetzo zů der zit was ein abbt zů Rinow im turgöw ein groß herr von Krenchingen, der trybt das Gotzhus übel dürch sich selbst, und dürch sine blůtfründt: da wurdend gotzhus lüt und convent frowen zu abbt Berchtolden von Falkenstein, das er sich des underwünde: das tůt er, und satzt grossen kosten und arbeit darumb, und wolt üch ein zit dasselben dann von abbt zů Rinow im Rhetzer in sinem gwalt gehept haben, als er in an sinem brůder gehept hat, da stůnd es dürch sin practick in Rom, wann ers dasselben und andern abbt Berchtold hat groß můy und unkost um dasselb abbty. Den die frowen von Krenchingen warend jetzo zitten mächtig. Zletzt behielt abbt Berchtold die selb abbty, das sy im blib, mit Bulla Alexandri 4. hic dormitat bonus homerus erat enim Innocentius: / Des dichten wiben.

XXIX. Berchtoldus a Falckenstein abbas S. Galensis, et Rhenaugiensis.

Hanc Berchtoldus a Fratribus admonitus libenter, ut erat impigrandi cupidus, hanc spartam subiit, atqs apud Pontificem Innocentium IV. Lugduni tunc degentem tantum effecit, ut tria simul rescripta pontificia in eius favorem expedirentur die 7. Septr. ao 1249. Unum Breve dirigitur ad ipsum Berchtoldum, quo Pontifex ipsi committit curam Monrii nri, secundum formam, inquit, qua Episcopus Henricus tenuerat, ne scilicet Monrium in bonis suis eatenus possit detrimentum, et ut iura sua sarta tecta conserventur. alterum Breve datum est ad Monachos Rhenaugienses, quo firmiter præcipiendo mandat

Pontifex

Pontifex, ut eidem Abbati Berchtoldo obediant. Tertium de nigo inscribitur Anselmo a Schwanden Abbati Einsidlensi quo præcipitur, ut si forte Fratres Rhenaugienses prædictum Berchtoldum ut abbatem suscipere nollent, eos per censuras ecclesiasticas compellat. Ex quo sequi videtur, non omnes fratres concorditer Joannem respuisse sed quibusdam huic adhærentibus, amicos duntaxat Berchtoldi opem implorasse. Verum Berchtoldo non solum contra Henchingenses pugnatum fuit, sed etiam contra Epum Constantiensem Eberhardum a Waldburg, qui ad exemplum sui prædecessoris Henrici eandem nram abbatiam retinere molliebatur. Hæc contentio præcipue exarsit ano 1280. et duravit usq ad annum 1284. Item adiicimus ex annalibus S. Galli. Fervebat inter hanc novæ Epum consti: inter et Abbatem S. Galli contentio super juribus quibusdam spiritualibus Monrii, et etiam ratione abbatiæ Rhenaugiensis, quam sibi vendicare Epus volebat. quas ob causas non solum diversæ suspensionis et excommunicationis in Abbatem et Epum, sed etiam Beneficiorum privationis sententiæ in alios clericos et Monachos a diversis authoribus prolatæ fuerunt. Ut vero tanta discordia Ecclesiasticos inter Principes tolleretur, Innocentius Papa haud parum solicitus Epo Metensi per litteras apticas totam causam cognoscendam commisit. q. atqs ut Monrium Rhenaugiense Berchtoldus retineret, quamdiu id Pontifici visum esset, salvo tamen Jure Diœcesano Epi ordinarii.

Interim notari meretur, similem contentionem sequentibus annis invaluisse inter sæpe dictos, Prasules ratione Monrii Augiæ Divitis. Dum enim Eberhardus Epus Burchardum ab Hoven Abbatem cogeret ad resignandam sibi Abbatiam, Berchtoldus contra omni virtute obnisus est, ac tandem effecit, ut Albertus de Hamstein Monachus S. galli Abbas augiæ instituerebur. Contigere hæc ano 1279. teste Schudio, vel 1281. et sequenti, ut vult Bucelinus. Herags enim Epatui subiicere conatus est Eberhardus: multa etiam reipsa acquisivit, inter quæ in Cleggovia a Baronibus de Krenchingen oppidum Neukilch, emit pro 2500 argenti marcis, ut iam semel me notasse memini. Item præfecturam Klingen cum oppido Clingnau a Nobili viro Walthero de Klingen pro 1000 marcis a 1260 obtinuit teste Bucelino et Mangoldo ex chartis archivii Epalis. Contra idem Epus Henrico de Krenchingen, de quo supra, oppidum Rheingen cum omnibus suis pertinentiis in feudum concessit ano 1262. Ex quibus apparet Krenchingenses tandem consensisse ac convenisse cum Epo Constantiensi contra Berchtoldum S. gallensem. Hs Schudius litem inter Joannem de Krenchingen, et Berchtoldum Abbatem retulerat ad annum 1279. verum ex actis S. gallensibus constat, Berchtoldum

iam dudum

iam dudum expulisse Joannem, ac deinde cum Eberhardo rem sibi fuisse ratione abbatiæ nostræ. videtur tamen ex contextu historiæ propterea Brenchingenses non acquievisse, sed jugiter tum bonis tum Abbatia vindicasse; sic enim omnes, qui de hac re scripserunt, Vadianus, Schudius, Stumpfius testantur, Brenchingenses armis contra Berchtoldum Rhenaugiam vindicasse studuisse; verbo Stumpfii sunt: [illegible] Ire strafen abbt mit sibi / seine fründen von dem Closter ettingen den abbt von S. gallen gewaltig bekriegt. prævaluerat quidem initio Berchtoldus maxime decreto Pontificio munitus: verum an non postliminio Brenchingenses abbatem suum restituerint, adeo expeditum non

B. I. 15. est. Annales S. Gallenses ad finem huius historiæ addunt sequentia: wie aber diss abbtey / Brinaldi / wider dem abbt Berchtolden kommen, ist uns nit bewußt. quibus saltem insinuatur hunc abbatem amisisse sæpe dictam abbatiam.

n. 13. In extractibus archivii nostri notatur, Berchtoldum post mortem Innocentii III. quæ contigit die 7 aut 13. Decemb. anni 1254. libere resignasse regimen Rhenaugiense, electumq; fuisse Eberhardum I. cum alius abbas assignari non possit. quæ ratio sufficiens non est. cum Eberhardum ex sola instrumento Brenchingano, quo petitur absolutio in excommunicatione ouisi, noverimus, quod indubitanter datum est anno 1247. proindeq; Electis Eberhardi post mortem Innocentii differri nullatenus potest. Non minor error incepit Petro Logio nostro, Rea congregationis, gallia christiana, et Diario S. Jonani a Lausen, cum Berchtoldo in abbatia Substituerunt Diethelmum de Otwilare. Nihilominus non fabulâ a vero Berchtoldum molestiis Brenchingensium fractum post mortem Innocentis sibi Papa renuntiasse abbatia Rhenaug. Reconsiliavit se certe Berchtoldus teste Schudio cum Epo Eberhardo: credibilesq; est plura in monumentis S. Gallensibus sub hoc abbate diutius superstite invenienda fore de Rhenaugia nisi eam dimisisset.

Schud. Paternum supervixit Berchtoldus ut abbas S. Gallensis usq; ad annum 1271. traditur, Disciplinam regularem neglexisse, fastui sæculari magis deditum, denique morbo fatenti vexatum, et a suis, re vera derelictum in arce Rosenbergdecessisse. Habetur in Calendario Mscri nri 29 ad diem 1. Martii. Berchtoldus abbas S. Galli obiit. ex quo demum sequi videtur, eum non mansisse abbatem nostrum usq; ad obitum suum. Porro familia ipsius Falkensteinia maxime hoc ævo floruit. Richardus, rex Angliæ Regis, electus in Regem Rom. uxorem duxit filiam comitis de Falkenstein teste Trithemio ad ann. 1257. quam sororem Wernheri archiepi Moguntini dicit Schudius ad ann. 1260. huncq; una cum fratre Philippo fuisse ab illo dum in angliam reverteretur, constitutum Imperii vicarium. ano 1265. alius

Berchtoldus.

Berchtoldus de Falckenstein Monrii Murbacensis abbas fuit qui ano 1298. alberto austriaco fuernam cum alijs pertinentijs vendidit. Eadem familia precipue Bernæ ac Friburgi præpotens fuit.

Joannes a Frenckingen iterum.

Credibile est, post resignationem factam abs abbate S. Gallensi Joannem a Frenckingen, utpote obice remoto, iterum invasisse abbatiam Monrii nostri, tempore utiqs turbulentissimo. Sane Bucelinus ad ann 1364. sequentia scribit: Rhenaugia sub abbate Barone de Frenckingen res prospera, illustrissimi nominis viris dotalis in variis Monrijs vita se devovendibus: laus tamen ista a Bucelino potius ex proprio genio, quam ex aliquo idoneo monumento addita fuit: quin potius usqs ad annum 1380. exagitatam a Frenckingentibus Rhenaugiam fuisse, res non prospera, satis plane deudua arguunt.

Sive tamen Joannes a Frenckingen sive alius Monrio nro præfuerit, certum est Rhenaugiam nec abbate nec bono ordine prorsus destitutam fuisse. Supereste enim ordo prescriptus ab abbate tam piscatoribus, quam hominibus propriis monasterialibus ano 1359. qui licet post initium sequentis seculi in librum feudalem inscriptus fuerit, expresse tamen suam originem ano præterito his verbis adscribit: Volgt die Rächtung der Fischer zů Rinow und andre enden zů Ellikon, Büdlingen. Büdlisdorf. factum ano mo. cc° LVIIII°. prima die Maij. In hoc ordine prescribitur certus census a piscatoribus singulis septimanis in piscibus solvendus: præterea ut omnes pisces ad pontem vel molendinum Monrii abbati post sonitum ad primam et vesperas venum offerantur: ut eos solus abbas ubigs locorum usqs ad sanguinem punire possit, deinde vero per advocatum seu præfectum. Mentio ibi fit Camerarii seu Celerarii: item antiquioris consuetudinis, qua certa vini et panis portio piscatoribus dabatur. Constituitur etiam ordo pro tempore, quo salmones capiuntur, ut nempe Rhenaugienses piscatores omnes salmones, quos per diem capiunt, Monrio tradant, quos vero de nocte, per mediam partem, quam etiam reliqui piscatores omnes in alijs locis tradat quocungs tempore ceperint. fuit porro hic ordo postea sæpius renovatus, multiplicatus, et immutatus.

Quoad homines Monasteriales, Gotzhüs Lüth, constituitur, ne discedant, nec nubant, nisi ex præscripto ordine: ne alibi iudicium quærant, nisi coram abbate, ipsiusqs solius iudicio stent etc. Et hic quidem ordo omnium primus atqs antiquissimus est, qui in archivio nostro scriptus asservetur, qui deinde paulatim ad maiorem molem excrevit,

usque dum

G. IV. 7.

usq;dum ad initium Sæculi 15.ti sub titulo Urbarii seu consuetudinum in libro pergameno pulchre describeretur, et hactenus pro fundamento erga Subditos Phenovienses inserviit.

XXX Conradus ab Herten.

Familia huius abbatis dicta est ab arce sita inter Hesicon et Elsigon. f. 5. c. 28. Cuphemia ab Herten teste Humphio prima fundamenta posuit Monasterio virginum, quod haud procul a Fiburg Töß nominatur. Sacræ annalistas nostros Conradus initium sui regiminis posuit anno 1230. ex quo sequitur, ipso ad Clarum Tedente eversam fuisse tot illatis malis infamem arcem Weisenburg seu Nova Frenchingen a Cæsare Rudolpho: pro cuius digna gratitudine eius filius Hartmannus, licet fato nimium tristi extinctus, monumentum haudquaq; perstans in Ecclesia nostra consecutus est. Huius abbatis prima supersunt feuda ab ipso collata. nam anno 1286. Jacobo Sumenstro quod quosdam census et agros contulit in Buchberg et Rudlingen prout notatur in libro feudali iam citato, qui palo post exaratus fuit.

Præclarum de hoc abbate nobis supeditavit monumentum Illmus atq; Eruditmus Dominus Beatus Fidelis Antonius L. B. de Zurlauben Regis Christmi Marschallus ex archivio capituli Solodorensis S. Ursi, archivio nostro additum, patet ex hac charta, B. I. 17. b. Conradum nostrum eius fuisse authoritatis, ut ei anno 1249. merito causa quædam Judicialis a Sede apleâ tanquam unico LXXVIII Judicii delegato demandaretur. Est enim instrumentum citatorium quo se Conradus nominat, Divina permissione abbatem Monasterii Phenaugiensis, nomen suum sola littera initiali C. exprimit. citat partes ad ipsum Monasterium suum, quarum una erat quidam Clericus ex Novo castro, id est nova civitate, vulgo, Neuchatell, sive Neuburg, altera vero duo cives Solodorenses; datum est 12 Kal. Jan. Indictione III. anno præmemorato. Apprendit Sigillum oblongum quod exhibet Abbatem Conradum, et stola amictum, qui dextera pedum pastoralem, sinistra librum tenet. Circumscriptio non nihil detrita est, legi tamen sequentes litteras possunt: S.... RADI.... NAVGENSIS ECCLE.... quæ sine dubio sic sonat. Sigillum Conradi Phenaugensis Ecclesiæ Abbatis. Monasteria passim hoc ævo Ecclesiarum nomine expressa referuntur. Hoc Sigillum omnium primum atq; antiquissimum nostrorum Abbatum est, ac simile illis, quæ videri possunt ad finem huius sæculi.

Nihilominus quoad temporalia magnam penuriam passum fuisse Conradum, Monasterio non solum per pseudo advocatos, sed etiam per antecessores suos possum dato, constat ex literis Henrici Epi Constt. in quibus sequentia habentur: Cum honorabiles et Religiosi viri abbas et conventus Monasterii Phenaugiensis defectu intolerabilem temporalium paterentur, ita quod ad sustentationem ipsorum et familiæ ipsis necessariæ congruam et honestam dicti Monasterii non suppetant facultates &c. Hinc per supplicem expositionem suam a memorato Epo incorporationem Parochiæ

optinuit

oppidi Phonaugiensis obtinuit, ut supra fusius dictum. Imo ab ipso Caesare Alberto neoelecto anno 1299. cuius partibus ingens favebat, praefecturam in Flachthal cum aliis beneficiis impetravit. Et ut a pseudo advocatorum pressuris deinceps perpetuo tutum esset Monasterium, advocatiam transtulit in domum Habspurgicam Lineae Laufenbergicae, quod tunc quidem cum non parvo Monasterii emolumento factum, donec meliori fato cum bona Austriacorum venia cartiores faceret Monasterium libertatis suae Helvetiorum, quorum protectioni et advocatiae post saeculi spatium non alterius scena prologum aperiat. Mortuus tandem asseritur Conradus noster anno 1303. die 22. Oct. B.I. n. 13. fol. 126.

Caput VII

Monachi, Sorores, et Fratres conscripti.

Quemadmodum superiori saeculo pauci reperiebantur Religiosi ex monumentis nostris adnotari, ita in praesenti multo paciores esse cogimur. Huius rei defectus rejiciendus est in Necrologii nri jactaram non sine causa a majoribus nostris deploratam, quod si superesset, non solum abunde satisfaceret nobis, sed etiam exteris viris eruditis, qui avide pro illustranda familiarum historia eiusmodi monumenta perquirunt. Certe eo dignius publica luce foret, quo vetustius Necrologiis Monasteriorum Einsidlensis et Wettingani, quae tamen Hergottas genealogiae suae Diplomaticae inserere non dubitavit. Porro amissionis huius meminit anno 1599. visitatio Episcopalis in monasterio nostro habita: et multo expressius supplicatio ad Nuntium apsteum a Priori et Conventu nro anno 1604. directa, in qua inter alia haec proponuntur. Necrologion seu liber et catalogus mortuorum in isto Monasterio, incertum, quibus casibus pulvis sive iniuria temporum, seve incuria et negligentia hominum, nullus plane reperitur, et extat, sed prorsus periit, et probabiliter per duos Sacerdotes apostatas annis abhinc quadraginta etiam plus dissutus, dissectus et distractus creditur. Haec illi. Adfuisse autem certo certius evincitur, tum ex plurimis anniversariis, quae celebrabantur etiam privatorum Religiosorum, quorum quaedam fundationes in archivio extant, tum ex diligentia a majoribus nris adhibita, qua et laiconum obitus calendariis nostris adscripserunt. quis sibi persuadeat eos tam incuriosos fuisse, ut ipsorum fratrum obitus notare negligerent?

B.I. 117 M

Aeternum in monumentis archivii nri eventum sit mentio conventus et Fratrum Phonaugiensium, quos proinde semper justo numero adfuisse, nullum dubium est. Otto IV. in Diplomate dato ao 1209. saepius exprimit praeter abbatem, etiam fratres. Sic Innocentius Papa IV. ao 1249. scribit: Dilectis filiis Conventui Monasterii in Pfinowe. Sic ano 1296. Ejus Constr. nominat honorabiles et religiosos viros abbatem et conventum Monasterii Phonaugiensis

Sic denique

Sic denique año 1298. albertus cæsar donationem suam dirigit:
Cum Abbt und Convent unsers closters zu Hinow. Nomina tamen singulorum paucissima supersunt. Colligamus iterum fragmenta d vere fragmenta, quia literas solum initiales nobis exhibent. Memorantur itaq; in instrumento, quo Frenckingenses absolutionem et sacram Sepulturam in excommunicatione occisi postulant año 1342. praeter Abbatem C. scilicet Oberhardum, cuius nomen integrum charta subiicitur, sequentes Religiosi:

H. Prior. — Henricus Prior.
C. de Nuwenhusen. — Conradus de Neuwenhusen.
C. de Albishon. — Oberhardus de albishon, Seguninus.
Al. de Lapide. — Albertus de Lapide, cum Prior.
Ul. de Yberc — ulricus de yberg.
C. Cellarius — Conradus Cellarius.
H. Beclarius. fratres dicti loci — Hiselfridus Beclarius.
Integra illorum nomina adscribere arbitrarium est. Sq tamen usitatiora pro illo ævo seligamus, erunt fortasse. vid. supra.

Discimus exinde, Religiosos nullis officiis praeditos ritu nobiliu potius ex cognominibus familiæ, quam prænominibus notos fuisse. quid sibi velit officium Beclarii, nondum compertum habeo, nisi nomen abbreviatum esse credamus, A Bibliothecarium significare. In alio instrumento, quod refert Clmus Hergottus in genealogia diplomatica, quo Luitholdus Senior de Regensperg Rudolpho comiti de Habspurg filio Gottfridi vendit arcem Balm pro 290 marcis argenti adducuntur testes Abbas et aliqui de conventu Rhenaugiensi solo nomine officii, spatio relicto pro nominibus propriis, sunt autem scripti hoc modo

Der Abbt
Der Küster
Der Leder
Der Kamerer von Hinowe

His et alii extranei adduntur, inter quos Herre conrad der lugginer ab dem berge zu Hinowe. Herre Walter der lüginer der von Nunkilch genant. Hartman von gestetten, Wernher und Heinrich von gesteten. Herman der lingge. Rudolf der sant Knebr burger von Hinowe, und andere bidber lüte genüge. diz geschach und wurd dirre brieff gegeben zu Hinowe in dem Kloster ano 1294. die 13 Sept. Nomina scabinii atq; camerarii hactenus incomperta manserunt, neq; in originali exprimuntur, ut inspexit et perscripsit D. de Köller Supremus Præfectus in Thiengen. Abbatem fuisse Conradum ab Herten extra dubium est. Similiter et custodem Heinricum de Brasberg, discimus ex alia charta mox referenda. Cæterum licet huic contractui soli officiales Religiosi interfuerint, alios tamen Monachos in claustro extitisse, quis dubitet?

Triennio ante hoc instrumentum expeditum idem nobilis vir Luitholdus de Regensperg, dum adhuc Dnus in Balm existeret, vendidit Huobam quandam haud exigui momenti sitam in villa Aesch

Monachs nro

Monacho nro Heinrico de Brasberg pro 10 argenti marcis. In charta desuper conscripta archivii nostri nominatur praedicty Monachus his verbis: Herr Hainrich von Brasperg Inn manche von Hinowe. Facta est haec emtio 2r Bulbr in Ir bürg in vigilia S. Jacobi āno 12 93. Solemniter vero sequenti die festivo ad Summum altare Honorii traditis subscripta: an Irun altar ze Hinowe, da min hir abbit Cunrad, und d die Herrin von Hinowe vil progessin warin. Litera tandem isto feria sexta post dictum Festum conscripta, et non solū sigillo ipsius Fultholdi de Regensperg et Nepotis ipsius aquivocati Sed etiam Rudolphi Comitis Habspurgici communita fuerunt. Cum dicantur adfuisse Religiosi, qui Conventum conficiebant, utrique plures aderant praeter duos illos officiales post trienia memoratos. Notari quoq; meretur, quod non tantum Henricus Monachus Domini titulo cohonestetur, Sed etiam reliqui omnes eiusdem Conventus fratres: Ir die herrin von Hinowe, qua nomenclatura abhinc deinceps perpetuo illis data.

Hunc porro contractum credibile est, a Brasbergio initum non privato nomine, Sed officii, quod gerebat, nempe Custodis, cum ex pluribus archivii actis constet, proprios proventus ad Sacrarium pertinuisse: in his quoq; litteris traditio fit non ipsi duntaxat Henrico, Sed toti Monrio: inne und dem gotshuse von Hinowe. Fuisse autem custodem atq; Presbyterum evidens fit ex inscriptione cuiusdam calicis argentei, quod habetur in veteri inventario Sacristiae in hunc modum: Dedit hunc calicem tibi christe Heinricus Monachus de Brasbere Presbyter huius clavigeri Ecclesiae. quin imo eundem Heinricum fuisse quoq; Parochum ad S. Regulam, constat ex litteris datis āno 12 94. pro unione Parochiae S. Nicolai, in quibus asseritur, quod Parochiani S. Regulae hactenus a custode Monrii gubernati fuerint. Dicitur obiisse die 4 Decembr. quo ex fonte ignoro, annus plane est incertus.

His pauciss. Monachorum nominibus addenda sunt Sorores, quarum nomina inscripta leguntur duobus Calendariis, quorum unum ad initium huius Saeculi Sub abbate Heinrico de Wartenbach, alterum Sub medium eiusdem exaratum fuit. In priori solo ista leguntur: Ms. n. 29.

13 Januarii Meichtild Soror.
9 Februarii Meichtild ⊙
25. Maij Herburc ob.

duabus postremis nulla adiicitur qualitatis nota, probabiliter tamen Sorores fuere.

In utroq; Ms. sequentes occurrunt:

18. aprilis Elizabeth inclusa, apud S. Regulam Sepulta obiit. illud apud S. Regulam referendum esse ad to Sepulta, non vero ad to inclusa constat ex altero Ms. n. 29. in quo simpliciter legitur: Elizabeth inclusa ⊙. proinde virgula post to inclusa addenda.

13 Junii Margaretha m. ob. quid sibi velit littera m cum superposito ⊙ exprimitur in altero Ms. n. 29. per nomen Sanctimonialis.

16. Junii

16. Junii gertrud^{a} ob.
i Julii Beatrix pie recordationis obiit. iterum non exprimitur qualitas Monialis, sed in alt Ms. eadem die sic nominatur: Beatrix Sanctimonialis & ei hinc probabiliter duas superiores Mechtilt et Herburg moniales quoqs diximus.

In posteriori Ms. solo adiunguntur duo Sequentes:
31 Januarii Hema inclusa.
3 septembris. Anna m. has ergo altera huius Sæculi medietate vixisse oportuit, cum Codex ipse vix ante annum 1248 lucem aspexerit.

Adscribuntur his ipsis calendariis quidam laici, qui probabiliter in bonorum operum consortium adscti fuerant, aut quorum anniversaria celebrari debebant, et quidem in utroqs Mss.
22. Februarij. Ita laica
10 Maij Hugo laicus
13 aug. Berchardus miles de Burcpe ob.
2 Nov. Mechtilt laica obiit.

In posteriori Ms. 29. leguntur Sequentes:
28. feb. Crafft miles de Burcpe obiit.
23. Martii Binnus Scholaris.
fortasis Crafft filius erat, aut certe successor Burchardi militis, id est Equitis des Fittersin Burkberg. Binnus Scholaris ante mortem probabiliter in consortium admissus. His adjiciuntur in eodem posteriori codice:
1 Martii Berchtoldus abbas S. Galli, qui modus inscriptionis in calendario, ubi nullus alius abbas vel Monachus noster reperitur, satis declarat, eum nunquam in quieta possessione Monrinsi fuisse, et cum post resignationem multis annis usqs ad annum scilicet 1271 supervixerit, non videbatur inter nostros reponendus, licet suffragia consueta ei non fuerint denegata. siquel ex hoc inscriptiones etiam in hoc posterius calendarium sedas fuisse præsenti sæculo. Interim corrigendus Vadianus fol. 90. Dum Berchtoldum ait obiisse die 10 Junii ano 1272. postremus qui inscribitur dicto Conili, est Henricus Abbas S. Georgii, an in Sylva Hercinia, vel prope Stein?

Caput VIII

Disciplina Sæculi XIII.

Disciplinam Regularem primis huius Sæculi temporibus nondum penitus neglectam facile crediderim, idenim demonstrant Codices nostri, qui his ipsis annis exarati sunt, ex quibus speciatim eruitur, officium divinum decenter, graviter, et cum prolixo cantu celebratum fuisse. Sexte vel
Ms. 114. unius Codex Abbatis Heinrici De Wartenberg id poterit testari. Cultus quoqs Sanctorum, Beatissimæ Virginis, cuius Hymnus proprius, alias angelicus dictus, gloria in excelsis Deo, in eig

missis

Missis canebatur. Nova Ecclesia constructa, capilla S. Blasii et Mauritii argenteis theris inclusa; quin et sub medium eiusdem Seculi, illatis ex Faventia Italiæ urbe novis et copiosis Sanctorum reliquiis per Burchardum Abbatem huius nominis secundum, novus fervor est excitatus. Moniales in prora navis nostræ a devota vitæ observantia non defluxerunt, quarum quædam Elisabetha et Hena inclusarum ritum continuarunt. Conversos quidem nullos reperimus, adfuisse tamen ad exordia huius centenarii non negaverim, quorum paulatim penitus cum hoc Seculo expiraverunt. Habitus regularis cum tonsura antiqua in summo vertice capillis circumfluis, et barba non adeutem rasa servabatur, ut vel in effigie abbatis Heinrici videre est.

Litteris etiamnum dabatur opera, ac saltem scribendis pulchre codicibus, ut etiam speciale munus Bibliothecarij adfuisse memoretur. quin imo et Schola hactenus a Religiosis instituta fuit cuius testis Binnus Scholaris esse potest. quousque ad finem huius Seculi ac deinceps hæc Sparta Secularibus Sacerdotibus comissa fuit. Doctos demum ac Zelo animarum ferventes Monachos non defuisse colligitur ex eo, quod ipsi per se Parochialia munia ad S. Felicem et Regulam administrarent, quo deinde imposterum etiam Presbyteris Secularibus demandata fuerunt. In Basilea tamen Romii cura animarum non exercebatur, Sepeliebantur tamen ibi Nobiles defuncti, ut ex Frenchingensium historia, et Hermanni Habspurgici eruitur. Vehementia utriusque disciplina forsan adscribenda etiam morti illi, qui invaluit, non nisi nobiles in Cœnobia admittendi. Certum enim est, tales duntaxat in nro Monrio ab hoc ævo usque ad Seculum XIIIm Septimum reperiri. Fuere Sunt Heinricus de Wartenberg. Joannes de Frenchingen, Conradus de Neuwenhausen, Heinricus de Brasberg, cum Caveris, imo et Cognati Berchtoldi de Falkenstein, qui in Cœnobio nro eius auxilium imploraße perhibentur. Nobilis certe familia, sub cuius nomine Comitis Bil. de Falkenstein hodie Josephus II. Imperator Romam Sede vacante peregrinari sustinuit. Verum Regularis Disciplina exinde intepescere cœpit, dum magis Nobilitas quam Doneitas in susceptione novellorum Religiosorum respiciebatur, unde paulatim Domini vocari gestientes ad institutum Canonicorum declinabant, Scholas, Curam animarum, ac tandem disciplinam aspernabantur, se satis fecisse credentes, si officia divina in Ecclesia persolverent.

Quis vero miretur, invalescentibus Advocatorum persecutionibus institutum Monasticum in deterius prolapsum fuisse, quodin reliquis etiam Cœnobiis pejus ibat? Certe absente in castris Cæsareis Burchardo II Abbate, litigantibus deinde inter se Berch

toldo I.

Waldo S. Gallensi, Joannie de Brenchingen, et Ego Constanb. de se se mutuo armata manu ex Monrio pellentibus Regula observari non poterat. Ultimus Abbas Conradus ab Hertenn ordinem aliqualenus reduxisse videtur, sed pro more illius evi satis languidum, maxime cum et in temporalibus deficiens Monrium ab ipso curandum, et ad melioris incrementa promovendum esset. Non tamen adeo deperdita erant nostra, ut non pro dignitate etiam ab exteris perpetuo respicerentur, ductis a Friderico II. privilegiis maximis, et Imperii Principum propriis, favente Alberto Cæsare, et Comitibus Habspurgicis, maxime Rudolfo Ego Constanb. sæpe Rhenaugiæ commorantibus. Reliqua ad disciplinam et consuetudines huius evi pertinentia Lectori ex Mss. colligenda relinquimus, quorum Catalogum cum brevibus notis iam subjicere cogitamus. Ne tamen Regularem Disciplinam in Monrio Bumbaxd nro defecisse quis credat, deplorantem Trithemium sæpius circa hæc tempora audiat. Sane ad annum 1231. hæc scribit: Monasticus ordo nimium per totum orbem Christianum hoc tempore a primæva institutionis fervore tepuerat.

In chron. fusior Hirs. fol. 548.

Caput IX.

Manuscripta Sæculi XIII.

i Mss. N. XIV.

Missale per magnum pulcherrime exaratum, characteribus auro fulgentibus, et diversis picturis insigne. Illud ipsum est, quod Henricus de Wartenbach primus huius nominis ab Sæculi Abbas vel ipse scripsit, vel scribi pro Monrio nro Rhenaugiensi fecit. Character ad sæculum præcedens reduci posset, propius pugnat etiam vigilia SS. Philippi et Jacobi, quæ post annum 1300. vix unquam reperitur. Verum præfationes modernæ eliminatis antiquis fuadent, initium huius Sæculi pro natali istius codicis assignandum, quod perbelle convenit cum Henrico abbe nro ibidem depicto et inscripto. Specialis nota digna sunt effigies Sacerdotis consecrantis et Episcopi Celebriam Dedicationis, quas Illmus Princeps S. Blasii sub cuspe arci incisas fuisse, mihi est fassus. Caterum totus codex scatet notis antiquis, cantu prolixo, quem celebrans una cum choro declamare solebat. fol. 44 exhibetur in inferiori parte folii quædam confessio peccatorum teutonica, sed manu Sæculi sequentis, quæ, quod ad nros Monachos aeo modata fuerit, ex sequentibus conjici potest: Ich regih mich schuldich, [illegible] ich ungehorsam ... mit ungehorsamen wandel. ich regih mich schuldich, das ich meinen Gedanken [illegible] nit enfacht, als ich von rechte sol. das ich minn Zit [illegible] nit [illegible] als ich sol. das ich mine [illegible] als ich sol, die mir gebannen sint. das ich minen abt, noch min prior, noch mine brüder [illegible] nit [illegible] als ich schuldig bin, noch die [illegible] mich [illegible] die mir [illegible] Capitelen

Bazilien Irrobotten sint, und ungewohnlich stehen und gan
zo Rorr, zr Cilesr, zr mersr, zr alten Zitten etc. ex his constat
capitula publica habita fuisse. Sorro orthographia non est in
iisdem verbis aequalis. Sit etiam mentio de libro scribendi,
sub quo nomine intelliguntur septem Sacramenta.

fol 66. exhibetur integer ordo Missae, de calamo pariter sequen
tis saeculi, qui procul dubio notatu dignissimus est. Encho-
atur a praeparatione ad Missam, qua prolixior, quam moder-
na, magna tamen ex parte cum ea convenit. Deinde praescri-
buntur preces inter vestiendum dicendae a modernis discre-
pantes. Manipulus vocatur phano, ad phanonem. Psalmus
Iudica in ipso aditu ad altare dicebatur, osculato altari, pariter
osculum figebatur crucifixo in Missali exhibito, prout vestigia
monstrabat, et adhuc mos est in Missa Pontificali. Post Sanc
tus praescribitur lotio manuum. Post agnus dicitur Haec tibi
et Eulogia. ad Sumptionem calicis: Corpus et sanguis Dñi
nri Iesu christi proficiat s. denique additur prolixior gratia-
rum actio. Ad canonem fol. 71. in margine rubro scripta
sunt sequentia nomina: Alexander, Gregorius, Clemens, quae
sunt Summor. Pontt. qui quaedam canoni addiderunt, veluti:
qui pridie, Alexander: Diesq nostros, Gregorius: occurrunt
praeterea hoc in codice orationes et sequentiae speciales ali-
bi non obviae. In parte secunda fol 53. notatur festum SS.
confluentis et Alexandri, qui Salzoni erant Monrii 20. M. in
Scafhusa. Videbimus postea, etiam S. Finianum illo in Monrio
coli consuevisse. In tertia parte huius codicis, quae conti-
net Epistolas et Evangelia fol. 95. Passio Dñi exhibetur cum
notis antiquis, et characteribus distinctis pro personarum
diversitate, nam T. significat tardius, C citius, a altius esse
canendum.

Ms. XXIX.

Missale praecedenti simile, mole tamen aliquanto inferius.
Simile, inquam, ut putares ab eodem scriptore aut pictore,
saltem quoad priorem eius partem delineatum fuisse, quam
vis vero in multis cum eo conveniat, in plurimis tamen
discrepat, multa festa in decursu omittit, et sequentiis illis
alias diversas substituit. Ex calendario quoq; eruitur, non-
nihil ab illius aetate deficere. Adscribitur die 5 octb Comme
ratio Reliquiarum de Lausentia, et quidem manu prima-
va, quod in altero imo omnibus antiquioribus deliberatur
manifesto indicio, post reditum Burchardi II ex Italia fuisse
inchoatum. fol. 43s. habentur orationes pro fundatoribus
et restauratoribus, ex quibus evincitur, eas in anniversario
restauratoris nostri Wolveni recitatas fuisse, nam sin-
gulari superimponitur numero plurali hoc modo: Propitiare
quaesumus Dñe animabus famulis fidelium tuorum restauratoris fundatorumq; nostrorum s. fol 57s. in medio cuiusdam lectionis incipit alius character quadratus

quadratus gothicus, coævus tamen, nam utroqs usos fuisse ex chartis nostris currentis ævi indubitatum est. Fraterevendi non sunt versus calendario adscripti, quamvis post medietate sæculi insequentis, quibus misere describitur ruina civitatis Basilea ex terra motu causata. en ipsos:

M.C. ter ducto, simul L. Sextoqs reducto,
anno carnali christi, mundo quoqs nati,
In quibus horruimus merito, nunc cum caro simus,
In fuca festo, cuius crebro memor esto,
quam datur ignotus tantus terra fore motus,
qui male contrivit urbes, et Sternere quivit,
castra simul muros tam fortes, tamquoqs duros,
quod Basilea satis gemit, in paribus quoqs muris AB. fors fatis,
versaqs coequata sunt terra culmina grata.

Wurstisius fol. 76. alios refert versus, qui cum hac chronologia non conveniunt: nostra tamen cum facto ad amussim ipsa testa concordat.

Ms. LXXXV.

Psalterium cum canticis nitidissime Scriptum a Joane Monacho Monrii Scafusiani, prout ipse ad calcem his verbis testatur: anno dominice incarnationis Millesimo ducentesimo quinquagesimo tertio Scriptum est hoc psalterium a Joanne penultore in claustro Scafhusensi in dei nomine amen. quandonam nro Monrio unacum quibusdam aliis illatum fuerit, incertum. Præfigitur calendarium, cui nonnulli Benefactores inserti. Die 19. febr. habetur S. Sequentius Epus Brixiensis, et 5. octob. S. Constans et Alexander Martyres, unacum vigilia et octava, quorum translatio notatur ad diem 20 oct., hanc non sine miraculis factam fuisse ab Adelberto abbate Scafusiano initium sæculi XII. refert chronicon Scafhus. fol 63. Memoriam horum Sanctorum Patronorum saltem conservant Scafhusiani, dum in eorum Ephemeridibus hodiedum diem 5. cum nomine S. Constantii signant. Horum festum etiam Rhenaugiæ celebratum fuisse superius memoravimus, et reliquias quoqs communicatas fuisse, testatur catalogus Reliquiarum. Contra etiam S. Finlandis tum eorum calendario præsenti, tum lytaniis fol 378. inseritur. Die 20 Nov. notatur Dedicatio Scafhusensis Monrii fol. 276. depingitur S. Fides virgo et M. prout plures Patronorum imagines ferme similes nostris in superioribus Mss. occurrunt. S. Fides præpositura erat in allegove prope Graventhusen ad Monrium 00 S. pertinens, ubi bona quædam et sylvas Scafhusiani hodiedum possident.

Ms. XIII.

Codex magnus et spissus, continens integros libros Xdecim priores Moralium S. Gregorii Papæ in Job. character ostpulcher et æqualis, ad gothicum tamen tremorem nonnihil inflexus. In initium exhibetur imago Abbatis dum codd Pastorali offerentis librum christo Duci, quæ cum haud absimilis sit illi, quæ continetur in Ms. XIV. Heinrici de Wartenbach, similegs genium sapiat, credibile est, eiusdem ipsius hunc quoqs Codicem fuisse descriptum. claditur volumen his verbis explicit tertia pars Moralium liber sextus decimus.

Ms. LXXVI.

5. Ms. LXXVI.

Continet iste codex meras glossas et explanationes in libros poetarum, scilicet Ovidii de remedio amoris, et in libros fastorum. Item Horatii de arte poetica, et in aliquot eius epistolas. Scriptus est diversa manu: incipit quidem characterе huius saeculi, sed continuatur posteriori, licet glossa in Horatium a fol 41. videantur antiquiori ac nitidiori manu exarata.

6 Ms. LV.

Missale seu graduale, in quo continentur introitus, Kyrie, gloria, et reliqua in Missis solemnibus decantari solita cum notis antiquis. Scriptura est nitida cum literis subinde initialibus aureis. Pro nro Monrio Scriptus ab initio non fuit codex, cum festa propria S. Finlani aliags desiderentur. Adiuncta sunt festa Monrii Scafhusiani. Sed praecipue attendenda sunt specialia, quae habentur de S. Augustino, quem respiciebat Scriptor huius codicis. fol. 99. gloria cum interpolationibus exhibetur. fol 104. Ite Missa est sequenti modo interpolatur: Ite sine dolo et lite, pax vobiscum, Missa est. Item: Ite, pax vobis vita Missa est; Deo, qui est alpha et omega gratias. fol. 106. Sequitur liber Sequentiarum.

Ad calcem huius codicis folium aliquod, ne periret, adnexum est, quod repraesentat notas antiquas cum lineolis quatuor in Scriptas, ac proinde raro exemplo demonstrat variationem Scripturae musicalis.

7 Ms. XCVI.

Psalterium Davidis cum canticis. Scriptura ad finem huius saeculi declinat: habet tamen subinde literas initiales similes praecedenti et alteri supra n 3. qui certe Schaffhusianus esse nec obesse videtur, quod in fragmento Calendarii, quod ad initium praesentis codicis exhibetur, occurrat festum S. Finlani utpote etiam Schaffhusii celebratum.

8 Ms. XXVIII.

Breviarium magnum et Scriptum pro Monrio nro satis elegante sub initium huius saeculi exaratum, cui praemittitur Calendarium, ex quo sequentia notanda: die 26. Martii habetur festum S. Eberhardi fundatoris Scafhusiani. 8. Maij manu recentiori Translatio S. Finlani. Ad finem Junii, 26. Julii et finem eiusdem mensis notantur anniversaria abs Abbate Conrado Rejer de jestetten vulgo Huresel fundata. 16. octob. Commemoratio Reliquiarum de Faventia. 14 Vigilia. 15. Nov. Finlani Conf. 15 decemb. Dedicatio basilicae S. Lebrardi ad Gemunden. 23 Dec. Wolvenus comes, restaurator huius Monrii. Haec rubro calamo codicis ferme coaevo scripta sunt.

fol. 14. Praemittitur manu sequentis saeculi officium S. Corporis Xti et fol. 21. S. Catharinae. fol. 29. Lectiones octo breves de S. Finlano, quae etiam habentur in codice antiquiorum. 38. Sequuntur Hymni eiusdem Sancti. fol. 46. prosple incipit hoc Breviarium ab integro Psalterio. fol. 236. Cantica. Hymnus Ambrosij et Augustini. Fides Athanasii. fol. 244. Hymni de tempore et festis.

A festis. Deinde capitula, collecta seu orationes &c. fol. 293. Vigilia Martyrum subinde a moderna discrepans præsertim in lectionibus. fol. 292. incipit lectionarium, quod lectiones multo breviores exhibet, quam in antiquioribus habentur. fol. 306 lectiones aliæ de S. Fintano, quæ in altero Codice desiderantur. a fol. 472. extant officia propria de quibusdam Sanctis, scilt. Nicolao, Blasio, Gregorio, Benedicto, Alexandro, Remigio, Vrsa, Mauritio, Dionysio, Gallo, Januario, Brictio, Fintano, Magdalena.

9 Ms. XXIII.

Missale magnum pro Monrio 00. SS. Schaffhusii Scriptum. Præmittitur Calendarium, in quo ad diem 25 Julii habetur S. Margaretha V. Bolandistæ ad hanc diem in Sanctis prætermissis Sequentia notarunt: S. Margaretha male hoc die adjecta est Martyribus Hieronymianis in Codice Rhenoviensi, distincto ab aliis charactere; iam superius diximus, in multis ecclesiis Sanctam eandem coli solitam 25 Julii: Constat porro ex præsenti codice, non solum in Martyrologio olim nostro Hieronymiano, quod Bolandistæ ab Eberhardo Abbate obtinuerunt, sed etiam alibi S. Margaretham ad diem 25. Julii adscribi, quo de etiam contingitan Ms. 95. 98. & 208. die 5. octob. habetur festum Schaffhusianum SS. Constantis et Alexandri, et die sequenti S. Fidis V. die 25. Nov. erronee scribitur? S. Fintani abb. quem a Schaffhusianis celebratum ex aliis codicibus constat.

10 Ms. XC.

Codex diversa manu, ut plurimum tamen huius sæculi Scriptus. Primo exhibet compendium circa res divinas. Sive de rebus et signis. agitur præcipue de Mysterio SS. Trinitatis ex S. Augustino iuxta modum libri Sententiarum Petri Lombardi opus est manuum, utpote de Signis seu Sacramentis nihil habens. a fol. 17 fragmenta expositionum super varios Scripturæ textus. fol. 29 sequuntur Sermones Innocentii III. Papæ de tempore et Sanctis, ubi præcipue notandus Sermo famosus de aurea rosa fol. 42. a fol. 66. videntur adjuncti alii Sermones Elia Cpi Parensis, prout habentur in Ms. 67. fol. 105. Expositio Super cantica S. Gregorii M. seu potius eius Discipuli Paterii multo prolixior, quam in editis habeatur. fol. 215. Comentarius V. Bedæ in Tobiam. fol. 220 Augustinus de decem plagis, quod opus forsan ineditum, aut Augustino male attributum.

11. Ms. XCVIII.

Gaufridi Vinariensis glossæ Litterales et historicæ in libros metricos Gualteri de Castellione. Edidit hoc præclarorum poema Quinti Curtii historiam Alexandri M. referens ex Mss. S. Galli et Engelberga Athenasius Gugger anno 1659. Sed glossæ istæ prolixæ et eruditæ Gaufridi editæ non sunt, nec in illis saltem Bibliothecis repertæ. Explicatum fuisse hoc poema in Scholis quoque nostris Rhenaugiensibus, ex isto Ms. satis aperte constat, quod tamen ad finem huius sæculi referendum.

12. Ms. CV.

12 Ms. CV.

Psalterium Davidis cum notis quibusdam interlinearibus, et marginalibus. Præmittitur calendarium, ex quo tamen primi duo menses deficiunt. Ex hoc constat, codicem quidem scriptum fuisse a Monacho Benedictino, sed non Rhenaugiensi, cum Fabroni nostri manu seculi posterioris sint additi. Ex aliis sanctis rubro colore scriptis conijcere licet, fuisse primitus exaratum in Monasterio S. Joannis, forte in valle Thuræ, cum eius conceptio quoq; assignetur ad diem 24 Sept. Patroni Scafhusiani addantur manu Rhenaugiensi. Solemnum cum ad diem 20. Alij manu recentiori adscribentur sequentia: Confessor anno M. CCCLXIX. patet eram huius Ms. referentiam esse ad Saeculum præsens, cuius nondum adulti character est tessis. Præmittuntur libro quædam imagines de incarnatione et Passione Dni, sed oppido rudes.

13 Ms. XLII.

Fomentarius authoris mihi nondum noti in Decretum Gratiani, seu concordiam discordantium canonum. Codex est integer, et satis nitide pro hoc Saeculo scriptus, in foliis prævijs inter alia leguntur hi versus:

Tres silicas obulus: obulos tres dragma: sed octo
unita fiunt dragmas: duodena dat untia libram.

14 Ms. CXVI.

Sermones varij. Item visio quædam terribilis de pœnis alterius vitæ. videatur de huiusmodi Mabillon. T. II. annal. fol. 492.

15 Ms. LXXIX.

Liber Philosophicus tractans de Meteoris, character deterior, et ad finem huius Saeculi referendus.

16. Ms. LXIII.

Definitiones seu Statuta et Decreta capituli generalis ordinis Cisterciensis de Ano 1289. fol. 91. incipiunt alia nonnihil posteriora, æstimanda sunt, quia eadem manu descripta. qua ratione ad nrm Monasterium devenerint, hactenus ignotum. Addita sunt ad calcem huius codicis duo folia, quæ sunt fragmenta alicuius calendarii, quibus liber aliquis compactus fuit. Plura anniversaria in eo notata demonstrant, pertinuisse ad Ecclesiam S. Martini in Benken, quæ ante introductam hæresin filia erat Parochiæ nræ Rhenaugiensis.

17 Ms. CXVII.

Sermones de tempore authoris incerti, non inelegantes scripti. a fol. 127. adduntur manu nonnihil juniori quædam exempla seu historiæ concionatoriæ.

18 Ms. CXLV. 2.

Libellus continens Psalmos feriales cum antiphonis, adiunctis quibusdam canticis et hymnis, qui cum modernis non usquequaq; concordant.

19. Ms. CXLIV

Vita, Inventio, et translatio S. Antonii Abbatis, quæ a Bolandistis dicta non sunt, præter alteram translationem, cuius fragmentum ad calcem huius libelli reperitur.

20 Ms. CXXXVII.

20. Ms. CXXXVII.

Missale seu Graduale cum notis antiquis. Possessor huius libri fol 1x g. Sic legitur?: Pro bis quoingo liber Solidis hic dicitur emtus huius possessor Humbertus noscitur esse. Ex quo constat, quanto in pretio codices hoc ævo adhuc fuerint, cum iste sit mole exiguus, ut dicitur ~~pulgo~~ vulgo in 1x.

21 Ms. CXV.

Sermones de tempore et Sanctis authoris ignoti, qui scripsit ad finem præsentis Sæculi.

22. Ms. CLV

Breviarium cum Rubriis pulcherrimum Theotiscis Scriptum vergente ad finem hoc Sæculo 13tio forsan pro Monialibus Scriptum fuerat, et quidem ordinis S. Benedicti; nam qua de S. Finnano leguntur posteriori manu adscripta sunt. Scriptor huius codicis se ipsum aliquoties prodit, fuisse familiæ de Bathenbac, forte Bachberg, cuius Pater Joannes vocabatur, mortuus die 20 Decemb. Rubrica directiva pulcherrimum habentur a fol. 5 1/5. Der adwente muos alwent hier Sonnentag han etc. fol 6 1/2. exhibetur Simbolum apostolorum, sed manu posteriori Sequentis Sæculi: Ich gelob in got vatter allmæchtigen, der ain schœpfer ist himelrichen und erdrichs, und aller creatur: ich gelob etc. ad calcem ad nectitur alia missa ad iudicium faciendum, et quidem scripta Charactere antiquiori Sæculi superioris.

23. Ms. CIX.

Psalterium Davidicum cum canticiis.

24 Ms. C I.

Officium proprium, nec non vita et passio S. Catharinæ V. M. quæ forsan iam isto Sæculo in Patronam Monrii nri adoptata fuit. Nota antiquæ textui superpositæ sunt. Officium a S. Pio V. antiquatum. Passio vero, ut hic legitur, non reperitur edita.

25 Ms. LXXXVIII

Sermones de tempore et Sanctis cuiusdam anonymi auctoris. Præmittuntur codici quædam fabulosa de S. tribus Magis, aliisqs.

26. Ms. VII.

Codex a maximus continens Bibliam Sacram seu libros historicos veteris testamenti, usqs ad librum ~~Esth~~ Paralipomenon inclusive. Capita per totum sunt aliter distributa, quam hoc ipso Sæculo ab Hugone de S. Caro distributa cœperunt.

27 Ms. CXXX.

S. Bernardi Abbatis Libri 5. de consideratione ad Eugenium Papam, integre scripti. Ad finem additur Sequentia de S. Nicolao

28. Ms. XCIX. 2.

28 Ms. XCIX. 4°.

Constitutiones sororum ordinis Fratrum tam latino quam teutonico sermone ad initium huius saeculi descriptae, prout lubine habentur apud Holsteinium T. IV. pag. 278. Miscetur fol. 21. alius tractatus de observantia regulari, utroque iterum sermone exaratus. Quo anno pro Monnio vabis S. Catharinae fuerit scriptus, liquet ex formula professionis fol. 3. quae ad priorissam illius Monasterii dirigitur.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

193

Millenarij
Rhenaugiensis
Sæculum VI. et VII.
Christi Nati
XIV. et XV.
ab anno 1300. usque
ad annum 1499.

Accedunt ad Calcem

Schemata genealogica

Illustrißimorum Comitum de Habspurg et Sultz.

Nec non Dißertationes

De infelici Naufragio Hartmanni

Rudolphi Cæsaris Filij,

Et de originibus Cellæ Albæ

Cum excerptis Historiæ S. Blasij.

Manu et Studio

P. Mauritij Hochenbaum van der Meer

Monachi Ord. p.t. Prioris Rhenaugiæ

anno 1770.

Præfatio.

Quæ tibi sæcula sibi, Lector Benevole! Historia nostra Rhenaugiensis, planè inter se diversa: unum adversitatibus carens, languidum, et pauca memoratu digna complectens: alterum contra nihil nisi bella, horrida bella spirans, fervens, et factorum involutionibus mirandum. Videbis in eo catenas, enses, domesticas turbas, telius conventûs pulsiones, armatos ut stringo manipulos, pastationes, quæ medium sæculum tenuerunt, et publicam quoque historiam vicinia nostra non parùm illustrant. Resurgit nihilominùs Insula nostra post sævissimam hyemem meliorem in modum; Deo sic misericorditer disponente, ut dicamus vel rebus perditis spem non abjicere, sed in ipsum confidere, cujus solius est salvare et adjuvare.

Origo mali semper advocatiæ fuit, quæ jam inde à Lenzburgensium tempore derivanda videtur. Antiquissimi comites de Baden in argovia, dum advocatiam Monasterij Seconiensis tenerent, potentiam suam in vicinia usque nostram protenderat: suspicor et comites de Lenzburg Badensium hæredes, cum per Seconiam et Waldishutum in ipsam Cleggoviam, reste Latio, penetrassent, advocatiam Monasterij nostri involasse. Extinctis Lenzburgensibus, partem Cleggoviæ Krenchingenses Dynastæ possidebant, atque una simul advocatiam Rhenaugiensem usurparunt. Horum comites de Habspurg Lenzburgensium hæredes, cum Seconia Cleggoviam quoque ex parte primùm, deinde diminutis Krenchingensibus ex toto fermè adepti, delectis per Fridericum II. Krenchingensibus, advocati Rhenaugiæ dilecti fuerunt.

His advocatis pace rara, per sesquisæculum frui licuit Monasterio, donec stirpe Laufenbergo-Habspurgica in feminam desinente, prætensum istius juris hæreditarium comites de Sulz vi et armis vindicare tentarunt, oppositis contrà ex parte Monasterij Ducibus Austriæ advocatis ex Masovia prosapia petitis: quousque tandem horum viribus in vicinia nostra intercisis, advocatia Rhenaugiensis solentissimis Helvetiæ Cantonibus anno 1468. delata est. Et hic tandem finis advocatorum Turbis, ubi resumptis viribus Rhenaugia pristinum decorem induere cæpit, ab Eberhardo II. nullum alium abbatem, præterquam ex gremio nactas, quin et alijs Monasterijs præclaros fœdus combavit jus ad restitutionem tam in temporalibus quam spiritualibus nulli alteri, quam sibi ipsi debeat, licèt rursus auspicatus interdum magnopere, præsertim defectionis tempore, interruptus fuerit.

quod

Quod reliquum est, Lectorem moneo, Documenta nostra à Sæculo XIV. fermè omnia Teutonico idiomate conscripta esse, quem retinendum censui; Latio tamen sermone non deserto; si tamen latius et non potiùs vulgaris dicendus est sermo meus. Sed qui elegantias quærit, ne quæso! ultra progrediatur. Benigne exhaustam à me materiam ne quis credat, ubi potè continuis officij molestijs fatigata: innumera supersunt penitiùs indaganda. Quæ propter classes, cistas, et numeros chartarum accuratiùs designari, in Tomis archivij, quorum iam fermè quinquaginta descripti, inquirendas, nam Codici Diplomatico præcipua tantum monumenta, aut aliàs neglecta, vel aliunde petita inseruli. Vale Lector! et ubi aliquas veritates delectas, aut quosdam errores profligatos reperieris, Deo gratias age: ubi secùs, emenda. Ad Calcem quædam fragmenta per occasionem elaborata, ne pereant, addidi.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Sæculum Rhenaugiense VI.

Christi XIV.

Caput I.

Benefactores.

Plures hoc Sæculo, quò Rhenaugiæ optata quiete frui licuit, occurrunt Benefactores, licet beneficia ab ipsis collata non maximi semper ponderis fuerint. Nonnulli quoque Anniversaria fundarunt, quorum memoriam quum non est patiamur interire, deperditò aliàs Necrologio, cum eum in finem Monachi benefecerint, ut eorum memoria maximè in Sacris conservaretur. Itaque

Jacobus Veno, ejusque uxor Adelhait cellariæ de Longinanch pro LXXXV.
salute suarum animarum donaverunt curiam suam mediam sitam
in Küsliswangun, et duas Scoposas Mansi in Sulze Monasterio S.
Mariæ in Rinaugia. Curiam inferiorem dicitur Longius Gradium Rus-
ticum, quæ et curtis et Mansus dicitur. Scoposa Iste Gailimanno Habsp. f. 256.
genus est mensuræ bilici, seu potiùs fundus, ex quo annuatim certus
frumenti canon solvendus est. † Carol. Charta notes chronicis, sed cum
data sit sub Conrado Abbate, et Heinrico de Ettlingen cellario, necesse
est, eam ante annum 1200. collocandam esse, prout eam Xto. Bos- † Scoposa, Lati fundium, mensura agri. Hergott. ad chartam 279. Huoba modus agri cum habitatione coloni, ibidem.
-nardus ad annum 1202. reponit. Dolendum valdè, quòd laboriosissimus
iste Abbas Libertiam suam desiderari passus sit in annotandis locis,
ex quibus documenta exscripsit, cum aliàs ex forma et contentis suis
hæc charta veneranda sodeat antiquitatem, et per se satis veritatem
testari videatur. Subscribitur enim: actum Rinaugiæ coram Domino
Conradi dicti in clivo inferiori in strata publica. Conradus iste,
ut patet ex charta LXXX. de anno 1200. Parochus erat ab Em Berge:
quod additur dicti in clivo inferiori, cognomen subintelligere debemus,
veluti nidersüll, ex situ istius avi, qua propter et cellaria superius
cognomen Adelhaidis scilicet Keller in significabat: † enumerandus
testes, quorum quidam ex aliis chartis sunt noti: Ekko Scholasticus seu
Scholæ magister; Heinricus dictus an der Lewe, in aliis chartis dicitur
ame Lewen, in illis verò de anno 1208. an dem Lewe: Ravelingex
aliis quoque chartis notus:
Hermannus Ling, qui in aliquo Necrologio nostro, et in charta Her-
-gotti de anno 1200. occurrit. Rudolfus Hand Knabe in ijsdem litteris
memoratus, et alias Rhenaugiæ ex cognomine notus etc. Sigillum
suum etiam appossuit Heinricus nobilis de Radegge, de qua familia
inferiùs plura. Cæterum loca, ubi hæc Beneficia fuerunt collata, viden-
-tur sita fuisse in Alsatia. † si non forte nomen officij, quod in chartis huius avi sub verbo cellarij, hodie Amtmann, sæpius occurrit, indicare velit.

Clara donatio

LXXXVII. Altera Donatio seu potius cessio facta quoq; est quorundam devotorum in Alsatia Sylvæ jura quædam, quæ habebant in curiam Stam in villa NaKke, quam Conventualis de Brasberg Custos anno 1291. emerat à Nobili de Regensperg. Nomina porro Benefactorum, qui istorũ Sponte et liberaliter omnibus juribus in favorem Mönsij renunciârunt, sunt: Wellicus Rector in Münchwiler, Nicolaus, et Adelhaidis Soror eius, Lotfridus, Katharina et Walterus, qui aut fratres aut proximi agnati fuisse videntur. Coterum Signata fuit charta per Nicolaum Abbatem Ettenheimmünster, anno 1305. die 15. Sept.

W. IV. 3. Hanc igitur Donationem præcessit quædam altera facta anno 1303. ab Ulrico et Waltero de Altenklingen, qui posterior Præfectus Ducum Austriæ factus fuisse videtur. Donarunt porrò Decimas suas in Benken, quas R. id est Rudolphus Brunsfeldi titulo possedebat. Datæ sunt Litteræ die ultimo anni, et appensum Sigillum prædicti Udalrici de Altenklingen.

LXXXVIII. Domina Ita vidua Rudolfi de Griesheim anno 1306. decimam Ruccam et Silvam in Reckberg; Scoposas in Griesheim, Scopossam, prata et Silvam in Riedesen, Pensionem in Rinheim, quas precarias longo tempore habuit, Sponte et liberaliter resignavit: et in vicem gratitudinis recepit pensionem addictis vita ex Decimis in Mastelen. Quæ propter inter Benefactrices unacum marito merito collocanda, nam precariæ non dabantur nisi ijs, qui eadem bona Monasterijs donaverant. Ita videtur habitasse Rhenaugiæ, ubi eidem pensio anna prestanda fuit. Huba, Hova, nunc Hof. mansus, prædium, subinde teste ordinario partem fundi significat, nempe prata, aut terram arabilem. Subscribuntur testes: Joannes de Trullichen dictus Schwager, qui etiam in supra dicta charta de anno 1302. nominatur, ex cuius familia Hofhusiana sequenti Seculo prodiit Eberhardus II. Abbas noster: Berchtoldus de Balbe: Otto et Luttoldus de Ullingen fratres Henricus ab dem Lowe: Petrus Doctor Fororum Monŭij Renaugiensis: Albertus Sultetus ... dictus Tusp: Rudolfus dictus Wäglos etc. Datum Renaugiæ die 13. Junij.

LXXXIX. Berchtoldus Schrötli civis in gravenhusin, servus Monasterij Rhenaugiensis, anno 1307. bonum aliquod in Mettingen, quod à Monialibus eiusdem loci comparaverat pecuniâ certo numero et pondere persolutâ, Rhenaugiæ donavit in redemptionem juris hæreditarij omnium rerum tam mobilium, quam immobilium, quod bonũ annuatim solvit duos modios tritici, et totidem avenæ, salvo tamen jure des Kobtvals: pro quo post eius mortem solvenda una marcha argenti puri, unacum vestibus eiusdem Berchtoldi: interea à dominio Monŭij per hoc non absolvatur, sed quamdiu vixerit, sit omni fidelitate et obedientia obligatus. utitur verbo donavit,

quapropter

sua propter inter Benefactores habendi collocatus fuit. Litteræ expeditæ sunt ab Abbate et Conventu Monÿj OO. S. Scha∫husij, ad quos gravenhusen pertinebat, cum consensu Præpositi Hans de Widilo, et Monialium ibidem. Abbati nomen, quod in præsenti charta reticetur, fuit conradus de Liechtenfels electus ano 1313. ex chronico Schaf. fol. 70. † 1298. mortuus

Ano 1315. 12 Augusti Mechild Eberharts des Iryen Tochter donat Monÿrio Rhenaugiensi partem curtis in Metmanhaslen, quæ annuatim præstat sex quartalia tritici. ex diar. Necrol. Bernardi.

Ano 1317. die 7. Aprilis Hugo, Gertrudis et Agnes de Tanegge donant pro salute animarum suarum, maiorum ac suorum, solius Dei respectu, agrum situm in Munolfingen dictum in Turna, ex quo pro anniversaria annuatim præstanda sunt Conventui duo quartalia tritici. actum in præsentia Dñi Nicolai von Tannegge Closterherren ze Rinowa, et aliorum etc. BV. 5. (erat eò germanus prædictorum Benefactorum.)

Anno 1325. VR Nobilis Henricus de Freienstein tradit Monÿrio das Burchstall in dem Rilte ze Hasela, alias non nulla, sub conditione, ut ea Heinricus et Henricelj filijus eius iterum à Monÿrio in feudum recipiant sub anno censuariorum sibi solvendo ad solemnitatem S. Mauritij præstandorum. donat insuper proprium hominem Johannem den aman, adscribuntur præter Abbatem Henricum Herr ulrich der Kelre, herr Cunrad der Custer, Herr Cunrad der Kamerer, Her Berchtold der Schulmeister, Priestere: herr Johannes von Mandach Ritter, ulrich der Baje von Baden, Berchtold der Spichmeister, Hainrich deſdachs, cunrad der Fuchs, Berchtold der Kramer, der Broger, und ander erbar lute genug, qui videntur esse Rhenaugienses, cum litteræ datæ sint Rhenaugiæ. Idem Henricus de Freienstein subscribitur in chartis nostris de anno 1315. et 1319. de arce Freienstein sequentia tradit Bullingerus in chronico Ms. Figurino fol. 111. ad annum 1339. die Zurcher excomunicirt Ziehen vor Freienstein, ist ein alt fest Schloss am Irchel und an der Töss, neben Korbis uf einem Büchel zimlich hoch, das gewonend und Blunderten sÿ und verbrantent, ward doch bald wider gebuwen, und hernach im Jahr 1444. von wegen des gfangenen vogts von Kiburg im grund verbrent. XCIX.

Anno 1327. Rudolfus de Radegg Rector puerorum loci Heremitarum tradit Rhenaugiæ Domum cum pomario pro anniversario, at quemadmodum Pater eius iam antea constituerat itidem Rudolfus nomine, dantur duo modÿ tritici. C.

— Religiosis Cœnobitis et pauperibus pro anniversario, et unus modius Nucum Dño Custodi pro alendo lumine, atqs octodecim denarÿ cellario. Appensum est Sigillum Joannis Abbatis Einsidlensis, quod ipse Sigillifer asseret, licet aliàs ex Nobili familia ortus, cuius

ys. cuius insignia rotam fractam representant. certè in charta data Rhenaugiæ anno 1300. Hoc cognitas formaliar sigillum suum etiam apposuit: Heinricus nobilis de Rodegge: qui aut frater aut patruus Rudolfi nostri extitit. Stumpfius l. 5. c. 36. eandem nobilem familiam refert, quorum antiqua sedes in quodam arce haud procul Rhenaugia in cacumine montis Juraßi, qui ex ista parte Irchel vocatus, inter Jußen et Ebersberg: qua tamen destructa Rhenaugiæ habitaße ex istis chartis liquet. Erat tamen idem Stumpfius, dum hunc Rudolfum Magistrum Scholarum Religiosum dicit fuiße Monÿj nostri; constat enim evidenter ex chronico Hartmanni Einsidlensis, fuiße clericum et Presbyterum Sæcularem. qua propter etiam distinguendus est aliquot Sæculorum intervallis à Rudolfo nobili Tigurino Religioso quondam nostro et authore Explanationum in psalmos. Ministerialem fuiße comitum Habspurgicorum liquet ex charta, quam Tschudius, Hergottus q̃ferunt ad annum 1311. in qua Rudolfus Comes Habspurgicus Suuitenses regat pro diꝰsione captorum Religiosorum Einsidlensium; aber Sanderlich, inquit, umb Meister Rudolf den Schulmeister der uns von eigenschaft zue hört. Exempla non desunt in chartis nostris, quæ probant, etiam fœminas nobiles vocari proprias aliorũ Illustrium, maxime si eorum Ministeriales fuerint. Nec mirandum Habspurgios proprios homines habuiße Rhenaugiæ, cum et Rhenaugia eiusmodi pluribus in locis possederit, maxime cum ijdem Habspurgici fuerint Advocati nostri. Eo eodem Rudolfo de Radegg utpote viro eximio intercessit etiam Nobilis Dinasta de Regensperg litteris datis ex Palm, quas itidem Tschudius descripsit. Inhumanam illam in Sanctam Locum invasionem. Suitensium duobus libris carminicè descripsit oculatus testis Magister noster, ex quo historiam contexuit Hartmannus chronographus. Irruptio facta est die Sancto Epiphaniæ, et post undecim hebdomatas Dominica Palmarum captivi stipulato litro dimissi. floruit posthac diutiùs Rudolfus in Schola Einsidlensi, et inter alios viros eximios ibi educavit Epum Constantiensem et Abbatem S. Galli Islande quoq; non modica in Rhenaugiam redundante, ubi Schola similiter florente Radeggius educatus et instructus, laerat. memoratur in Charta quadam nostra ad annum 1338. Rudolfus quidam Ludi nostri moderator: an idem Radeggius postliminio Rhenaugiam reversus sit, ideo tam non certum non est. Hoc ipso anno, quo istam donationem fecit, nempe 1327. alter Radeggius decimam quandam feudalem in Bencken habuit, unde annuum pensum unius libræ cera

XCII. Hergott Gen. dipl. vol. III. chart. 115.

g. IV. 52. vide Sublimem huius cap.

jugiter

Sacristia

Sacristiæ nostræ solvere tenebatur. Jandus quem donavit Rodeggius Monrio, adhuc conservat nomen ipsius gentilitium.

Inter præcipuos hujus Sæculi Benefactores numerandi veniunt Dñus Joannes in dem Bach filius Bertholdi Thaengensis, quem dicunt fuisse ibidem Sacellanum ad S. Michaelem, et soror ipsius Anna, quæ videtur fuisse Monialis Beginæ, qualecunque vivo sequentes fuerunt, cùm Soror semper vocetur geminato nomine Swester aña Sin Swester. Hi pro remedio animarum suarum Majorumq; suorum Monrio Rhenaugiensi liberaliter dederunt medietatem hubæ sitam in Dangstetten, et censum annuum pecuniarium ex frumento ex eadem huba proveniente: Item vineam sitam in dem Rintal, id est Künachertal, atq; dimidium modium tritici ex scoposa ibidem sita, cum decimis in omenzüti ad eandem scoposam spectantes, quas hactenus feudales à Monrio tenuerant, ex quibus liquet, scoposam schupose non semper significare certam frumenti mensuram, ut viri eruditi apud Du Cangium crediderunt, firmata fuit vita donatio auctoritate Dñi Joannis de Fridingen Equitis ac Præfecti in Kusach, nec non Hainrici de Imodingen nomine Sororis ãnæ, et acceptata à Domino Hainrico de Aitlingen cellario Rhenaugiensi, in præsentia plurium testium Rheinheimij añno 1311. inter quos nominatur Cunrad der Keller von Rinhain, id est proventuum receptor, unde Ambts Keller, et ut loquitur Dñs de Zur Lauben, Fermier. CVII.

Anno 1313. Joannes Weniger dictus Waltshuter donavit Monrio Rhenaugiensi ad manus Dñi Heinrici de Aitlingen cellarij quatuor modios tritici ex omnibus bonis suis ze Rinheim und ze Dangstetten di Eigen und Erbe sint, præstandos, subconditione tamen, ut ob. superveniente filia sorte liberorum tantum duo modii tribuantur Monrio. Ratificata pariter fuit donatio per prædictum Joannem de Fridingen in arce Küssaberg, ubi quoq; untervogt, Subpræfectus erat. CV.

Anno 1318. die 28. Septembris Adelhaid. seu Adelheit. Rudolfi Schärer vidua, filia Ulrici Baiß civis Rhenaugiensis, vendidit Monrio an ir Seel gerät. adeoq; pro anniversario nullo alio expresse pretio, tertiam partem curtis des Hofs zu tegermoos, cujus duas partes possident die Edleren Herren ze Tyon. adscripti quoq; octo civis filij et advocatus Fürsprech Heinricus Brogi de Fleckenheven. Confecta est hæc charta in Judicio civitatis Rhenaugiensis præsidente Abbate Heinrico S. an de Neuenburg, vel de aitlingen, non exprimitur. Set traditio facta ipsi conventui unseren Kloster herren ze Rinouw, et appensum utrumq; sigillum tam Abbatis, quam civitatis. BV. 9.

Anno 1318. die 28. Novembris Illustres Comites de Habspurg, CLX.

minirum

nimis am Agnes Mater, filia Symonis Landgravij Alsatiæ, eiusq; tres filij, Johannes, Rudolfus, et Gotfridus anniversarium perpetuum Rhenaugiæ fundarunt pro Joanne eorum Patre, in clade Grynoviana 21. Sept. anno 1339. occiso, et omnibus Antecessoribus Habspurgicis, in vigilia S. Mathæi quot annis celebrandam: Item Missam aliam de Beata legendam post festum S. Mauritij pro Dña Agneta, quo tamen Missa post mortem comutanda sit pastiter in anniversarium defunctorum cum eleemosina distribuenda pauperibus. Mortua postea est Agnes Mater post triennium scilicet anno 1351. stipulantur post istis anniversarijs duodecim Marchas argenti, quorum decem assignant de civibus Rhenaugiensibus nomine feudarum solvendas. Ut potissimum sunt hæc charta Horgottus atq; Rustenus in genealogia eorundem Comitum, atq; sigilla huic charta appensa publicarunt. Cetera res ipsa transacta est Rhenaugiæ. †

† Eruditissimus Horgottus to. 1. gen. Dipl. pag. 242. ita scribit: Agnes Joannis I. uxor alia sacra expiatoria annuatim facienda in Monasterio Rhinoviensi pro Augustissima gente Habspurgica instituit, pro cuius fundo præter multas alias largitiones annua tributa civium Rhinoviensium assignavit.

CXII. Anno 1339. Rudolfus de Adlikon Eques tradit quoddam bonum in Martelen, quod annuos census solvit sesmodios tritici, tres sibiginis, sex avenæ, certas pecunias, gallinas, et ova. Exprimitur hæc traditio nomine venditionis pro memoria animarum: an iro seel gerete Ze kaufen geben: verum cum pretium aliàs in eiusmodi contractibus necessario taxandum non exprimatur, intelligenda est vera fundatio anniversarij, uti iam semel innuimus. Erat fundus eius non spernendi census feudum Comitum Habspurgicorum, quod mirandum non est cum et nos feuda in alienis territoriis possideremus. Ea propter tres Fratres superius memorati, Joannes, Rudolfus, et Gotfridus nexum feudalem remiserunt addita ratione, quod non conveniat Dominos Conventus Rhenaugiensis ut pote Religiosos feudis esse astrictos. Benefactor tamen Rudolfus de Adlikon alium fundum liberum ijsdem Comitibus titulo feudi restituendum tradidit. appensa sunt quatuor memoratorum sigilla.

BI. jj. Anno 1366. Adalricus cognomine Civis Rhenaugiensis, et uxor eius Elisabetha cum liberis Monasterio donaverunt Domum suam cum pertinentijs, item Pomarium et vineam, sitas vor dem oberem tor, und ze Rot, id est Rodershof. Signata sunt litteræ per Nicolaum Kanoff Scultetum et Judicium Rhenaugiense, cum sigillo civitatis, directæ ad Abbatem Henricum, quem vocant unseren gnädigen herren abbten des Gotshus ze Rinouwe.

Nobiles de Eitlingen seu aitlingen, ex quorum familia duo Abbates maxima parte huius Sæculi præfuerunt Monasterio, plures donationes fecerunt. Anno 1386. Henricus de Eitlingen filius Hugonis Rhenaugiæ incola tradit Molendinum in Martelen cum omnibus juribus: Curias cum jus directum spectaret ad Comites Habspurgicos, sæpedicti tres Fratres dominium suum liberaliter Monasterio cesserunt, non recepto alio fundo in compensationem, sed umb di fruntschaft und liebi, so si zu dem vorgeschribenen gotshus haben. appensa similiter tria sigilla Habspurgica.

CXVI. Ano 1380.

Anno 1280. Joannes de Eitlingen eiusq; filius Conradus altari S. Blasij donaverunt census quosdam ex bono Rbo in Lienhaim, nimirum duos modios tritici, actotidem avenæ cum gallinis et ovis, durch Gottes willen, inquit, und des Erwurdigen abbt Hainrichs der des Hansen Bruder war. Facta est enim hæc donatio paulo post mortem Henrici huius nominis ac Abbatis Secundi, Nam Abbas Caresel, sic se nominat Conradus Mayer de Jestetten, pariter Dominium directum in prædictum censum remisit. Fuerunt Eitlingenses singulariter devoti erga S. Blasium, ut de utroq; Abbate nostro suo loco videbimus. CXX.

Anno 1282. Conradus ab Eitlingen Joannis filius, postea factus Rhenaugiæ Scultetus, Monrio donavit bonum in Jestetten, quod annuatim dat unum modium tritici, duos avenæ, decem Schilling, unum anserem, tres gallinas, et triginta ova. Hæc constituit singulatim distribuenda, Abbati anserem, Custodi, Sacellano S. Blasij, Sacristæ et Junioribus Dominis reliqua, sub conditione, ut diem octavum Conceptionis B. V. ritu solemni instar festi assumptionis B. V. celebrent, in honorem eiusdem ac totius ipsius Sacræ prosapiæ. Situs quosdam ex descriptione colligere licet. CXXI.

Anno 1284. Joannes ab Eitlingen Presbyter Friderici filius pro se ac Patre suo constituit anniversarium, pro quo vendit Monrio receptis 15. Libris obulorum domum suam cum horto ac pertinentiis, sitas Rhenaugiæ inter Laniariam et Balneum, Badbrunnen, item tres vineas sitas in Rinhaim, cum pro his bonis receperit pecunias, credibile est, eas pretium non adæquasse, ut pro inde anniversarium fuerit celebrandum. Litteras expedivit Conradus de Eitlingen Scultetus cum sigillis, cum ipse Hall Johans, id est Vater Sun Pater Joannes proprio sigillo careret, unde constat, clericos nondum sigillis usos fuisse. † Memoratur circa hoc tempus et alius quidam Joannes ab Eitlingen Monachus Cœnobij nostri: Quapropter ne multitudo Eitlingorum confusionem pariat, tentabo Schema eorum genealogicum attexere. BV. 12.

† ut et supra de Rudolfo de Radegg vidimus.

Nobilis de Eitlingen

Hugo. — Henricus I. Abbas

Henricus

Joannes. — Henricus II. Abbas

Fridericus. — Conradus Scultetus

Joañes Presbyter. — Joañes Monachus

His Benefactoribus etiam addendi sunt alij plures, qui pro more huius ac superiorum Sæculorum homines quosdam proprios Monrio donaverunt. Inter hos sunt Nobiles de Kenzieth gesungi. Pater et filius, qui medietatem liberorum Adelhaidis uxoris Conradi de Wirwil Libera liter tradidorunt. Diethelmus de Krenzingen donat Mrio B. V. Mariæ Adelhaidem uxorem Conradi de Rieden anno 1233. Eodem anno Conradus de Jengen Sifridum Dötzlinger, qui pro media parte ad ipsum pertinebat, ad altare Maius totum Renaugiæ obtulit, ob servitia ipsi prestita, bene

ficio

-ficio singulari existimans remunerandum, si totum juris Monasterij sacerdotale.

G. IV. 12. Dña Guta Birin Equitis Filia et vidua pro remedio ãie Suæ donat Rhenaugiæ Annam Burstin de Bondorf cum quatuor liberis: charta expedita sub sigillo et auctoritate Nobilis viri Diethelmi de Krenkingen, cuius et ipsa Nobilis Mulier Guta propria erat: Sa min herr ist, und des recht

XCIX. eigen ich bin, anno 1320. Nobilis Henricus de Freienstein donat Sponte

G IV. 13. hominem proprium Johannem den Amman, anno 1325. Rudolphus comes

CXXVII. Habspurgicus cepit medium hominem teste eius filio Joanne I. ano 1320. Joannes IV. Habspurgicus anno 1402. donavit Hermin et Vrenem Luterlick durch gottes willen, und der Barmherzigen Mutter Marie ze lob und ze eren, und miner Seel helf und trost, recht und redlich mit ir lib und mit allem irem gut. Denigs Fridericus IV. Dux Austriæ sequenti seculo similem fecit donationem. Ex his sequitur, jus proprium hominum illo ævo magni fuisse æstimatum, de quibus cum plura occurrant documenta, non pigebit pro illustranda historia Speciale caput adornare.

Caput II.

De Hominibus Propriis.

ex charta de anno 1307. qua Berchtoldus Schröttli civis de Gravanhusen servus Monasterij Rhenaugiensis transigit super hoc ipsum jus servitutis, liquet illud in sequentibus fuisse constitutum. Primò in jure Spolij omnium rerum tam mobilium quam immobilium, proquo idem Burchardus cepit bonum in Mettingen, quod annuatim solvit censum duorum modiorum tritici, et totidem avenæ. Secundò in Mortuario, quod dicitur Kobvat, sunt formalia eiusdem chartæ, quod nihilominus reservatur Monasterio post mortem solvendum per unam marcham argenti puri. Tertiò in dem gewandfal, additur enim, salvis etiam vestibus eiusdem Berchtoldi ad perceptionem secundum consuetudinem in Monasterio Rhenaugiensi hactenus approbatam, qui quidem duo effectus secundus et tertius distinguuntur à primo ut inclusum ab includente; non enim jus mortuarij accipiendi tam pingue est, veluti jus Spolij; unde cum hoc Berchtoldo intuitu donationis suæ remissum fuisset, nihilominus reservatum fuit illud. Quartò in servitiis et obsequiis personalibus secundum conditionem personæ, quæ proprietatis juri subjecta erat, quam propterea Berchtoldus non erat à Dominio absolutus, ut in charta exprimitur, sed pro tempore vitæ suæ sicut alij servi erat omni fidelitate et diligentia obligatus. Quinto in omnigena subjectione quoad jurisdictionem; homines enim proprij ubicunque existerent à Domino judicari et ab alio coram illo convenire poterant, et debebant, cujus exemplo plura extant in A. I. OS. Ms. I. 9. fo. etc. LXXXIX.

Itaque mirum non est, tot chartas præsentiorum tam sæpe super hoc jure fuisse confectas. Non pleraque referemus, omissis ijs, quæ non solùm pro illustranda hac materia, sed etiam historia Monasterij ac vicinia nostra deservire poterunt. (quæ supra ex donationibus recensuimus)

Anno 1307. Berchtoldus Abbas S. Blasij concambium fecit unius Servi proalio in Buckenried, tanti æstimatus iste contractus, ut etiam nomine totius conventus perfici debuerit, quod cùm proprium sigillum non haberet, prafati Abbatis comunire petiit. delineari curavimus istud sigillum, ubi videri poterit etiam sigillum conventûs nostri illorum tempore fabricatum, et adhuc in Serinio sub tribus clavibus clauso existens. G IV. 6.

Anno 1312. Elisabeth Abbatissa Turicensis totusque conventus, habita non semel sed multoties diligenti deliberatione, permutavit gertrudin Statli, pro Hedwige Segesserin, eo quod vicinior es utrinque uberiora obsequia prastare possent. Sigillum appensum Abbatissæ, quo et conventus ipsius utitur: ex parte Rhenaugiæ verò duplex additum sigillum tam Abbatis Henrici, quàm conventûs 9.

Eodem anno Abbatissa et conventus in Othmarsheim similem celebrat comutationem, renuntians omni juris subsidio, et circa idem tempus litteris pariter extantibus, sed sine data; Henricus Abbas S. Trutperti quingos homines proprios, quos in Erzingen et Buchenried habebat, tradidit Rhenaugiæ pro alijs quingos alibi existentibus. 10. 11.

Anno 1320. Joannes I. Comes Habspurgicus offert liberam divisionem liberorum ex Domina willeburg Dñi Lutholdi filia procreatorum, quam Pater ipsius Comes Rudolfus pro media parte dederat

dederat Monio. actum Rhenaugiæ in vigilia Simonis et Judæ.

19. Anno 1337. Joannes I. Comes Habspurgicus dedit liberam dimissionem Liberorum ex Sigebrid Nobilis de grieshein, cum assensu filiorum suorum, vendit Renaugiæ, pro tribus libris Brisegaver. / Hedinun die Schmidinin, und Itum ir tochter. Cum eodem Henricus Abbas genant von der Nidenburg.

15. Anno 1345. Diethelmus de Krenzingen genant von Weissenburg partitur septem homines proprios, quorum quatuor sorte obvenere Monio nostro, reliquis tribus se contentum fatetur.

16. Anno 1348. Udalricus Epus Constantiensis comutat annam filiam Jacobi Scultheti de Küsaberg, pro Anna filia Henrici Friesen de Rinheim, solemnitatibus consuetis adhibitis, et appenso sigillo capituli constantiensis datum in Castro Castelen.

17. Anno 1352. Joannes Abbas S. Joannis in valle Thuræ comutat annam uxorem Rudolphi Laingrubers cum liberis, pro Adelhaide uxore Cunradi de Berge. Sigillum duplex tam Conventus quam Abbatis dicti Monij.

18. Anno 1360. Hainricus Abbas S. Blasij tradit, unanimi deliberatione et consensu præhabito, quinque homines proprios in Rinhaim, pro Ita de Jnglicon cum sex eius liberis, Jam nunc Conventus S. Blasianus distinctum Sigillum à Sigillo Abbatis habuit, et huic chartæ appendit.

19. Anno 1368. Joannes Comes de Froburg Aabtmann der Hochgebornen herzogen von Österreich tradit eorundem nomine juratoconsilio præhabito, Sigismundum Schmid von Reggingen pro Thoman Hofstetter von Baldingen. Datum Badæ an Sonentag nach Sant Othmarstag.

20. Anno 1368. Effo von Espenstein, und Rudolf der Alter von Vilpendunt Abbati Hainrico pro duabus libris obulorum Walterum Vischer hominem proprium vivum et mortuum, cum corpore et bonis. Masculi viliori pretio vendebantur, maxime cum eorum bona essent exigua.

21. Anno 1377. Walterus de Gachnang nomine nepotum ex fratre quorum tutor erat, vendit Hainrico Abbati Elisabetham ab der Egge pretriginta Sex libris obulorum, reservans nihilominùs duos filios iam natos. En quantum pretium pro unica femina.

22. Anno 1385. Henricus et Joannes de Roseneggi quorum posterior Supremus Præfectus Turgoviæ erat nomine Ducum Austriæ, testantur, quòd Conradus Verner Solutis decem libris obulorum se ab eorum servitute transtulerit in Servitium Monasterij Rhenaugiensis, tanto melius erat, Servire Monijs. sub pede Pastorali unter dem Krumen Stab.

25. Anno 1391. Joannes IV. Comes Habspurgicus vendit Abbati

Conrado

Conrado Joannem Raitmann Jagag familia Rhenaugiensis Reutimann, pro quatuordecim libris pecuniæ solitis, qua vocatur Rebler. appensum est Sigillum eiusdem Comitis, data Litteræ die Lunæ ante festum S. Urbani.

Anno 1395. et sequenti iterum cõmutarunt homines proprios cum Abbate Curesel, Joañes Abbas S. Blasij, et Rudolfus Abbas S. Joannis in valle Thuræ. 26. 27.

Jus Quo eiusmodi in proprios homines etiam in feudum dari consueviſſe, probat charta Cũonis seu Conradi Abbatis Mñrij S. Galli, das on alles mittel Jugehört dem Stul zu Rom. Hic enim jus suum directum in Joannem von Aich, quem in feudum receperant Joañes et Henricus Balber Cives Witodurenses, liberè dimisit in favorem Mõrij Rhenaugiensis eiusdem ordinis S. Benedicti, cui fratres illi Balber prædictum servum tradiderant. Verzicht sich alles ansprechen, es si mit recht alt onrecht. datum wila des gotshaus Statt im Thurgau cum Sigillo Abbatis S. Galli anno 1399. 28.

Reliqua de hominibus propriis omittimus: non tamen prætereundum est, quod anno 1434. Anna Grasserin Rhenaugiensis, cognod sine consensu Abbatis Hugonis Matrimonium Witoduræ contraxerit, quinquaginta florenos solvere coacta fuerit, insuperque jus suum piscandi in Rheno, quod in feudum receperat, pœnitùs amiserit. Ex quo tam ius caducitatis, quàm non nubendi sine consensu Domini aperte colligitus. GW. 14. B. C. v. Rhenanus

Caput III.

12.

Sæc. XIV.

Caput III.

Genealogia Habspurgica.

Quæ in consequentibus de Advocatis Monasterij nostri relaturi sumus, plane intelligi nequeunt, nisi idea quadam de Domo Habspurgica præoculis habeatur; Hanc igitur, quantum nostra interesse potest, breviter præmetare necesse est. Constat ex supra dictis Sæculo undecimo cap. 2. Albertum Divitem abnepotem fuisse Rotholonis in charta nostra S. Henrici notati, qui obiit anno 1027. aut paulò post, nego enim certus annus emortualis ex chartis eruitur.

Albertus Dives uxorem habuit Itam ex gente Guelfica Fundatorum nostrorum, de qua proinde quædam audire non pigebit. Acta Murensia sequentia habent: Uxor S. Alberti, Comitissa de Klettenderf filia sororis Ducis Welf. Hic Welf huius nominis quartus dictus Senior ex Azone II. Duce Spoleti et Marchione Tusciæ, et cum ipsa sorore alterius Welfi III. Comitis Altorfensis procreatus erat, qua sine liberis decedente eius Mater Nepoti suo ex filia Welfoni quarto hoc Germaniæ comitatus attribuit. Soror huius Welfonis IV. Adelaidis nomine, mater fuit Itæ uxoris Alberti Divitis Comitis Habspurgici. Fratrem quoque habuit Henricum Superbum Ducem Saxoniæ et Baioriæ. Utergo tam Henricus quã Albertus unacum Welfone bellum incœperunt contra Hugonem Sanctum latinum Tabingæ et Comitem Brigantiæ et Curiæ, qui et Advocatus erat Monasterij Bürensis, cui hoc vice simul præerat Abbas noster Otto, Successor Wolveni II. Abbatis, qui an ex eadem Welforum familia ortus fuerit, nondum constat. Verum Fridericus I. Barbarossa cæsar Italiam occupaturus, qui et ipse nepos erat ex Judith Welfonis Senioris, Comitijs Ulmæ habitis, Hugonem proscriptione damnavit, nisi Welfoni Duci se dedisset, qui eum carceri addixit. Patet ex his Habspurgicos et Austriacos saltem per lineam Maternam ex Welfonibus procreatos fuisse, quorum iam Genealogiã prosequamur.

Cruslius. 1. pag. 628.

Alberto

De Abbate Divite adhuc notandum, eum cum Friderico cæsare in terram Sanctam profectum fuisse contra Saracenos, ibidemque Saladinum fugasse. Inde reversus condidit oppidum et arcem Walchat ex vico, qui iam antea pro custodiã Hercyniæ extiterat.

Guilimannus pag. 217. 222.

Otto de S. Blasio cap. 25. apud urstis. t. 1. hæc scribit. Eo his, id est precijs, quæ Welf liberaliter coëgerat Friderico I. Imperatori Alberto comiti de Habspurgh, qui filiam comitis Rudolfi in matrimonio habebat, concessit Turicensem comitatum et Advocatiam Seckingensis Ecclesiæ cum prædijs conquisitis de Biederton. obiit anno 1199. filium relinquens.

Rudolfum I. qui ab Ottone IV. cæsare anno 1209. Vicarius Superioris Germaniæ, à Subsilvanis capitaneus, et ab Henrico de Wartenbach Abbate Montis Angelorum Advocatus constitutus fuit. Ecclesiæ Beronensi quam unacum Kibargi Comitibus exerat,

Idem pag. 258.

serat, ampliſſima dote ſatisfecit. Præfecturæ Uraniensis loco ab Henrico Imperatore comitatum Reinfeldensem anno 1231. recepit, jam Alsatiæ Superioris Landgravius unacum Patre dictus. obiit anno 1232. relictis filiis.

Alberto et Rudolfo, qui præcipuam hæreditatis divisionem fecerunt. Alberto Austriaca Stirpis Satori obvenit comitatus vin- Guilimannus fol. 283.
donissensis seu Habspurgicus cum Landgraviatu Alsatiæ: Ru-
dolfo cognomento taciturno Laufenberga, waldishuta, Kleggovia;
quo Advocatorum nostrorum Parente tantis per dimisso, alteram
Alberti lineam sectemur, qui anno 1240. in Syria rebus præclarè
gestis decessit. genuerat ex Helvige comitissa Kiburgi.

Rudolfum Romanorum Regem ex Anna Gertrude, cuius huius
duplex nomen probat P. Rustenus in anonymo Murensi pag. 248.
obiit Rudolfus anno 1291. Filij Rudolfi Cæsaris: Albertus primus
Dux Austriæ postea Cæsar; Hartmannus in Rheno submersus die
20. Decembris, cuius intestina Rhenaugiæ sepulta; et Rudolfus
Dux Sueviæ, Comes Turgoviæ et Kiburgi, ante Patrem anno 1290.
mortuus relicto pupillo Joanne dicto Parricida, eo quod Albertum
patruum et Tutorem Suum patrimonium diutius retinentem
anno 1308. inter Badam et Reinfeldam in loco, ubi postea Mo-
rium Campi Regii ædificatum est, occidisset. Sub hoc Alberto
initium datum fuit Saderi inter Communitates Sylvestres, Ura-
niam, Suitium, et Subsilvaniam, maxime postquam Præfecti
ab Alberto præpositi, ut ait Hartmannus ad annum 1309. mandata In Chron. Einsidl.
Regis per Superbiam et libidinem posthabuere, Tyrannidem usi contra
populos Imperij liberos.

Sex Alberti Cæsaris recensentur Filij: anno 1307. Fridericus Pulcher † Rudolphus Rex Bohemiæ, qui
postea Cæsar mortuus anno 1330. Lupoldus Bellicosus, qui Argentorati ante Patrem obiit anno 1307.
decessit anno 1326. Ottohilaris, qui moriens anno 1339. duos reliquit fi-
lios Fridericum et Lupoldum, qui impuberes decesserunt anno 1344.
Albertus Sapiens vitam produxit usque ad annum 1359. denique Hen-
ricus Sapiens ad plures abiit a. 1327.

Ex his Stemma propagavit Albertus Sapiens, cuius Filij Rudolfus
obiit anno 1363. Fridericus anno 1362. Albertus cum trica anno 1393.
Lupoldus probus Sempacensi in prælio occisus anno 1386. Ex
quibus Albertus cum trica genuit Albertum mortuum anno 1404.
ex quo prodiit Albertus Secundus Cæsar, maritus Elisabethæ Sigismundi
Cæsaris filiæ, obiit 1439. Lupoldi probi proles numerantur:
Wilhelmus mortuus anno 1406. Fridericus cum vacua bursa Advo-
catus noster Specialis, qui decessit anno 1439. et reliquit filium
Sigismundum archiducem ultimum Advocatum nostrum. Item
ex Lupoldo probo alius Lupoldus, et Ernestus Ferreus propagator
Lineæ Austriacæ-Cæsareæ.

Jam redeundum nobis est ad lineam Habspurgo-Laufenbergia-
quæ proprio Habspurgi nomen retinuit, præcedentibus Au-
-striacis

-striacis se nominantibus. Igitur Rudolfus Taciturnus Laufenbergo
residens nepos Alberti Divitis defunctus est circa annum 1347. et ex
Gertrude Renospergia genuit Rudolfum præpositum Basileensem,
postea Cõm constantiensem, de quo plura diximus præcedenti Sæ-
culo: Eberhardum Satorem linea Kiburgica, de quo pauca post-
remo loco dicturi sumus: et Gottfridum I. huius stematis propa-
gatorum. Recensentus et alij Taciturni liberi, sed ad notitiam
historiæ nostræ parum conducunt.

Gottfridus I. ex Elisabetha ochsensteinia genuit Rudolfum
et Gottfridum II. quos pupillos anno 1271. moriens reliquit sub
tutela Rudolfi tunc Præpositi Basileensis, et post biennium
Epi constantiensis; quapropter graves persecutiones ab Alberto
Austriaco cognato suo, qui eandem tutelam affectaverat, passus est,
restitit tamen Epus vi et armis auxiliantibus vicinis Principibus
usque ad mortem, quam oppetiit anno 1293. altero pupillorũ Gottfrido
II. iam antea sine liberis extincto.

Tschudius. Rudolfus filius Gottefridi anno 1250. ab Henrico VII. Imperatore
constitutus fuit vicarius Imperij Suitiis, Uranijs et Subsylvanis,
† ijsdem satis acceptus. † Uxorem primam habuit Elisabetham ultimã
Raperswilæ comitissam, quæ prius matrimonio iuncta fuerat
Ludovico Comiti Hombergensi, cui genuerat wernherum: at Ru-
dolfo Habspurgo duos genuit filios Rudolfum et Joannem.
Mortua itaque Elisabetha matre comitatus Raperswilanus in duas
partes divisus fuit, et vetus quidem Raperswil wernero Hom-
burgensi, novum autem Habspurgo cessit, donec extincto wernhero
utrumque Raperswil Habspurgicis subjiceretur. Rudolfus porro
mortuus a conjuge Elisabetha Raperswilana secundam uxorem,
duxit Mariam Comitis Friderici de Öttingen filiam. obijt
Rudolfus anno 1219. aut 1215. quo eodem altero ipsius filius
Rudolfus apud Morgarten pro Leopoldo Bellicoso pugnans
occisus est.

Joannes I. anno 1237. a Tigurinis apud grinau occisus Sus-
ceptis filijs ex Agnete || canonissa Seconiensi. Joañes II. primo
Raperswilæ sedit, reliqui Laufenburgi: anno 1355. a Tigu-
rinis fuit captus, et ferme per triennium detentus: vendidit
deinde reliquias destructi Raperswil Alberto Sapienti archi-
duci Austriæ: obijt anno 1380. relictis ex Elisabetha Nidovien-
si Joanne III. dicto Hensle, qui impubes obijt anno 1395. et
Adelhaide uxore Henrici Comitis Montfortij. Rudolfus alter
filius Joannis I. anno 1280. Præfectus erat archiducum Aus-
triæ in Tur- et Argoria: obijt anno 1383. relicta hærede, Joañe IV. †
uxor Nesa seu Agnes de Hochenlandenberg genuit ursulam ulti-
mam huius stematis, quæ nupsit Rudolfo Comiti Sulzensi
Hartmanni filio cum ampla dote Cleggoviæ, Kren Hingen,
et Rotenberg. obijt Joannes IV. anno 1408. Tertius Joannis I. filius
Gottfridus impubes obierat anno 1375. postquam partem suam
Cleggoviæ

† hic teste Herrgotto to. 1. gen. dipl. pag. 237. a Regenspergiis ob-
tinuit castrum Balbe: sed illud ad Regenspergios redüt,
postliminio ad Habspurgios reversurum.

|| inferioris Abbatiæ Landgraviæ Joanne II. Rudolpho et Gottfrido et Agnete

† qui eodem anno 1383. Conrado Heller Schaffhusiano licentiam impertiit oppignorandi castrum Lupfenthal, quod Comitis feudũ erat, ut ex scriniis Lostorf constat, wir graf Johans von Habspurg wilent graf Rudolfs sälgen sun tun Kunt. p. Ruti uxor. p.

eleggovia anno 1263. Rudolfo patri vendiderat.

Linea postrema Habspurgo Kiburgicorum ab Eberhardo filio Rudolfi Taciturni exorditur; uxorem enim habuerat Annam Hartmanni Junioris ex primo Kiburgicorum Stemate filiam, qui obiit anno 1263. cum hac Eberhardus adeptus fuerat alteram partem comitatus Kiburgici, in qua Burgdorf, Thun, et Tribergii Nellenburg. nam alteram partem Rudolfus Cæsar ob matrem suam, filiam Hartmanni Kiburgici Senioris, qui obiit anno 1263. occupaverat. descendentes ab Eberhardo titulum comitum Kiburgicorum relicto Habspurgico sibi ex Matre arrogarunt. Decessit Eberhardus anno 1280. relictis filiis Hartmanno et Eberhardo, quorum patrum tanta erat discordia, ut unus alterius esset interfector. Horum in pupillari ætate Tutor itidem fuit Rudolfus Episcopus eorum Patruus, ut ex charta nostra do anno 1288. constat. occisus fuit Hartmannus anno 1322. Eberhardus verò obiit anno 1335. relictis filiis: Hartmanno, Rudolfo, et Berchtoldo. Hartmannus decessit anno 1380. cuius filii Egon et Berchtoldus reperiuntur interfuisse concilio constantiensi, quod ultimum huius lineæ expirantis monumentum est. porro præter titulum comitum Kiburgi, seu quos dicebant Landgravios Burgundiæ scilicet minoris.

Hæc clariùs videri poterunt in Schemate à nobis delineato, et quam necessario præmittenda fuerint, constabit ex mox dicendis de advocatia Monasterij nostri, ubi videbimus, plerosque recensitos nostros fuisse Advocatos aut Supremos aut ordinarios, solis exclusis ex linea Kiburgica, quibus nullum unquam negotium cum Monasterio nostro fuit. Qui exactam Genealogiam Domus Habspurgicæ et præsertim Austriacæ perspicere cupit, adeat Hergottum, et Austenum, qui ad calcem Anonymi Murensis eam in compendio exhibuit, uterque verò plurimùm chartis ex archivio nostro usi sunt.

Caput IV.

Sæc. XIV.

Caput IV.

Advocati Supremi Sæculi XIV.

Albertum I. austriacum Regem Romanorum fuisse advocatū supremum Monasterij nostri ad initium huius sæculi, constat ex iis, quæ ad finem præcedentis diximus, ubi relata eius donatione Vallis Macensis advertimus, eum nominasse Rhenaugiam Monasterium suum. Eo occiso anno 1308. in Regem electus fuit Henricus VII. comes Luzenburgensis Princeps optimus, qui suam Supremam in Monasterium nostrum Advocatiam saltem hoc demonstrasse videtur, quod Rudolfo Gottfridi filio ex linea Lausenburgo-Habspurgica anno 1309. advocatiam Imperialem in Superiores has germaniæ provincias comiserit, unde et Advocatus provincialis nominatur.

Tschudius ad hunc an.

Mortuo in Italia Henrico anno 1313. in Schismate anno sequenti duo Imperatores electi fuere magno Imperij damno, Fridericus III. filius Alberti, et Ludovicus Bavarus, qui tam en ambo diverso tempore Supremum jus in Monasterium nostrum exercuisse reperiuntur. Sleri qui in vicinia nostra adhærebant Friderico exceptis Comunitatibus Sylvestribus Uranie, Suizia, et Subsilvania. Itaque Fridericus Rat im anno proximo 1315. advocatiam Rhenaugiensem tanquam

XCIV. Imperiale feudum agnovit, dum Joanni I. Habspurgico facultatem concessit, ut illam confirmare tanquam pignus dotalitium

XCV. posset Mariæ Ottingensi Neverca suæ, cui eam stipulatus fuerat Rudolfus Pater. Eodem quo anno Fridericus hanc advocatiam pactis mutuæ hæreditatis inseruit inter prædictum Joannem Habspurgicum et Wernherum comitem Hombergicum fratres uterinos.

Defuncto Friderico anno 1330. et pace cum Austriacis Stabilita, Ludovicus Cæsar privilegium nundinarum anno 1332. civitati Rhenaugiensi elargitus est, ut nimirum diebus Sabbathinis habere nundinas possint, und geben dem selben Marckte alle die

CIII. recht, ordnung und gewonhait, die der Marckt zu Schaffhusen hat. Datum est Diploma Ravenspurgi cum sigillo pro magno, quod delineari curavimus. Idem Ludovicus Scaphusium unacum Rheinfelda, Tigure et S. gallo obsignos averat pro pecuniæ summa Ducibus Austriacis anno 1330. Ex qua tamen hypoteca anno sequenti liberantur Tigurum et Civitas S. gallij, loco quorum Austriacis cessere Brisacum et Neoburgum. obiit Ludovicus anno 1347.

Tschudius.

Carolus IV. Luzenburgius Rex Bohemiæ, qui Ludovico secutus est in Imperio, confirmavit pacta hæreditaria inter Habspurgicos et Hombergios anno 1363. ubi denuo exprimitur advocatia Rhenaugiensis, et Fridericus prædecessor Rex Romanorum vocatur, ut patet ex collectione Glaseij pag. 290. — 295. communicata per Illustrissimum Dominum Durlaubenium.

Wenceslaus

Wenceslaus mortuo Patre anno 1378. Infectus nihil legit, quod nostra interesit, nisi quod Joañi IV. Habspurgia per Diploma datum anno 1500. filios ex Agnete Landenbergia uxore et Ministeriali suā natos comitum dignitate donārit, ac feudorum Imperialium capaces fecerit, in quibus includebatur quoq; advocatia Rhenaugiensis, si nempe masculi fuissent procreati. Hergott fol. 770.

Depositio Wenceslao anno 1400. creatus fuit Romanorum Rex Rupertus Bavarus, qui Joanni quarto advocato nostro facultatem impertit, Judicium provinciale in Gleggovia immutandi, et judici certo numero, nimirum duodenario constituendi, cum antea pluralitas partium sine discrimine prævaleret. anno 1408. eidem Joanni monetam et Theloneum Rhenaugiæ in feudum Imperiale Rupertus confirmavit tanquam Monrij advocato. quæ licèt ad sequens Sæculum pertinere videantur, hoc tamen loco monenda erant ad concludendam Habspurgiorum ex linea Laufenbergia advocatiam. Superest aliud monumentum respectu Ruperti Regis in deductione Judiciaria concernente advocatiam Monrij nostri contra comites Sulzenses, quæ circa annum 1447. Archiduci Austriaco oblata fuit. in hac leguntur sequentia: Als dis ward der Brief gelesen, war da zumal LXX Jar alt, der lut ock wi der alter durchlüchtig furst Künig Ruprecht den Edlen graf Rudolfen von Habspurg gelihen hab Lofenberg ock den Schwarzwalt und Rinow, unz an sin widerrufen. Hæ ultimæ particulæ satis clare innuunt, advocatiam hanc fuisse merè ab Imperio dependentem. Cæterùm anni hic positi non conveniunt cum Rege Ruperto, nec Comes Rudolfus Habspurgicus sub eo ullus vixit. credibile est authorem hujus relationis, cum multa in judicijs antea actis perlecta ex memoria referre cogeretur, mente subinde confusum fuisse. fortè collatio istius feudi facta est Rudolfo comiti a Wenceslao comite recitata, Cæsare fuit. Simul et altera collatio a Ruperto facta comiti Joannis, quæ ambo scriptor confundens, et epocham remotiorem sumens, dixerit ante annos circiter septuaginta advocatiam cum cæteris ibi memoratis a Ruperto Cæsare fuisse Rudolfo Habsburgico concessam. omnia ibi conficta in re tam seria esse non potuit. Saltem ex his constare potest, Imperatores jugiter Supremam advocatiam in Monrium nostrum exercuisse. A.II. fol. 248.

Frater summum hoc jus Imperiale advocaticum in Monrium nostrum, necessaria quoq; erat Principum Austriacorum protectio in his partibus prædominantium, maxime quando Imperialis potestas a Domo Austriaca fuit seiuncta. Post Albertum I. Cæsarem has Regiones Turgoviæ, Argoviæ, Lenzburgi etc. regebat Fridericus pulcher natu major ab anno 1313. Cæsar, de quibus supra egimus. Mortuo Friderico anno 1330. Otto hilaris frater ipsius vicinia nostra jus dabat: quem respicit charta quædam originalis XI. 7.

adhuc

adhuc cum Sigillo existens, qua Præfectus Turgoviæ Ulricus de Klingen Ottonis officialis ad instantiam Ulrici de Balbe Cellarij Monrij remittit Judicio Abbatis Henrici causam quandam ratione Manhusen, eoquod de bonis Monrij non nisi Abbas eius officiales judicare debeant. Mortuus est otto anno 1259. et post ipsum duo filij impubes proles Fridericus et Lupoldus anno 1294.

Post hos hæ regiones ad Albertum Sapientem itidem Alberti cæsaris filium devolutæ sunt, cuius tutelam erga Monrium nostrum, licet literæ, ut multæ aliæ, deperditæ sint, testatur hisce conceptis verbis filius eius Rudolfus in charta nostra de ano 1283. wir Rudolf von gotes gnaden Herzog Zu österrich, Zu Styr, und Zu Merenten, unt Graf Zu Tyrol etc. thun Kunt, das der Erwürdig unser getrewer lieber fürst, unt Kanzler, bischof Johans von Gurck, unser Haubtman, unt Lantvogt Zu Swaben, unt in Elsazz, unsers vatters seligen Herzog Albrechts von österrich, dem Gott gnade, offnen brief gesechen hat, daran er dem schulthenzen seligen von waltshut, Zu denen ziten sinem Landvogt in Ergew unt im Turgew, Empfolch, unt gebot, das er dem erwürdigen geistlichen herren dem abt von Kynow, sin gut nit liezze, beheffte, noch angrife etc. Decessit Albertus anno 1358. postquam per conjugem suam Comitatum Pirretensem Familiæ Suæ adiecisset. Refert de eo hoc loco Tschudius, eum anno 1350. Basilœensibus terræmotu, in quodam Ms. nostro descripto, attritis subsidia copiosa submisisse, licet eodem tempore bello cum eis esset implicitus.

Rudolphus itaque Alberti Sapientis filius cognomento ingeniosus, suam protectionem in Monrium nostrum sic porgit demonstrare:

CXVII. darumbe und von Sunderen gnaden, die wir Zu den egenanten abten haben, empfelhen, und gebieten wir ernstlich uch allen unseren gegenwertigen, und Kunftigen haubtleüten, Landoögten, pflegeren, und amptleüten in Ergew, und im Turgew, das ir denselben Abt von Kinow von unser wegen haltent bi den vorgen gnaden etc. Datæ sunt litteræ Seftusij die 28. Augusti anno 1283. et sigillo ducali munitæ. De hoc Rudolfo sequentia scribit Bullingerus in chronico Ms. fol. 214. Herzog Rudolf ein guter herr macht frid mit den Eydgenossen, mit beding, das Zug und Clarus im namen österrich von Schweiz und Zürch sollen besogtet werden. obiit Rudolfus biennio post datas nostras literas, nimirum anno 1365. mediolani anno ætatis 26. conjugem habebat catharinam filiam Caroli IV. Imperatoris, non vero Margaretam Tyrolensem dictam Maultach, ut perperam scribit Tschudius.

Cum Rudolfus sine liberis decessisset, has regiones obtinuerunt eius fratres Albertus cum trica et Leopoldus probus, quorum nomine Joannes Nobilis de Rosenegg Supremus in Turgovia præfectus amplissimam dedit omnium privilegiorum confirmationem, quæ hodiedum inconfirmationibus cæsareis, post diploma Fundationis et Bullam auream, de verbo ad verbum recensetur. quapropter operæ pretium erit, nonnulla

exinde

exinde ob oculos ponere. Ich Johans von Rosenegg ein Freyer Herre CXVIII.
der hochgebohrnen Fürsten der Herzogen von österreich meiner
gnädigen herren Landrichter in d grafschaft Zu Turgeu tun
Kund und vergich offentlich mit disem brief, das ich an der selben
miner herren Statt, und an dem dag, als diser brief geben ist,
offentlich Zu gerichte sas, und kam da im gerecht der Hochwür-
dig Fürste Abt Heinrich des gotshuz Ze Rinow Sanct Benedicten ordenss.
das der Abte des egenanten gotshus Zu Rinow dieselb sin gotshus,
und die stat Ze Rinow, und andere sin gütter und dörfer mit allen
gerichten, Zwingen und bennen, wildbennen, Munzen, Marckten,
Zöllen, mit vogteyen, mit lüten und gütter, und mit aller Zugehörde
innhabe, und würcklich nießen, und darüber richten soll, und dasez auch
darZu vögte nemen, setzen und entsetzen sol wie dick er will. etc.
Quæ adversus in contrafacientes centum libras aurum. Datæ sunt
litteræ in Judicio provinciali cum ipsius Sigilli appensione anno
1379. Idem Præfectus de Rosenegg eodem anno confirmiter his pri-
vilegiis adiudicavit judicaturam in wildisbuch dem Fürst Heinrich, GLV. 22.
ut iterum Abbatem vocat.

Sequenti anno Leopoldus Archidux per seipsum, dum scaturiar CXIX.
moraretur, litteras protectorias Monasterio dedit hunc in modum: wir Lü-
polt von gottes gnaden Herzog Zu österreich, Zu Steyer, Zu Kerenden,
und Zu Krain, Graf Zu Tyrol etc. tun Kunt, das wir den erbern und
geistlichen den abbt von Rinow, und sin gotshus in unser besunder gnad
und scherm genomen haben. davon Empfehlen wir dem Edlen unserm
lieben oheim graf Rudolfen von Habspurg, oder wer unser Landvogt in
Swaben, und in alsazzen ist, und allen andern Houbtleuten, pflegern,
undervögten und amptleüten im Ergew, und im Turgow, den diser
brief gezeigt wird, und wellen ernstlich, das sy den egenanten
Abbt, und sin gotshus schirmen, was sy das bedurfen, und in, oder
sins gotshus lüt oder gut nieman lazen angrifen etc. Datæ sunt
litteræ die 28. Augusti anno 1375. Subscriptus Dominus Dux per
se, quibus confirmiter Supremus argoviæ Præfectus austriacus CXXII.
walch, id est walterus, Ze der alten Klingen, anno 1384. per
sententiam contra Rudolfum de Altikon liberavit duas curtes. Monij
in Glatfelden et Zweinthal à pastationibus von den Steuren,
quos exigebat. Ex quibus patet, hæc loca tunc pertinuisse ad Argoviam,
cùm civitas Tigurina teste Bullingero vix aliquid extra muros possideret.
Cæterum Leopoldus probus, quem titulum reipsa meruisse nego Helvetici
scriptores nisi nimium acerbi denegant, gravissimo bello cum Confœderatis
implicitus fuit, à quibus vastatum Kiburgum, Thurgoviam, exustâ villacum
seu Bülach ipse denique Leopoldus, dum suis succurreret, in prælio Lem-
pacensi cum quadringentis nobilibus occisus ano 1386. inter quos numeran-
tur à Aschudio: Fridrich von Ezzingen, Haman von wiswil, Albert von
Rechberg, duo Nobiles de Friburg etc. Albertus cum trica cius frater
obiit anno 1393. Reliquit Leopoldus duos filios, Ernestum ferreum, à
quo posteritas propagata per Fridericum IV. placidum Imperatorem,
Maximilianum I. etc. et Fridericum cum vacua Bursa, qui ad initium
sequentis sæculi extincta linea Lauffenburgo-Habspurgica Advocatus
specialis seu ordinarius Monij nostri electus fuit.

Caput V.

Caput V.

Advocati ordinarij.

20.

Superiori Sæculo vidimus, ad annum 1211. Advocatiam Rhenaugiensem è manibus Krenkingensium redemptam fuisse per Fridericum II. et Imperiali protectioni iterum immediate unitam. Non diutamen perstitit haec à particularibus advocatis immunitas, quod rebus plerumque in Imperio turbatis necesse fuerit vicinum potentiorem Tutorem pro more illius temporis in auxilium vocare, prout et alia Monasteria et civitates Imperiales consueverant. Certum est hoc toto Sæculo Monasterium nostrum Advocatos habuisse comites Habspurgicos ex linea Lauffenburgica sibi succedentes. difficile tamen est ob monumentorum defectum, certam epocham determinare, quo anno' haec illorum Advocatia inceperit: Nihilominus indubitatum videtur, iam vergente

Bohemd. Simler. Muling. praecedenti Sæculo inchoasse, licèt fide Historicorum constet, eandem particularem Advocatiam pro suis descendentibus vehementer affectasse Albertum Austriacum, etiam antequam Imperium adipisceretur. verum opponente se fortiter Rudolfo Episcopo Constantiensi nomine nepotum suorum hoc eius desiderium ad effectum non pervenit.

Itaque Gottfridus I. Rudolfi taciturni filius durante illo diutino Imperij interregno circa annum 1260. Advocatus noster erat: quo mortuo anno 1271. Rudolfus Epus eius frater nomine pupillorum eandem Advocatiam cum cæteris bonis administravit. vidimus. Sæculo praecedenti memoratum Epum sæpissimè Rhenaugiæ comoratum fuisse, ut demonstrat

72. – 78. chartæ pro diversis negotijs ab ipso Rhenaugiæ expeditæ. quod quidem non in Monasterio, sed in arce Rhenaugiensi factum videtur, cum aliæ chartæ circa id tempus datæ de anno 1291. etc. exprimant locum Monasterij: de Rinowe in dem Closter. Cum igitur trx lex ad Superiorem portam tunc sedes Advocatorum extiterit, procul dubio Eius tunc toties ibi commorans advocati munus nomine pupillorum exercuit. Accedit quòd alter filiorum Rudolfus, praemortuo in pupillari ætate Gottfrido, postea hanc Advocatiam veluti propriam et à Majoribus acceptam tenuerit, uti chartæ mox allegandæ haud obscure demonstrare videntur. Etenim

Rudolfum Gottfridi filium possedisse veluti hereditariam advocatiam Rhenaugiensem et arcem memoratam luculenter asseritur in litteris à Joanne I. eius filio anno 1313. pro Stabiliendo dotalitio Noverca

XCIV. Sua Maria ettingensi datis: Die Vesti und die vogtei zu Rinowe, … du unser Vatter Selig Besessen hatte. Et ne de hac re dubitare liceat, confirmatæ sunt istæ litteræ per Fridericum Cæsarem Alberti filium, ipso Bada Sententiam pronuntiante, quibus inter alios testes subscribitur Hartmannus Kiburgo-Habspurgicus Eberhardi filius, ut adeò apud Reliquas duas lineas Austriacam et Kiburgicam in confesso fuerit, advocatiam Rhenaugiensem ad tertiam Lauffenburgicam pertinuisse. Subscriptus denique est ipsdem litteris etiam Lutholdus de Krenkingen, ex prosapia illorum, qui advocatiam usque ad medietatem fermè praecedentis Sæculi tenuerant, evidenti testimonio, jam à Sua ad Habspurgicam demum idem jus fuisse translatum. Occurrit idem Rudolfus Advocatus

LXXXI. noster in charta data anno 1295. post mortem Patrui sui Episcopi tanquam

† Hinc anno 1294. comes iste Habspurgicus Rhenaugiæ emit Dinastiam Balbe à Lutholdo de Regensperg, et adhibuit testes Abbatem plurosque de conventu. LXXX. occurrit p.

tanquam testis subscriptus praeter conradum Abbatem nostrum, his verbis: Rudolfus comes de Habsburg Domicellus, ubi nempe Rhenaugiæ Luitholdus de Reggensperg Monachio S. Blasij vendidit curiam in Eschinon seu Eschingen. Item in charta de anno 1210. ubi Comes Rudolfus de Habsburg filius Joannis Chuonrat capaces feudi masculini facit in aliquo bono sito in Balbe enzwischen desgotshus gut von Rinowe. Testatur quoq; eius filius Johannes in litteris de anno 1220. das unser herr und vatter grafe Rudolf seligr dem gotshus ze Rinowe 120 wildebaren herren Lutolt seligen tochter halbe gab und geben hat. Denique iam semel monuimus, eadem Rudolfum anno 1210. ab Henrico Imperatore confœderatis Uraniis, Suitensibus, et Subsilvaniis fuisse datum Præfectum Imperialem: at factione quorundam, ut nonnulli scribunt Austriacorum, anno 1212. ab eadem præfectura amotus fuit teste Tschudio: da er den Schweitzeren sehr lieb war. contulit se deinde Rudolfus in galliam, paulo post die 22. Januarij anno 1314. in Montepessulano vulgo Montpellier mortuus, et in sepulturam Maiorum ad Monachium Wetlingense relatus, relictis duobus filijs Rudolfo, et Joanne.

Rudolfus eius filius vix biennio superstes saltem hoc videtur advocatiam suam manifestasse, quod Rudolfum de Radegg Rhenaugiensē patriū, sē Magistrum scholarum in Einsidlen à Suitensibus captum liberari petierit; sunderlichen den Meister Rudolfen den schulmeister, der uns von Eigenschaft wegen XCII.

Rationes, quas Hergottus to. 1. gen. pag. 238. et 239. affert, graves sunt, quibus probat nullum Rudolfo filium fuisse Rudolfum, adeoq; hanc chartam Patri adhuc viventi adscribendam esse.

XC

fol. 270. col. 1.

XCV.

XCVI.

ist. date sunt litteræ die 12 Martij anno 1314. Hæc nihilominùs charta viros eruditos in partes divisit. eius enim auctoritate Chr. mus F. Rustenus cum P. Hergotto defendunt, Rudolfum Patrem primum anno sequenti obiisse, quòd existiment hanc chartam abeodem hoc præsenti anno fuisse datam. Contra Dñus Dñus Zurlaubius Mortem Patris relinquit, iuxta communem opinionem anno 1313. aliam, et chartam præsentem non Patri sed filio attribuit, ex ea maximè ratione, quod Rudolphus Pater se nunquam Dominum Rapperswilæ, ut in his litteris contingit scripserit. Licet porrò hæc ratio non subsistat, cum ex charta de anno 1256. constet, post mortem primæ coniugis hæredis in Rapperschwil eundem titulum abeo usurpatum, laisse; nihilominùs nulla cogit necessitas, ut chartam Radeggij Patri et non potiùs filio tribuamus, qui ab Hartmanno primum recensetur occisus die 15. Nov. ano 1315. apud Morgarten, quandò Luipoldus Dux Austriæ ulturus iniurias, quarum occasione Radeggius captus fuerat, Monachio Einsidlensi, cuius advocatus erat, illatas, Suitenses cum Confœderatis infelici prælio adortus est. Tschudius idem referens Rudolfum ibi occisum die este vocat fratrem Joannis, adeoq; à Patre bene distinguendum.

Joannes I. defunctis Patre et fratre solus Advocatiam Rhenaugiensem possedit, quam eodem anno 1315. pro hypotheca dotalitij Adelheidæ suæ, ut supra vidimus, confirmavit: uf du stand, du si von unserem vatter selig einmals in unnatte, dem hof zu Martel, di vesti und die vogtei ze Rinowe, di vesti ze Biberstein, mit lüt und mit gut etc. umb ein und zwenzig hundert march gutes silbers. laisse porro eandem Advocatiam feudum imperij, testatur his verbis: Die wil von dem Römischen Rich ze lehen han, litteræ datæ sunt die 7. Junij. verum eodem ano et mense die 18.ta ejusdem pactum mutuæ successionis idem Joannes pepigit cum Wernhero Comite Hombergij fratre suo uterino, in omnia bona, quorum præcipua exprimuntur comitatus Cleggoviæ et Advocatia Rhenaugiensis. confirmavit hæc pacta Fridericus Rex constantiæ his verbis: vice versa idem Joannes ipsi Wernhero comitatum suum in Klettgow ac advocatiam

ac advocatiam

advocatiam in Rinowe, et generaliter omnia talia feuda, quæ à nobis et Imperio dicti comites tenent, et possident, et tenere ac habere debent, accedente ad hoc nostro consensu et auctoritate expressis, per manus nostras Regales unus alteri resignit ac legavit, quod vulgariter dicitur

GIII. 13. ain gemächede. Supra iam vidimus, hunc Joannem confirmasse donationem cuiusdam Comitissæ proprij plactam Monasterio nostro anno

Hergott f. 633. 1320. anno 1325. Quædam liberaliter donavit Hospitali Schaffusiensi sitain Balbe, ubi se nominat: Wir Hans Landgraw vom

† quem titulum hic primùm ab eo usurpatum testatur Hergott. gen. dipl. to. 1. pag. 241. Kleggoe. † Schudius ad annum 1322. sic scribit: Graf Hans von Raperswil und Lauffenberg müste Herzog Lupolden wider die waldstett zu helffen versprechen, aber er tett inen wenig. Nihilominùs cum Tigurinis bello implicitus fuit, à quibus primo prælio victor dum Spolys inhiat, superatus et occisus fuit apud Grinau añe 1337. Sic breviter Schudius: Graf Hans ward an S. Matthæus dtag vor Grinau erschlagen, morendes an S. Mauritzen dtag von Agnes seiner gemal und Kint begraben: scilicet wetingam pro sepultura delatus. Eadem vidua et filij pro eodem Joanne advocato nostro, omnibusq; antecessoribus suis, nec non pro se ipsis, anniversarium perpetuum

CIX. Rhenaugiæ anno 1348. fundarunt, de quare egimus supra C. I.

Verùm hæ ipsæ istius fundationis litteræ demonstrant, filios Joannis I. nempe Joannem II. Rudolfum, et Gottefridum simul post mortem Patris Advocatos Rhenaugienses fuisse, aiunt enim: und haben unser burger von Rinow geheißen, das sy dien egenanten herren, des gotteshus ze Rinow, geben sont die zehen march silbers, die sy nu werdent geben ze nechsten Sanct Martis tag, die sy uns schuldig sint von Aür wegen. Negq enim vel cives Rhenaugienses suos vocare, vel præstationes ab ipsis exigere potuissent, nisi titulo advocatiæ. Jam verò anno 1311. Joannes

CVI. II. Andreæ et Eberhardo Hoppeler nitodurensibus patribus facultatem dedit oppignorandi bonum feudale pro dotalitio triginta et unius Marcharum argenti Filiæ Conradi Grunis de Rinowe uxori dicti Andreæ. anno 1350. Joannes comes, dum Nobiles Tigurinos à plebe eiectos et ad se Raperswilam confugientes restituere occulta quadam machinatione niteretur, reprodita Tigurî captus fuit, tandem post biennium liberatus, molestiisq; factus, Raperswilam à Tigurinis interim penitùs destructam Alberto Sapienti Duci Austriæ añe 1354. vendidit. Eodemq; anno Joannes unà cum fratribus Rudolfo et Gottfrido ius directum in bonum quoddam in Martelen remisit,

CXII. quod Rudolfus de Athlikon Monasterio tradiderat, ut litteræ cum sigillis eorum appensis adhuc demonstrant. Negq; simultanea eorum advocatia diutiùs duravit, divisione bonorum hoccurrente anno inter se facta.

CXIII. Gottefridus igitur solus ab anno 1354. Advocatus noster fuit, cui Rhenaugia obvenit. Joannes præter novam Raperswil, quam statim vendidit, obtinuit arcem Griffenberg et Clarenensem dictionem, quam hypothecariam Habspurgici ab Austriacis tenebant, Pars Rudolfi fuit Dinastia Lauffenbergia cum cæteris

ad arulam

arulam flamen sitis, nec non comitatus in dem Sissgau, cum obliga-
tione annuatim (quatuor) quodecim Marchas Sesori Agneti der Juinsboven
ze Seckingen. Gottfrido denigs cessit vetus Kaperswil, cum Marcka,
die Statt ze Rinow et comitatus in cleggau. Civitas Rhenaugia
aliter intelligi non potest, quàm ex jure advocatiæ in Monasterium.
anno 1362. Gottfridus vocatus Landgraw im cleggo in litteris datis Herrgott fol. 705.
auf dem Landtag ze wilmadingen in favorem Friderich des Rot
Edelknecht von gravenhusen; testes subscripti: Joannes von Kyn-
Kingen der Edelsseysher, Hue et Heman Ritter von Griessheim.
Eodem anno omnes tres Fratres Joannes, Rudolfus et Gottfridus jus di- CXVI.
rectum in molendinum Martellense, quod Hainricus de Aitlingen
Monrio donaverat, libere remiserunt, um die fründschaft und liebi,
so si zu dem Gotzhus hatten: quod tamen non obstat, quin Gottfridus
solus tunc Monrij advocatus fuerit. cum ex pactis divisionis bonorum CXIII.
constet, litteras præsertim feudales nomine omnium fratrum fuisse
expediendas.

Anno 1363. Rudolfus solus factus est Advocatus noster, quando Gottfridus
Frater ei vendidit hæreditatem suam in cleggau. Litteras asert Clarissimus Her- fol. 726.
gottus ex Archivio archiducali Ensipontano, quæ ratificatæ sunt, ge-
fferget, coram Magistratu Scafhusiano. Eiusdem Rudolfi advocatiam
evidenter probat compositio litis, quam ipse solus fecit inter Abbatem CXC.
et conventum Rhenaugiensem, quæ quidem litteræ datæ erant, sed per-
peram à Maioribus nostris repositæ sunt ad annum 1362. constat enim,
eas differendas post annum 1363. quando Rudolfus unacum cleggoria
advocatiam Rhenaugiensem à fratre Gottefrido obtinuit. Refert fol. 370.
Tschudius, Rudolfum nostrum iam ano 1370. ab Hermano Abbate con-
stitutum fuisse advocatum Monij S. Galli. In libello Judiciali contra M1. n. 55.
Sulcenses comites dicitur, Rupertum Cæsarem ante septuaginta circiter fol. 248.
annos contulisse Loffenberg, den Schwarzwalt und Rinow, quod fieri
debuisset intra annos 1270. et 1280. Erratum in nomine Cæsaris iam
supra monuimus, et loco Ruperti ponendum aut Carolum IV. aut
eius filium wenceslaum.

Inter sæpè memoratos tres fratres Habspurgicos primus sine
liberis obiit gottfridus anno 1375. deinde Joannes II. 1380. relinquens
filium unicum Joannem III. qui ad distinctionem patris Hensle
vocabatur. Rudolfus denigs decessit ano 1380. qui itidem filium uni-
cum reliquit Joannem IV. dictum. Hic unacum cleggoria Rhenaugien-
sem advocatiam ex hæreditate patris obtinuit. anno 1380. fecit pacta
mutuum cum Joanne III. patruele suo, ita ut ipsi donas et Kyn- CXXIII
Kingen die vesti mit dörfer und lütten, so pfand ist von der
gnädigen Herrschaft von österrich, soden Rinowe die Statt mit der
vogtie des Klosters daselbs. Econtra Joannes III. seu Hensle der
Aeltere donavit Joanni IV. seu Hans dem Jungeren das Schloss Rot-
tenberg, und die Herschaft, die auch pfand ist von osterrich.
Nihilominùs alter alteri ad dies vitæ in feudum restituit, quod do-
natum acceperat, sub annuo censu duorum anserum in festo S. Martini
præstandorum. Verum hæc pacta ex parte Joannis III. ad effectum
non pervenerunt.

non perveneruntᵗ eodem sine liberis præmortuo circa annum 1395. ita ut Joannes IV. ad finem usq; advocatus noster persisteret. Quod Habspurgici pignora Austriaca obtinuerint, causa erant bella contra Tigurates, in quibus cùm multa servitia impenderint, in solutionem expensarum oppignorata plura bona fuerunt. Sic teste Tschudio Leopoldus Rudolfo Habspurgice in pignus dedit den Schwarzwald anno 1378. Winastiam Kyen. Kingen iam Subinitium huius Sæculi ab Alberto huius Sæculi Cæsare emptam fuisse tradunt. Rottenburg verò primùm anno 1377. comes de Hochenberg vendidit austriacis teste Trithemio ad hunc annum.

GIV. 25. Itaq; Joannes IV. anno 1369. Abbati nostro Curesel vendidit hominem proprium Hansen Raitman pro 14. libris Steblor. anno 1405. cum consensu

CXXV. coniugis Suæ Agnetis de Hochenlandenberg, et utriusq; Sigilla, commutationem fecit cum eodem Abbate et conventu, freundlich, lieblich, und gütlich, recepit nimirum duos modios tritici, et duos siliginis ex Sarcello in Rinsfelden ad Monasterium pertinentes, et vicissim dedit quinque modios Siliginis von dem Hof ab dem hinderen dietenberg. Eiusdem Joannis

CXXVI. authoritate anno 1405. die 28. Julij habitum est Judicium provinciale.

gen. dipl. vol. uf der Rinhalden by Rinow, ubi Haini, non verò Han ut scribit Hergottus,

III. CMXVIII. am weg Se et omnia Sua Rhenaugiæ tradidit. appensum est Sigillum eiusdem comitis, quod ex archivio nostro exhibet Hergottus to. 1. tab. 19. n.

CXXVII. 458. Eodemq; anno et quidem primus, nempe Sabbato post Festum Corporis Christi, Joannes comes donationem fecit Monasterio, concedendo Stencin et vrenen proprietatis jure sibi competentes. Denique anno 1408. Rupertus Rex

CXXIX. Romanorum feuda Imperialia impertitus Constantiæ die 27. Martij Joanni IV. Habspurgico, inter quæ numerantur: der Zolle uf wasser und uf lande, und die Manze zu Rinow als das von alter her Komen ist. adeoq; titulo advocatiæ, quem super Monasterium possidebat. Hanc quoq; Ruperti Cæsaris concessionem in libello Judiciali contra Sulzenses intelligi, credibile est. Mortuus est paulo post nimirum die 18. Maij eiusdem anni Joannes IV. ultimus omnium ex Stirpe Habspurgo-Laufenburgia, unicam relinquens filiam Ursulam Matrimonio postea iunctam Rudolfo Hartmanni comitis Sulzensis filio. ex qua re plurima mala accita Sunt Monasterio, cum advocatia delata fuerit Friderico IV. archiduci austriæ, ut Sæculo Sequenti videbimus. †Interim patet, Sub nullis advocatis hactenus Monasterio nostro licuisse esse quietiori, quam Sub Habspurgicis.

Hisce diebus reperta Sunt quædam Litteræ quibus involutum seu compactum erat votus quoddam urbarium. In his Agnes de Habspurg nata de Landenburg oppignerat dotem Ecclesiæ den Kirchensatz zu wil auf dem Raszerfeld, pro mille florenis acceptis, ut exinde quotannis solvatur census quinquaginta florenorum Henrico Tetti Koser constantiensi datæ Sunt litteræ anno 1329. fidejussores: Albertus de Breitenlandenberg cognatus Agnetis, et Joannes de Homburg: præterea Subscripti. Jo. de Jengen: hans Truchsess: Wesenberg. Qua ratione hæ litteræ Rhenaugiam pervenerint, nondum constat. †Tetti Kosers nobilis est familia constantiensis, quam adducit Bucelinus in chronologia constantiensi ad annum 1342. ubi et Sequentes memorantur, ex quibus postea quidam Religiosi Rhenaugiæ vixerunt. Engelin de Engelse: Marzer de Salenstein: de Freyburg: de Lindau: Herdler p. m. et anno 1342. Diethelmus de castell Abbas Divitis augiæ.

Caput VI.

+ Annus ac dies emortualis ultimi huius comitis Habspurgici teste Hergotto gen. dipl. to. 1. pag. 251. ex Solo Rotulo Rhenaugiensi seu libello Judiciali constat, in quo Sequentia leguntur: an. D. 1408. acht tag vor urbani do starb graff Hans von Habspurg.

+ Similes adsunt in archivio nostro Z1. 12. de anno 1447. ubi Ursula Agnetis filia eiusdem Cæliæ dotem oppignorat Conrado Hovenschilt dem Landschreiber im Clegau. Porrò Agnes ultimi Habspurgici uxor Rhenaugiæ Sepulta fuit teste Guillimanno l. VII. cap. VI. apud Hergott t. 1. pag. 251.

Caput VI.

Feuda Saeculo XIV. collata.

28.

Feudorum recipiendorum incapaces adhuc dum fuisse habitos monachos, ex supra dictis constare potest. At non sic se res habuit de feudis conferendis, quæ hoc Saeculo copiose occurrunt, licèt eo tum sit, iam superiori Saeculo eam consuetudinem invaluisse, parcè tamen litteris expressam. Ratio huius, ut videtur, corruptelæ, quæ non in exiguum damnum Monasterij exercevit, esse poterat, tum ut plures adjutores rebus ut plurimum confusis adhiberentur, & quæ ex ratione viri eruditi judicant inevitabilem tunc fuisse vasallorum fenè meritis remuneratio impenderetur, quain re non raro affectio erga consanguineos se se insinuabat: tum qui à nondum Abbat esant cellarij adhibitis scribis Saecularibus jurisdictionalia per se ipsos exercebant, unde advocatiæ seu præfecturæ sæpius concedebantur Nobilibus in feudum, in defectu Advocatorum, qui hoc Saeculo segnius se se negotijs Monasterij intromittebant. in feudationem, tum ut &c.

Extat adhuc in originali liber Feudorum in pergameno, conscribi cœptus anno 1350. Sub Abbate Henrico de Nevenburg, cuius feuda prædicto anno collata folio primo exhibentur. Sequuntur deinde alia usque ad folium 16. diversa manu tam pro præcedenti quam subsequenti tempore confuso ordine adscripta, intermixtis etiam quibusdam urbarij initijs maxime pro hominibus proprijs et Fiscatoribus. omnia tamen hoc Saeculo concludi videntur, cum prædicta pagina 16. incipiant feuda ab Hugone Abbate ad initium Saeculi sequentis collata. adduntur denique reliqua magno numero usque ad Abbatem Bonaventuram. Nos quantum fieri potuit, in hoc Saeculo consistemus, nec omnia, sed præcipua tantùm, et quæ observatione historica digna sunt, recensebimus, adhibitis aliis nostri archivij documentis.

Nobilia feuda Rhenangiæ existentia recensentur fol. 8. omninò duodecim, quæ quod omnia simul collata sint, sequi videtur ex eo, quia una simul manu inscripta sunt. En singula:

Die Ritter Lehen zu Rinow.

Item von Müllinen is Ritter lehen mit sinem zugehört, und hat och den pflantzer mit sinem umgriff. — Müllenen.

Item von aitlingen is Ritterlehen mit siner zugehört. — Aitlingen.

Item von Mandach is Ritterlehen mit p. — Mandach.

Item Brümsin is Ritterlehen p. — Brümsin.

Item die im winckel etc. — winckel.

Item die von griesheim etc. — griesheim.

Item die von Henckart etc. — Henckart.

Item die von Ört etc. — Ort.

Item die Ösler etc. — Ösler.

Item die von Jestetten etc. — Jestetten.

Item die von Tiesbach etc. — Tiesbach.

Item Rudolf Schulthas von winterstur das Ritterlehen, das die von Altis mit siner zugehört ingehebt hand. — Schulthais Altis.

Folio 11. aliqua horum feudorum enumerantur, forte à Superioribus accepta, et additur aliud:

Er hat 1/2 Ritter lehen, Joannes von Balm Eines. — Balm.

Hæc eadem feuda repetuntur folio 73. et 74. manu Saeculi sequentis tanquam hoc Saeculo ab illis familijs possessa. videntur fuisse singula domus speciales istis Nobilibus veluti vasallis concessis

concessæ, quæ ubi nunc existant, quis divinabit? tentare tamen licet, an aliquæ saltem designari possint.

Das Ritterhaus dem von Müllinen proculdubio Situm fuit in der au; sic enim legitur fol. 77. collatum fuisse feudum dem herren Haman von Mullinen, gesessen zu disen Ziten zu Brugg, das Ritter lehen gelegen in der au, das vor war dessen in winckel. et additur: anno 1425.

Castell. idem feudum collatum fuisse Hamani de Mullinen filio in presentia Joannis im winckel, et Wilhelmi im Turn. fol. 48. Hæc leguntur: ain gut se costerlingen hant vor Ziten ingehebt der von Müllinen von Castell. Hæc Domus modo interüit, et quondam Sita erat supra Nenglinshalden, ut modo vocatur, prout colligitur ex alio textu eiusdem libri feudalis folio 73. ubi Sequentia leguntur: Item es ist ein husgestanden in der ow, haut der im winckel ingehebt, haist yetz der lang agger, und haut den inn der Landawer, was auch etwan der von Mullinen.

Das Ritterhaus von aitlingen fuit auf der halden, ita legitur folio ij. Hainzlis Hus von aitlingen uf der halden ist lehen. et folio 73.

Spät. conratz von aitlingen hus, das der Spät ingehebt haut, und yetz clewi von ow genant abent von Ellikon empfangen. foliotamen prius citato ij. aliusquoqs de aitlingen nominatur: so het ir Johans von aitlingen ains, scilicet Ritterlehen, nisi forte duæ Domus eiusdem familiæ fuerint feudales. Folio 80. occurrit quædam domus uf dem Rain, so Ritterlehen, und denen von Spät gehört, ist anno 1498. dem Hansen Flisser alt Schulthais zu Rinow verlihen worden, welcher einen adelichen tra-

Jänteler. ger georgen Junteler Stellen müssen. R. P. Xenner notat hoc feudum postea devenisse ad wellenburgios, ac demum anno 1630. defitiente masculo hærede ad Monirium redüt. Suspicor hanc domum uf der Halden und auf dem Rain fuisse eandem, et forte illam, quæ Sita est supra Rhenum à Sinistris descendibus ad pontem.

Das Ritterhaus von Mandach probabiliter est illa domus, quæ nunc das alte ambthaus vocatur, ubi Ludimagister pueros instruit; sic enim legitur fol. 87. hoc feudum anno 1496. collatum fuisse Sebastiano de Mandach, quod eius Pater Henricus habuit iro hus zwischen Frostnegg und Schulthais Flissers hus gelegen mit aller Siner nuzung und zugehört, so ein Ritter lehen ist. addit P. Xenner: dis lehen hat das gotshaus an sich erkauft anno 1612. Hoc feudum antea habuit Haman von Mandach, Pater Henrici, ut scribitur fol. 73. Pater Hamani probabiliter etiam vocabatur Henricus, cui aliud quoqs feudum adscribitur fol. 10. his verbis: Hainrich von Mandach hat zu lehen die Rütti zu dorff, und was darzu gehört.

Das Ritterhaus von Brümsin incertum qualis domus intelligatur, de qua simpliciter quoqs fol. 73. habetur: Item die Brümsi hand ain Ritterlehen gehebt.

Das Ritterhaus von winckel probabiliter alia domus non fuit, quam quæ Stetit auf der au in dem langen acker, et post modum ad familiam de Mullinen devenit, de quo vide Supra das erste Ritterlehen.

Das Ritterhaus von grieffshaim non aliter explicatur, quam quod in civitate Situm sit fol. ij. Herr wernher und Joannes von grieffheim hand der Ritterlehen zu Rinow ainer der hüser, so in der Stat ligent.

Reliquorum

27.

Reliquorum domus Equestres nullo indicio designantur, cum autem adhuc dum supersint, quæ illud nomen retinuerunt, proculdubio singulæ singulis familiis in feudum data erant. Sunt autem sequentes. Das wald Kirchish grosse hauss, quod modo est liberi Baronis de Schrofenberg eius consortis de Diessbach, cuius antecessores eandem aut similem domum ut vasalli Monasterij possidebant. Item ex uno latere das Haus auf dem Buck: ex altera, das, so dem Sebastian Kempf gehört: à fronte an dem Kor̃ das Koleren haus, quam Præfectus Monasterij inhabitat; denique das Stuldishe haus bey dem oberen Thor, quod est Josephi Meyer chirurgi Monasterij. Forte sequentibus Sæculis, ubi eædem domus ad alias familias Equestres devenêre, res clarius patebit.

Præter enumeratas domus Equestres alia fol. ij. assignatur familiæ de Balb: so het in Johans von Balb eines. de qua scribitur fol. 70. Der von Balb oder von Möslan hus, haut hans widmer, genant Bantli, und jetz conrad grubler. antequam Rhenaugiam deseramus, alia feuda hoc Sæculo ibi collata sunt adducenda, in quibus familiæ nobiles, aut saltem antiquæ Rhenaugienses occurrent.

Anno 1300. ab Abbate Henrico de Newenburg fuit collatum feudum Nicolao de Trüllicon Trullicon. sin hus und den wingarten in der owe ze Ringwe. Cius filio Rudolfo de Trullikon ab Abbate secundo de aitlingen adscribuntur in Eglishaldum apud pontem vinea et pomerium. ubi notandum, Eglishalden modò vocari Nogelishalden, pontem verò antiquitùs immediatè sub illo clivo Rhenum transisse ad alteram ripam, ubi rivus Schalmengraben dictus influit in Rhenum, ita ut via Regia transiret per altenburg. quæ aperte colligantur ex ijs, quæ hoc eodem codice dicuntur fol. 58. de antiquo et novo ponte erecto Sæculo sequenti, quandò occasione incursus bellici ille prior fuerat dejectus. Domus Rudolfi de Trullicon, utrum eadem sit, quæ fuit familijs de winckel et Mullinen, me latet; certè ut notatur folio citato unacum vinea destructa fuit et in agrum mutata, qui adhuc dum pro censu annuo solvit ein Eimer wein testem vinearum priscarum. Idem Nicolaus de Trüllicon simul ab Abbate de Newenburg acceperat ein Hof und huss ze Trüllikon, ein guot ze Godmanshusen etc.

Eodem anno Hainrich der Jacks, cunrad und Peter sin bruoder hant einen wingarten in der owe zwischen des linggen und des honings wingarten.

Ad finem hujus Sæculi in feudum obtinuerunt Rhenaugiæ Hug Buocher conrad des Buochers sun ain Bumgarten halben an den Kugelhof und den anderen halb tail hans Spichmaister. fol. 2. der alt Lepser ainen wingarten hinter sinem huse.

Berchtold der Schnezer von Schaffhusen den infang ze Rinow, das Schnezer. oberhartes des Brüen was. fol. 3.

Cunrad sun der Jung von Meckingen liet das hus in der owe ze Rinow, den Boumgarten, den mann spricht der Münlicher Michels halden ain tail. Meckingen.

Dictus Rüdli ainen Boumgarten hinter des weibels huse. fol. 4.

Hinrich Rubli dimidiam partem an Michels halden. fol. 9.

Hermann Spichmaister den Kugelhof in der ow.

Der waldshuoter des Siblingers wingarten zu Rotlouben bi der mutigass.

Cuonrad von Kass den urzacher vor dem tor, den unteren garten.

Hans

Hans Spichmaister het ze lehen des linggins hus. fol. ii.

His de feudis in civitate Rhenaugiensi expeditis, convertimus ad alia in alios locis: inter quæ præcipua sunt, per quæ advocatia seu jurisdictio minor concedebatur, veluti contigit in Altenburg, Martelen, Benken, Truttikon, Andelfingen, Torlikon, Bülach, Eglisau, Zwental, Glattfelden, Höri, Seglingen, Buckberg, Ruedlingen, Ellikon, Mettingen, Wiechs, Flachet volken. etc.

Aitlingen. Advocatiam in Altenburg emit per D. marchas argenti Henricus ab Aitlingen secundus anno 1352. à Nobili Dña Catharina de Krenkingen, sedem Abbatissæ statim consanguineis suis in feudum concessit, donec eo mortuo anno 1380. Monrio restituetur. M. I. S. aliud feudum hoc sæculo ibidem recepit con-

Meckingen radus de Meckingen nimirum hofstatt und acker: item ipsius filius wisen und äcker, die des Kuderer buwet. fol. 3.

In ober Martelen advocatiam receperunt Herman et Wilhelm

am Stad. am Stad von Schaffhausen, item prædium in nider martelen. fol. 3.

gachnang. walter von gachnang habet advocatiam quatuor prædiorum in

Fritbold. Martello. fol. 2. Fridbold Hermans seligen sun von Scaffhusen hat ein guot ze Martelle, und ein schuopposse ouch ze Martelle fol. 1.

Keller. walters des Keller sune hant den zehenten ze Martell uf der

Mörler. Kesin un huobe. fol. 1. die Mörler von Schaffhuse habent bonum in Martell. fol. 3.

Advocatia in Benken iam ab initium huius sæculi data fuerat in feudum Nobili Equiti de warthe, ut ipse testatur in litteris

warth. adhuc extantibus charta CII. Verum Rudolfus Epus constantiensis, non ille de Habsburg, sed à Montfort, qui anno 1318. in schismate electus, et anno 1330. veluti favens Ludovico Bavaro excommunicatus fuerat, eam advocatiam sibi vendicavit, promittens, daturum se Monrio æquivalens in Rorbis, sed non servans. Mortuus est arbonæ Epus anno 1331. non vero anno 1333. ut vult Bucelinus in chronol. const. cum in hac charta nostra iam insinuetur defunctus: und wir sy bischof Rudolfen seligen von constent geben, und das bischof Rudolf seligen sprach etc. absolutus viginti annis post mortem ab excommunicatione Rudolfus fuit. Restitutam porrò advocatiam in Benckenope huius viri Nobilis de warth constat, nam data fuit in feudum Henrico Fridbolt ut scribitur in nostro codice feudali fol. 10. Cæterum aperte ex istis constat, plurima feuda antehac fuisse collata, quæ in hoc libro non continentur, cum Nobilis de warth nusquam compareat. Idem Fridbold aliud

Fritbold. bonum in Benken in feudum habuit. fol. 1. †Joannes Kolb het ze lehen

Radegg. †der zehende ze Benken der des von Randegge was, der ist zins aigen, und gilltet ain pfund wachs ad die custrye. f. 2.

ain guot, lit ze Benken, haisst des Gundelhartes guot. fol. 5. Item

Balm. otto von Balb, vel Cunrad von aitlingen het ze lehen ein guot ibidem.

Advocatiam in Truttikon habuit Joannes Truchsoss von Diessenhofen, qui dicebatur de westenbach, fol. 4. Item etiam in Truttikon

Westenbach. et örlingen, ut habetur fol. 67. item in Klein andelfingen ex foliosis.

†in litteris oppignatitiis Agnetis de Habspurg de ao 1329. Truchsessij dicuntur de wesenberg; ergo eadem familia.

quæ feuda

quæ feuda postea Nobilis de Landenberg obtinuerant. Idem Truch- Landenberg.
-sesius curiam in gross andelfingen titulo feudi habebat, et transiit
per Juram das Var ibidem, quod annuatim solvit quatuor modios
avenæ. Anno 1330. feudum recepit Löwe Peters seligen Sun von Löw.
Schaffhusen den bülhof ze örlingen fol. 1. die von Schitterberg hant Schitterberg.
ain zehenten ze andolfingen uf ainem guot. Hirid von aitlingen Aitlingen.
hat ain huobe ze Trulli Kon. Rudolf de Trullikon nomine feodi
in gottmanshusen prospè Trulli Kon. Scholasticus nostes habet an huob
an dem Ran ze Trulli Kon fol. 1. quis iste Scholasticus seu Moderator
scholæ fuerit sub Abbate Secundo de aitlingen, postea patebit. Hans Brun- Brumsi.
-msi ain huob ze Trulli Kon. fol. 2. Her Hermann von Liebenvels Ritter Liebenfels.
hat ain huob an der Blattun zu Trullikon. Heinrich von urzach hat urzach.
ain huob, da die Knaben von Rusun ussizend usdem Kilchof ze Trül- Egbrecht.
-li Kon. Her Egbrecht der Schulthais von Schaffhusen hat ze lehen im Turn.
Rublis bühel by andelfingen. fol. 3. Joannes in dem Turn von ande- Buoch.
-lfingen hat ze lehen des Richters guot. f. 4. Hainrich von Buoch ain Lang.
hof ze gottmans Lugen. Hainricus Lang de Seglusa habet feodum pratum
in Trulli Kon f. 8. Andres Hopler und Peter von willeberg hant an guot Hopler. welleberg.
ze Törli Kon by andolfingen f. 9. Hainrich von Mandach hat ze Mandach.
lehen die Rütti zu dorf by andolfingen. fol. 30. anno 1371. haben
Albrecht und Lupold Herzogen von osterreich Elsbethen witwen des
Truchsess von Diessenhofen ir gelt ir hof zu gross Andelfingen
per 580. ℔. ausgelöst. VIII. n. f.

Conrad am Lewe habet advocatiam in willach, id est Bülach sub Lew.
Abbate Secundo de aitlingen. fol. f. idem repetitus fol. 44.

Idem Conradus Lewe habet advocatiam in Buochberg, Ruedlin- Jongen.
-gen, Ellicon, f. f. Dominus Hainricus, modo Joannes Nobilis de Jongen
habet nomine feodi advocatum in Buochberg, in Ruedlingen, in Ellikon,
in Eglinsowe curiam nomine advocatiæ, et advocatiam in glatfelden
in Zweindal. fol. 8. Item Jung her Hans von Jongen habet advo-
-catiam hüri, et Seglingen, glatfeld, Zwein dal. Jam præcedenti
Seculo nimirum anno 1286. aliquod feudum collatum fuisse in
Buchberg Jacobo Sunnen fro, sub loco dictum est. fol. 9. ad finem
præsentis Seculi Joannes von Sula habet Buochberg et alia feoda Zulach.
fol. 10. Zu Loufen.

Joannes von Münchingen hat 2ª lehen ain vogtag über ain guot Munchingen.
ze nidra Mettingen, das der Ritter buwet, und ain guot lit in dem
selben dorf, das cunrad selig in der gassen buwet. fol. 2. idem re-
-petitur fol. 47.

Löwe Peters seligen Sun empfengt ze lehen anno 1300. die vog- Lew.
-tai ze wiechse, da der griebiler ussizet. fol. f. fol. 87. Sequentia
habentur: Her Hans von Randegk ain Vogtye ze wiechs, da vor Randegg.
ziten der grübler usgesessen ist, hand ingehebt, die leven, und
Swager f. id est post Lewen f. von Schaffhusen, ussizen idem ac an- Schwager.
-dern significare, ex litteris feudalibus patet.

Advocatia in Flachtal, id est Flach et volcken, et ad pertinen-
-tia, paulò post donationem ab Alberto Cæsare anno 1298. factam,
collata fuit Sulzensibus persolutâ pecuniâ, reservato tamen jure Sultz.
feudali: anno 1351. Rudolfus et otto Fratres de Sulz idem feudum
vendiderunt walthero de Gachnang Hartmans Sun zu Goldenberg, Goldenberg.
ut refertur

VIII. n. 119. ut refertur in dem Klag-libell dem von Rinck wider Zürch, adquos tandem devenit istud feudum. Patet iterum, feuda antiquiora in libro feudali deesse, nec omnia huius Sæculi accurate inscripta; cum primum sequenti Sæculo eius collatio recenseatur, habentur tamen alia feuda eodem in loco. anno 1330. empfangt Nicolaus von Trillicon ain vogteye ze ulahe, quod intelligendum de particulari quodam prædio. folio 1.

Hettlingen. Eodem anno empfangt uolrich von Hettelingen ain huobe ze Sala vel curiam. Sala in dem Nachthal situm est, et cortasis derivatur à terra Salica, quam Dezing in der Reichsgeschicht. fol. 119. vult dictam esse eam dem Saal, quæ erat præcipua pagi portio, cuius possidendi Salij masculi erant capaces. Idem feudum in Sala ad finem huius Sæculi datum fuit Joannì Eckardi filio de ulme, quæ solvit X Crusta, veluti hæc

ulm. Imedingen. sorte habet Hans von Imedingen. Otto von Balde het ze lehan das

Balm. guot ze Flach. fol. 2. notatur alibi hoc feudum sollen vor zitten die

gachnang. chorherren zu constentz gehebt haben. walter von gachnang, ille ipse, qui advocatiam emeratem empfangt ain guot ze Flach, da die schmitti uf stat, gilt 1. mod. Trit. fol. 3. Idem habet lignum in Stornack apud alta, id est alten.

Præter ista loca, in quibus advocatia data est in feudum, sunt et alia plurima hoc Sæculo collata, quorum aliqua subnectimus. Conradi

Schwager. Swagers filius de Scafhusa habet feodum Stilitz dictum in Nydra Stat.

Steiner. alhuser. f. 4. Der Steiner und der alshuser von Diessen hoven hant ze lehen

Fritbold. ain huobe ze ossingen. fol. 8. Hainrich Fritbolt den zehenten ze

ohan. wilgenspuh. fol. 10. ibidem iam priùs habuit Ohan von Schafhusen ain Schuppos. fol. 3.

Ze Jestetten hant Berchtold und Johans die tursendaler ze lehen

ij Juchart aker gelegen an den Biden, und ain wingarten. f. 2.

am Stad. Egli am Stad hat an guot an huob von uns ze Jestetten. f. 4. Johan

Tula. von Tula habet aliquid in Jestetten. fol. 10. Otto von Balde hat zu

Balm. lehen den wingarten, und ain anders guot ze Balm. die wid in

Barshlat, das guot im volkenbach: ain gültli ze Lienhan. pratum

in Cottstetten, et domum in Balm. fol. 2.

Stuelingen. In Etzingen Johannes, otto, et fratres sui de Stuelingen habent bonum,

Schnezer. quod colit Johannes Völki, et solvit v. mod. trit. fol. 2. Berchtold Schne-

Wessenberg. zer hat zwen tail des werchzehenten zu Etzingen. f. 3. Niclaus de Trul-

Schneveli. likon Schuppose in wiswil. Hug von wessenberg hat ain zehenten

Fridrich. ze Riederen. fol. 1. Hans Schneveli de Scafhusa, et anno 1397. Jo. Fri-

Sulz. drich de waldshut habent bonum in Harthusen et Etzingen, quod sequenti

Burr. sæculo habuit Hainrich von Sultz halbgraf. O. L. n. 23.

gestlingen. Ze Berwangen ain wise, ain Schuppose, und ain wingarten hat Burr

Endinger. von Schafhusen. f. 1. Ibidem feudum habet Johannes de gestlingen

Hubscher. und sin bruder von Krenzlingen. f. 2. Der Endinger het ain hof und den zehenten ze Berwangen. f. 2. Der Hübscher des kleinen zehenten zwen tail. f. 3.

Ze Balterswil bonum, und die Rüttinan in langenlo habet conrad

Lew. im Turn. am Lewe. f. 1. wilhelm in dem Turn von Schafhusen ain guot ze grisham. f. 2. Medicus quidam Sereta Scafhusianus olim maioribus nostris affirmavit hoc Sæculo Abbatem quendam wilhelmum in turn Rhenaugiæ præsedisse, cum id impossibile sit, credibile est, bonum illum doctorem

illum doctorem hunc Wilhelmum Vasselum fecisse Abbatem.

In Tetti Kon seu Tettichoven habet huobam Joannes de gehtlingen, f.f: Conradus Louser, modò Conradus Brümsi f. quæ est familiæ passim tum. / habet feodum Gravenstein unter Krenkingen et decimam unter Riederen. Hugo von ach sive aich von Jungen hat aecker und wisen zu ober Lauchringen, von dem git er jerlig an rossisen zu Sant Tindanstag. fol. 4. Herr Rudolff Nobilis de Jengen de wasserstelzen habet decimam in Reggen Superiori. Item Joannes Nobilis de Jengen, qui dicitur de wartenvels, habet bona in Endishan, f. 6. hæc bona in Alsatia ab Henrico IV. fundata fuisse, suo loco notavimus, hinc falsa sunt, quæ hic addit P. Renner.

gehtlingen. Brumsi. Aich. wasserstelze. anno 1386. ov. s. wartenfels.

In Rinham Rudolf de Trulli Kon f.f. item Joannes et Berchtolt Schnezer hus und hofrüti f. 3. Das war über den Rin solvit 2. mod. silig. et 2. avene. ov. vi. Hans Schnezer decimam in wilchlingen fol. 3. Otto von Balb den wingarten zu Kusaberg f. 2. der Peter des Rebmans war f.f. Der Münzer von Schafhusen hat ain huobe ze trasadingen. f.f. walther de Gachnang Bonum et huobam in Siblingen f. 2. postea Nelaus der Dörflinger von Schafhusen f. 3. Hainrich der Jestetter Miles hat ze lehen von uns, der ze Jestetten sitzet, ainen Korn und höi zehenten ze osterfingen und ain guot ze Münchrilch f. 4. posteà alij receperunt, ut videre est fol. 7.

Münzer. Dorflinger. Jestetten.

Die Jungen Kiburger von waldshut hant ze lehan ain müli ze Reken fol. 11. aliud bonum ibidem walther Endberg deinde otto von ulingen anno 1382. Rudolf et Hainrich von Jengen deinde die alber. ov. vi. Anno 1308. Nobili de Gisperg bonum Henkart in feudum datur. V.1. n.2. Das witlum zu berg war lehen von Rinow anno 1347. T. III. f. 6.

Kiburg. Endberg. ulingen. Alber. Gisperg.

Der Sporer von winterthur, der phil Kan Italien, het ze lehen fol. 10. Sed non exprimitur ipsum feudum, qui plura volet, adeat ipsum Liber, ex cuius confusione hæc excerpta æquì bonigò consule bene lector, inservient pro Seculis sequentibus. Interim colligere est, plurimas familias Nobiles hoc iam Seculo vasallitio nexu devinctas fuisse Monasterio ex quibus circiter 70. ad marginem notavimus, plures deinde sequentur. De urbariis huius Seculi vide Sæc. Seq. cap. 16. ad Calcem.

Caput VII.

32.

Caput VII.

Abbates Sæculi XIV.

XXXI.

Henricus III. ab Kitlingen.

Conradum ab Herten adhuc anno 1302. præfuisse discimus ex donatione Jacobi Neno, in qua Abbas Cunradus nominatur, eidemq; additur Heinricus Cellarius ipsius Monij dictus de Citlingen, qui proinde saltem anno sequenti Abbas electus fuit. Hunc primo omnium Hergottus exhibet in charta quadam folio 580. quam expedivit præfatus Abbas in favorem Lutholdi de Regensporg filij adelhaidis comitis udalrici de Kirt, per quam quædam bona abavo materno promissa vindicare nititur. asservatur authographum in archiducali archivio ænipontano, sine notis tamen chronologicis, unde Hergottus eam reponit circa annum 1300. Sed cum ex donatione Meni constet, hoc anno adhuc vixisse Conradum, et Henricum fuisse cellarium, reponendus est annus 1303. sic vero prædictam chartam concludit Abbas Henricus: wir von gottes ordenunge abbet Heinrich des gotshuses ze Rinowe. Kunden allen ... darum behenken wir unser insigel offenlich ad disen Brive p. Recurrit idem Abbas Renaugiensis, in donatione Itæ de griesheim anno 1305. Ubi dicitur Heinricus Dei gratia Abbas Rhenaugiensis, cit antiqs duo prædecessores eius Berchtoldus Sant gallensis, et Conradus dictus ab Hert in. eodem modo nominatur in charta permutationis cum Berchtoldo Abbate S. Blasij anno 1307. In permutatione cum Abbatissa Giv. 12. Turegi anno 1312. et in donatione Dominæ Guttæ anno 1320.

Singulariter devotus extitit iste Abbas erga S. Blasium, ad cuius altare anno 1310. fundavit cum consensu Conventus Capellaniam, ita ut Sacellanus seu Regularis seu Sæcularis teneatur singulis diebus, una duntaxat in hebdomade die excepta, Missam in prædicto altari celebrare in animæ Suæ remedium et omnium fidelium defunctorum, maximè eorum, qui suas eleemosinas ad id faciendum erogarunt. Dos, quam attribuit Abbas ampla fuit, et sequentibus verbis in litteris expressa: videlicet possessiones suas in Merlach solventes tres modios tritici, sex quartalia siliginis, unum maltrum avenæ, porcum solventem quinqs solidos, unam heminam vini, et in recompensam earundem possessionum cum pertinentiis Monasterio antedicto, ipse Abbas possessiones suas in Nakke solventes sex fusta donavit et tradidit eidem Monrio. Item census videlicet tres modios tritici de domibus ibidem sitis in Rinaugia in Monte. Item sex fusta de manso dimidio in Nakk, quem idem Abbas comparavit. Item decem fusta de decima in Arzingen, quam idem Abbas emit pro C. dicta an der Matten. Item de possessionibus in Riederen quinqs modios siliginis, quinqs solitos denarios. Scafurs quas idem Abbas comparavit. Item vineam suam in Rinaugia in der owe juxta vineam, quæ dicitur Kalbrunnen: confirmata fuit hæc fundatio prime à Vicario constantiensi

constantiensi die 27. februarij; deinde a Episcopo Eberhardo die 6. octobris anno prædicto. XCI.

Anno 1315. Heinrich von Gottesgelegte Abbt zu Rinaw componitur cum Udalrico Nobili de Niderhasla, mediante Henrico de Rümlang Equite, ratione boni in Metmenhasela, quod Udalricus Monrio cessit, et vicissim quandam pecuniæ Summam recepit. eodemq; anno Mechtild XCIII.
Nobilis de Niderhasala cedit prætensioni in prædictum bonum receptis quatuor Libris denariorum. eius Advocatus in hac causa fuit Rudolfus Nobilis de ettiville Tigurinus, ex cuius antecessoribus quondam fuit Abbas noster Diethelmus; nomine Monrij causam dixit Albrecht Scul-
-tetus Rhenaugiensis; Judex denigs fuit Rudolfus de Liechhoven con- XCIV.
-Siliarius et Consul Tigurinus.

Anno 1319. Litem feliciter evicit Abbas Henricus contra Lutholdum de Regensperg Dominum in Balm, qui piscationem in Rheno prætendebat ex sua saltem parte von dem volckenbache unzan den werde. Judices compromissarij erant Eppo von Schwandegg, wenzel von goldenberg, Cunrad de Jengen, Eberhard Schwager de Schaffhusen, quibus præsidebat Conradus Schultetus de Baden, qui decidorunt piscandi jus ex utraq; parte Rheni competere Monrio, magnô Sanè proventu, quando eadem lis sæpiùs deinceps recruduit. testes erant Hainrich de Jengen, Hainrich de Vreienstein, Joannes Truchsesius de Diessenhoven, de Randegg, Friderich Schultetus de Schaffhusen, de ulma, Rudolfus de Wasser-
-stelzen, de Balbe, Ulrich et Hainrich de Mandach, Luthold de ulingen, Eppo Schultetus Rhenaugiensis, Martwart et Hartman de Jestetten etc.

Anno 1321. Idem Abbas statutum scit ratione debitorum, quæ nonnun-
-quam Religiosi decedentes relinquebant, ut salaria anniversariorum et pro vestimentis defuncto intra anni spacium obventura creditoribus cederent. anno 1322. Concessit Udalrico Parocho in Bülach, ut quædam bona, quæ pro annuo censu quinq; quartalium cera tenebat, donare posset altari noviter erecto ad honorem S. Othmari et Catharinæ, ita tamen ut prædictus census deinceps quoq; annuatim persolve-
-retur Monrio. Anno 1325. in donatione Nobilis de Freienstein no-
-minatur Abbas Hainricus: sicut et in donatione Rudolfi de Radegg per litteram initialem H. id est Heinricus. Quo propter falsum esse constat, hoc eodem tempore præfuisse quendam Wilhelmum in Turn, de quo altum silentium in monumentis nostris. Scribitur decessisse Henricus ab aitlingen huius nominis primus die 25ta octob. annus tamen certus latet: videtur pervenisse usq; ad annum huius Sæculi vigesimum nonum.

XXXII.

Henricus IV. de Neuenburg.

GIV. 3. Sub hoc Abbate conscribi' cæptus est liber feudorum, quod si factum anno
1330. non diu ante ad regimen perveniße videtur, cum post electionẽ
renovationem feudorum Abbates non distulerint. Eodem anno 1330.
in litteris udalrici de Klingen Præfecti Austriaci in Swgovia pro libor-
-tate jurisdictionis in bonis Monrij propriis, nominatur Henricus Abbas, non-
-dum tamen addito cognomine. Causam pro Monrio proposuerat udalricus de-
XI. 7. Balbe Keller id est cellarius Monrij, contra Conradum Brümsi von Rinow,
et Katrinam herren Cunrads Seligen des Lutpriesters von Rinow tochter,
quod intelligendum est ex matrimonio ante Sacerdotium contracto, Anno
1337. Sigefrid von grieshein verkauft dem Erwirdigen abt Heinrich
GIV. 14. genant von der Nuenburg Hedinun undir dochter Kun ze Rinowe. Eodemps
anno hic abbas quosdam refractarios in Ezzingen, decimas solvere renuen-
-tes per Sententiam excomunicationis compulit ad parendum: ubi notan-
CI. 3. -dum, illo tempore ante plenam Parochiæ incorporationem, duas decima-
-rum partes pertinuiße ad Monasterium, tertiam verò ad Rectorem Parochiæ
ante biennium, id est anno 1328. Diethelmus et Conradus de weißenburg,
quorum subdominio Ezzingen
situm erat
consecerunt quandam decimam particularem, de qua lis exorta erat, Joanni
de aitlingen Kilchherren, id est Parocho in Ezzingen. Idem Diethelmus
CI. de Kren Kingen dictus de weißenburg anno 1340. quosdam homines pro-
+ Seu Rectori, aut cui dos Ecclesiæ in comendam data fuerat. id verso pro- -prios ex comunibus ortos hominibus parentibus cum Abbate nostro divisit.
CIV. -ventus sex annorum illis vicissim permisit eum in finem, ut das Si ihn schirmin, unde ius Sabem advocatiæ weißenburgensibus competere videtur.

Anno 1328. exorta lite inter Præposituram Riedersen et Monrium nostrũ,
arbitri pro Rhenaugia pronuntiarunt, quod à ducentis annis Subditi
Rhenaugiæ in willer decimas nunquam Præposituræ præstiterint.
Arbitri erant: Parochus in Grieshein Rudolfus de gehelingen Decanus, Par-
XI. 4. -rochus in Ezzingen ulricus, Rudolfus Ludimagister Rhenaugiensis,
Item Decanus in waldshut et Custos in Zurzach. Nomine Monrij præsens
erat Haini Vaitlingen der Keller des Gotshus. Ille ipse, qui postmodũ
factus est Abbas huius Stematis Secundus. Idem Cellarius occurrit in
donatione Joannis Berchtoldi Sacellani Jungensis de ano 1341. et in
donatione Joannis Wäniger de anno 1345. Item anno 1345. emit
Hainrich von aitlingen Keller ze Rinowe nomine Abbatis et con-
XI. 7. -ventus pro tredecim marcis argenteis et dimidia bonum in wasto-
-Ringen à Nobili viro Friderico de Eudingen: Litteras signavit no-
-mine Ducum Austriæ Joannes Sculletus et Magistratus waldshuti.
Sambstag vor S. Joannis tag zu Hungechten: Jorte weinachten.

CVIII. Anno 1342. Abbas Henricus Nobili viro Henrico de Jengen concessit,
ut hypothecam constitueret in bona quædam feudalia in Recken uxori
Suæ Catharinæ de Montfort, anno 1345. authoritatem Suam imperstitac-
BV. 9. -tui, quo' Adelhait Scherrin cessit Conventui tertiam partem des Hals
bergmas. Adsunt Litteræ concernentes das wittum zu berg de ano 1347.
Sed nomen Abbatis non exprimunt, Simpliciter enim dicunt: dem
T. III. f. 68. Erwirdigen Herren von gottes gnade dẽ abte des Gotshus ze Rinowe.
quapropter annus emortualis huius quoque Abbatis incertus est,
cuius dies assignatur ad diem 29. octobris. Sed cùm nego initium
regiminis eius Successoris ad determinatum annum allegari possit,
libera relinquitur facultas hanc mutationem collocandi usque ad
annum 1352. quo Henricum Secundum de aitlingen iam præfuisse
creditur. Statuamus ergò pro anno mortis Henrici de Neuenburg
circiter annum 1350.

XXXIII.

XXXIII.
Henricus V. de aitlingen II.

Hic Abbas anno j°1352. emit Advocatiam seu jurisdictionem minorem in altenburg pro 83. marcis argenti à Nobili Matrona Catharina de Krenkingen dicta de weissenburg filia Diethelmi, de quo supra, et uxore Rudolfi de Tengen. Confirmatus fuit contractus Schaffhusii coram Magistratu cum sigillo civitatis, et Schultheti Friderici de Randenburg. Nomen Abbatis Henrici bis exprimitur, sed sine addito cognomine. Hanc præfecturam Abbas Secundus de aitlingen fratri suo Joanni in feudum concessit. Sed mortuo Abbate idem Joannes unacum filio suo Conrado anno j°1380. simpliciter Monrio et Successori Abbati Conrado restituit. CX. MI. 3.

Anno j°1353. emit idem pro quindecim marcis argenti à fratribus Henrico et Joanne de Jestetten das guot das man nennet antunhusen mit der wischenze. quia verò jus directum feudale spectabat ad Nobiles de Tengen, ijdem hôc remisso aliud bonum eius locô receperunt. Sunt autem omnino Sex Nobiles de Tengen, qui huic contractui consenserunt, singulorum sigillis appositis, quorum primum est Conradi Præpositi Embracensis. CXI.

Subinitium Regiminis sui litem quandam habuisse fertur Henricus Abbas cum Elisabetha Boutlingerin Schaffhusiana ratione vitalitij; Abbas per officialem Constantiensem gravatus Papam Gregorium XI. appellavit; Causa Commissa Abbati Petershusano; sed quomodo finita, non constat. Ita hanc rem narrat Reod. Bernardus in diario fol. 135. Sed cum Gregorius XI. primùm Sedere caperit die 28 Decem. anni j°1370. hæc controversia potiùs ad finem quàm ad initium regiminis huius Abbatis pertenda est. † appellavit.

† Bulla autographa quæ extat C. III. 5. designat an. VII. regiminis, consequenter annum j°1377.

Anno j°1356. In Ecclesia S. Nicolai dedicatum est altare B. Virginis in die S. Innocentium à Venerabili D. Joanne Epô Constantiensi in honorem B. V. M. et S. Joannis Bapt. et S. Jo: Evangelistæ, et in honorem S. Innocentium etc. acta sunt hæc Sub Dño Joanne de Diessenhoven Rectore istius Ecclesiæ. LI. 6. 5.

Anno j°1359. Henricus Epus Constantiensis pretendit per primas preces obtrudere Monrio in Monachum Conventualem et Confratrem quendam Gastonem filium Peregrini de Ebnet armigerum. Sed melius ab Abbate informatus à Prætensione sua destitit, desuper ad instantiam Abbatis instrumentum publicum per Notarium Badenæ expedivi fecit. CXIV.

Prænominatus Epus Henricus ex Nobili familia de Brandis antea Abbas Einsidlensis ano quoq; j°1361. Abbatem nostrum in pristinam possessionem des Keller gerichts in Rinhaim reposuit, vicibus bis in anno in Maio et augusto judicium habere possit, et malefactores excepta pœna sanguinis, pro duabus tertijs eidem Abbati competat, tertia vero Epi nomine Castri Küssaberg, quod jam Wernherus de Rausen Epus circa annum 1208. emerat. datum gotlieb, vigilia Jacobi, cum sigillo. OV. 4.

Non minùs abbas iste devotum se exhibuit erga S. Blasium, de quo sequentia habentur in Ms. n. 18. Anno ab Incarnatione Dñi MCCCLXIIII. Indict. II. Venerabilis Dñus Hainricus abbas Monasterij Rhenaugiensis cognominatus de aitlingen Secundus, reædificavit altare S. Blasij, quod propter honorem et decorem Monasterij prædicti tulit de suo antiquo loco, et statuit in locum, ubi nunc reconditum est. Et est dedicatum VIIII. Kal. Julij et consecratum ab Dño Fratre Petro ord. Prædic. Epô Citonensi vicario Epi Constantiensis Dñi Hainrici de Brandis Sub Urbano

237

Sub Urbano V. et Carolo IV. cum postea Ecclesia nostra sæpius fuerit renovata, situm huius altaris determinare non licet.

Anno 1368. Comites de Habspurg Abbati Henrico cedunt dominium directum in Molendinum Martelense, quod Monasterio donaverat Hainricus de aitlingen Rhenaugiensis Hugonis filius.

Anno 1368. Henricus Abbas consensum dat Rudolfo et Friderico de Tengen, ut eis liceat vendere bonum et decimas in Reczen, quæ feuda erant Monasterij, prout etiam exprimitur in libro feudorum folio quarto, quod proinde folium longè ante hunc annum conscriptum fuerat. Idem Abbas vendidit Conrado de Aichaim Cantori in Zurzach pro 172. aureis, gold gulden, decimas in Baldingen.

Anno 1368. acceptavit Henricus traditionem Udalrici Vetulos Rhenaugiensis: charta est Nicolai Kunolfi Schulteti Rhenaugiensis, qui Abbatem nominat unseren gnedigen herren abt Hainrich des Gotshus ze Rinow.

Eodem anno comutat Abbas Henricus cum Abbatia Tigurina Frauenmünster Conradum Hofstetter von Baldingen, pro Sigi. Schmid von Stetten: ze Rhynau in unserem closter an den nächsten Samstag vor S. Gallen tult. ex Mo. Durstelleri communicante Illmo Zurlaubio.

Circa hoc tempus dispensiones non modicæ exortæ sunt inter conventum et Abbatem Henricum, præsertim quòd eis constitutam annonam non sufficienter præberet. Litem composuit Rudolfus Comes de Habsburg advocatus noster, determinando, quid singulis Abbas, quam diu vixerit, præstare deberet, annuo in copia S. Sebastiani Haszer non exprimitur. Hactenus res ista ad annum 1368. reposita fuit. Sed cum primum anno 1368. Rudolfus d'Gotfride fratre advocatiam Rhenaugiensem cum parte cloggevie emerit, referenda est hæc compositio ad annum 1368.

Anno 1369. Abbas Henricus curatum in Reinheim præsentavit Conradum Ludewici de clingove, in locum defuncti Joannis Bogner, de Stockach. Hæc præsentatio est una ex primis, quæ à quadringentis adhuc annis extet.

Anno 1372. consentit abbas Henricus, ut Joannes Schnezer Schaffusianus uxori suæ Margaretha pro 75. marcis argenti oppignorare possit decimas in Riederen feudales Mon.

Joannes de Rosenegg Supremus Austriacorum Ducum præfectus in Turgovia, in præclara sua privilegiorum ratificatione data anno 1374. Abbate hunc vocat den Hochwürdig Fürsten abt Heinrich des Gotshus ze Rinow. Idemque eodem anno facit in Sententia, quâ judicaturam adjudicavit Monasterio in bonis pertinentibus in wildisbach, animadvertere licet, hunc titulum ab Henrico resuscitatum ab hoc tempore ad centum usque annum circiter annos in usu fuisse.

Anno 1375. comutat Henricus Abbas cum Sifrido von gahtlingen zu der neuen Kren Kingen, agrum gelegen zu Bühel ze Bon Steg, umb den acker gelegen ze der neuen Kren Kingen 6ß dem wyer. gegeben ze der neuen Kren Kingen am Samstag nach unsers herren ufart.

Eodem anno consentit Henricus in emptionem alicuius decimæ, quam emit Dñus Fridericus de Cilingen Religiosus et Camerarius Monasterij pro 60. Libris ab Hainrico Rüessli.

Anno 1376. Henricus werlich Presbyter de Rinaugia gratiam expectativam obtinet in Parochiam Buel à Gregorio XI. quæ pertinet ad jus patronatus

jus patronatûs Mnrij S. Tindani ord. S. Ben. Notandum est, hoc tempore Fl. 3. Dominorum Abbatis
festum S. Tintani in Bühl quoq; celebratum fuisse. Cæterùm cùm in istis et conventus Mnrij p
litteris nomen Abbatis non exprimatur, certum quoq; non est, Henricum
adhuc usq; tempus pervenisse; probabile tamen, attigisse annum fermè
octogesimum hujus sæculi, quod primum ejus successor certo occurrit.

XXXIV.

Conradus III. Major de Jestetten.

Anno 1380. Freitag nach S. Jacobs tag in dem heumonat litteras dedit iste
Abbas, quibus feudum remisit in quoddam bonum in Lienhaim, quod an-
nuatim solvit duos modios tritici et totidem avenæ, donaverat hoc bonum seu CXX.
feudum Joannes de aitlingen altari S. Blasij, frater Henrici Abbatis,
qui in his litteris defunctus dicitur.

Anno 1382. Subeo dem Abbate, qui perpetuo seipsum nominat, et abalius
nominatur Kuresel, ob insignia capitis asinini propria nobilis familiæ
Major de Jestetten et werth, quæ orz infrà Laufen unacum otterspul
cujus rudera nuper invisi, adeam spectabat. Sub hoc in quam abbate et
cum ejus consensu Joannes Schnezer Schaffusianus oppignoravit decimas
in wiswil Monrio feudales pro 28. Marcis argenti.

Anno 1384. Abbas Kuresel cum bona quædam in glattfelden et Zweintal CXXII.
oneribus publicis gravarentur, apud Walterum de Alten Klingen Præfectum
Austriacum Badenæ egit, ut prædicta bona libera et exempta pronuntia-
rentur.

Anno 1388. Lite exorta inter Haini Swizer, et Haini Schilling cives Rhenau- XI. ii.
gienses, Conradus de aitlingen Schultetus et filius prænemorati Joannis,
nepos Henrici Abbatis, eos ad Judicium ambtmanni Domini Abbatis
remisit. Advocatis Monrij hoc sæculo sola superior jurisdictio comissa erat,
cætera administrabantur, tum per Schultetum in civitate, tum per præ-
fectos singulariter constitutos in bonis et in districtu Monrij.

Anno 1388. Abbatis hujus cognati Nobiles de Jestetten anniversarium solemne
fundarunt in Ecclesia Parochiali Jestettensi, ubi et Sacellani ingeritur men-
tio. Fundator præcipuus erat Bernardus de Jestetten, qui pro se et suis,
maximè pro Patre Henrico, et Matre Agnete nata de Hunaberg memoriam DIV. 1.
fieri jubet. Nuper stolam ex quisquiliis Ecclesiæ in Jestetten extractam
accepi, quæ utriusq; insignia præfert, et hanc ipsam ætatem sapit.

Sub hoc Abbate Henricus Fister de Veringen anno 1387. per gratiam
expectativam obtinuit Parochiam in Berg, anno 1391. alter Parochus Diar.
in Bühel. Henricus werlich, de quo supra ædificavit et donavit Ecclesiæ Rm. Bern.
domunculam cum cella vinaria.

Anno 1400. consensit abbas Kuresel, ut ~~Ecclesia~~ decimæ feudales in
Riedoren, quæ jam sub Henrico prædecessore oppignoratæ fuerant, vendi PI. 11.
possint ab Isacho Zöchler Schaffusiano Joanni et Conrado fratribus äscher
de Kaiserstul.

Joannes IV. Habspurgicus in litteris suis de anno 1401. et 1402. sæpius
nominat eundem Abbatem Kuresel.

In donatione vero Molendini in Krenkingen de anno 1404. dicitur:
der Erwirdig geistlich Herr und Fürst abbt Kuresel des gotshus der PI. 6.
Rüfft Se Rinow, qui idem titulus ibi sæpius repetitur.

In Mb. 28. ad Menses Junium et Julium in Calendario præfixo
sequentia reperiuntur anniversaria notata manu huic tempori coæva:
In Festo Joannis et Pauli M.M. venerabilis in Christo Dominus Kuresel
Abbas

Abbas Mönrij huius pro sua anima salute Missam festiue de Beata Virgine et gloriosa celebrari constituit, in cuius remedium duo dedit quartalia tritici de vinea Henrici de Blosenethoc celebratio, qualiscunque dies sit, fieri debet. Ø crastino alexij Dominus Kurg. Abbas Mönrij huius in remedium sue aïe Missam de gloriosa virgine Maria celebrari constituit, proqua dedit quinque florenos. venerabilis in christo pater Dñus Kurg. huius Mönrij Abbas de S. Benedicto Missam festiuè in sue aïe remedium celebrari constituit, proqua quidem Missa dedit V. florenos, officium cuius prout in breviario continetur cum gloria in excelsis et alleluia Justus germinabit.

Mortuus asseritur Conradus Abbas die 9. Novembris, sed añus non exprimitur, cum verò post Mensem octobris añi 1400. eius memoria in monumentis nostris non occurrat, eius mors illo anno scilicet 1400. reponenda est, cum eius successor Conradus de Gißingen in verè sequentis anni iam comparcat.

Caput VIII.

Caput VIII.

Monachi Saeculi XI. Christi XIV.

Pauci simi notantur Monachi in isto Saeculo objacturam Necrologiorum, quibus inscripti erant, cum Calendariis antiquis eorundem obitus non amplius soleret adscribi. Revera tamen perpauci Religiosi hoc aevo in Monasteriis degebant, cùm neglecta disciplina Monastica instar Canonicorum vivorent, et numerus in choro utcunque Supplaretur per Sacellanos et Scholares. Sane in Monasterio S. Galli Septem tantum Monachi simul vixisse reperiuntur, et in Einsidlen haud pauciores. Nomina eorum, qui in chartis nostris Superstant, Singillatim adscribimus.

Burchardus Nachelin de capella à Rev.mo Bernardo in operoso catalogo suo notatur ad annum 1308. et 1310. et dicitur munus Custodis obisse. quod additur de capella, nescio an ad cognomen pertineat, an vero ad patriam, fortasse von capel. In extractibus archivij nostri dicitur vixisse sub Abbate Secundo de Aitlingen, ex quo Sequeretur, eum oppido Senem fuisse factum. B. I. 17.

Nicolaus de Jaunegg exprimitur in litteris fundationis anniversarij Magonis, Gertrudis, et Agnetis Nobilium de Jaunegg ad annum 1317. his verbis: actum in praesentia Domini Nicolai von Jaunegge Closterherren ze Rinowa. creditur fuisse praecedentium frater Germanus. B. V. 5.

In charta Nobilis Viri de Freienstein, quâ Monasterio quaedam donat in feudum recipienda anno 1328. nonnulli Monachi tanquam testes memorantur. Da zegegen waren erber Lute, Herr Ülrich der Keller, Herr Cunrad der Custer, Herr Cunrad der Kamerer, Herr Bertold der Schulmeister, Priester. Sequuntur alij Viri Nobiles. XCIX.

Herr Ulrich der Keller non videtur alius fuisse ab Udalrico de Balbe, qui ad annum 1330. occurrit in litteris Udalrici de Klingen Supremi Praefecti in Turgovia, coram quo repetiit, et obtinuit judicatum Super praedium Manhusen, ubi his verbis compellatur: Herr Ulrich von Balbe des Gothus ze Rinowe. Arcem proximam Balm nuncupatam ad hanc familiam, quae sapius in chartis nostris occurrit, olim pertinuisse, non dubito, licèt hoctempore unacum parte Eggoviae iam ad Dynastas Regensperg, et ab his ad comites Habspurgios pervenerit. à Rev.mo Bernardo hic Religiosus asseritur anno 1329. anniversarium fundasse pro se ac Majoribus Suis. Diu tamen non Supervixit, cum teste eodem Abbate obierit anno 1330. am montag vor aller Heiligen. K. I. 7.

Herr Cunrad der Custer ex notis R.mi Geroldi primi fuit ex familia Brümsin Schaffhusiana, quae ramus quidam fuit familiae in Turn. dicitur à R.mo Bernardo vixisse adhuc anno 1368. ac tunc fuisse Camerarium, nisi forte cum Sequenti fuerit confusus, de fuisse enim laboriosissimo huic Abbati Sufficientem Chrysin constat. B. I. 17.

Herr Cunrad der Kamerer, certè distinguendus est à praecedenti Custode, cùm ut distinctus testis in ijsdem litteris adducatur, illine male à Rev.mo Bernardo praeteritus, licèt eius cognomen hactenus incognitum. XCIX.

Herr Bertold der Schulmeister vix inter Religiosos numerandus, quamvis

quamvis fuerit Sacerdos, cum et alij Scholastici hoc Sæculo in Monasterio nostro fuerint Presbyteri Seculares.

Fridericus de Ehringen anno 1375. Camerarius emit quasdam decimas Rhenaugiæ in judicio civico expeditas præsidente tamen ipso Abbate

K.I.9. Henrico Secundo de aitlingen, ut testatur authographum.

Joannes de aitlingen Monachus anno 1384. præsens erat fundationi

B.V.13. anniversarij facti ab olim Joanne de aitlingen Presbytero Seculari filio Conradi. Ipsque ~~Abbatis~~ Monachus numeratur primus inter electores Abbatis Henrici de Betmaringen adhuc Sequenti Sæculo anno 1409. Quapropter falsum est, eum vixisse anno 1398. Sicut ex quadam copia

R.I.5. 4. perperam asseritur; nam in originali, quod habetur numero præcedenti, Scribitur Heinricus, non vero Joannes. Herr Hainrich von aitlingen Keller des gothuses von Rinowa. Forsè Henricus iste post modum factus est Abbas huius Henrici Secundus, qui sicut et alij post modum Abbates effecti, in pluribus chartis memoratur.

Hi pauci quoad nomen ex litteris Archivij nostri nobis cogniti sunt, nec tamen dubium, plures extitisse, cum isti vix numerum Abbatum huius Sæculi excedant. Certe in plerisque chartis numero plurali occurrunt: Die Herren des Convents, licet ab anno 1000. usque ad annum 1375. per meridietatem fermè Sæculi nullius nomen exprimatur. Sed quotus hodie in actis publicis exprimitur? Cæterum nullos amplius hoc Sæculo in Monasterio nostro constat fuisse conversos seu fratres laicos, nullas etiam in propria domo sorores, cum nullum vestigium in monumentis compareat, licet postea limimiò restituta videantur, ut suo loco videbimus. Fratres tamen conscripti saltem ex alijs Monasterijs procul dubio Necrologijs nostris inserti erant, nisi tantam huius Sæculi socordiam fuisse credamus, ut hæc etiam laudabilis consuetudo intermitteretur.

Juvat adscribere quosdam Sæculares Sacerdotes in chartis nostris expressos, qui, ut videtur Comensales Religiosorum fuerunt, et quemadmodum et in alijs Cœnobijs, pro Salario Audia litteraria excolebant, educationi Juventutis intenti, et dicebantur Scholastici, Rectores Scholæ seu puerorum, vel etiam Ludimagistri vel Schuelmeister.

LXXXV. Echo Scholasticus occurrit primus in donatione Jacobi Neno anno 1302.

LXXXVIII. Petrus Doctor puerorum Monasterij Rhenaugiensis anno 1208. testis adducitur in charta Dnæ Stæ de grieshein Benefactricis nostræ.

XCIX. Berctold der Schulmeister Priester iam notatus fuit supra in litteris Nobilis de Freionstein anno 1228. ubi diximus, eũ Monachis accensendũ nonesse.

R.I.11. Rudolfus Ludimagister habetur in charta de anno 1208. qui an fuerit ille de Radegg inter Benefactores nostros numeratus, fortasse ex Eremo in patriam Rhenaugiam reversus? valdè subsista, cum usque ad illum annum Einsidlæ cõmorasse perhibeatur.

G.IV.9. Joannes D'mgs Scholasticus habet an huob an dem ran Ze Trullikon Ita liber feudorum folio primo, qui proinde circa medium huius Sæculi vixisse videtur. litteras cognominis expressi prout ibi extant, nam divinare non possum. Nec dubium alios et quidem plures per reliquum tempus eiusmodi Magistros adfuisse, utpote amovibiles, licèt plures hactenùs per istud Sæculum non comperierim.

Caput IX.

Caput LX.

Disciplina Saeculi VI. Christi XIV.

Disciplinam litterariam Presbyteris Saecularibus in Monasterio nostro comissam fuisse iam ab ovo huius Saeculi, mox audivimus. Saltem hoc Abbatibus et Monachis nostris dandum, quòd eam per homines doctos utcunque foverint; cuius testis esse potest Rudolfus de Radegg, in Schola Rhenaugiensi educatus: testantur quoque Codices manuscripti, quos si non ipsi Monachi exaraverunt, saltem conscribi fecerunt, vel certe conscriptos comparaverunt, quorum non nulli magno are Pari modo cum animarum seu Parochiae administratio Clericis Saecularibus relicta ac demandata fuit. | feterunt. Pari

Disciplina Ecclesiastica in Templo et choro ampla fuit. Satis celebritate colebatur, licèt horas Canonicas potius de plano recitatas communiter extra solemnitates fuisse, credibile sit, ob exiguum Monachorum numerum, quem Schola supplere debebat. Animadvertere hìc cum Mabillonio licet, Anal. Bened. adan. 1083.
continuum illum Laborem in perpetua quasi psalmodia, quem Cluniacenses primùm incoeperant, ac deinde per Hirsaugienses in nostrum Monasterium introductus fuit, haud diu substitisse, negotium ab auctoribus intentum fuisse adimpletum, ut nempe otiositas vitaretur, cum mens eodem psallendi opere fessa magis tandem vacare deprehenderetur. Sanè non frustrà S. Pater noster Benedictus in S. Regula Cap. 20.
brevem et puram debere esse orationem statuit, nisi ex affectu Divinae inspirationis protendatur, atque in Conventu omninò breviandam esse orationem; maiori etenim fervore adoratio reditur, si labore manuum aut lectione seu Studio utili nonnunquam interrumpta fuerit. Sed redeamus ad nos.

His temporibus multa anniversaria celebrari coepta, duplicatis etiam officiis divinis. Solemnitates quoque praecipuè cum majori ornatu Templi, pluriumque Candelarum lumine, non solum in altari, sed etiam tabula separata ac multis Campadibus fuisse cultas discimus ex charta de anno CXXI.
1080. Festum S. Confratris nostri Fintani non solum Rhenaugiae, sed et in aliis locis ad Monasterium pertinentibus, uti in Bükl, saltem à colonis et Feudatariis cum abstinentia ab opere Manuali hoc voto sanctum B. I. 22.
fuisse traditur in quodam archivij nostri documento. F. I. 9.

At vero Disciplinam Monasticam hoc ac sequentibus duobus Saeculis totam fermè fuisse neglectam, negari non potest, quamvis id non tam vitio privato, quam totius ordinis nostri acciderit. Certe nostrates non instar Monachorum, sed potius Canonicorum vivebant; bona separata non solùm inter Abbatem conventumque erant, sed et privati Religiosi sua habebant XCIX.
stipendia. Alteri officia Custodis, Cellerarij, Camerarij et his similia cum propriis proventibus administrabant. Priori verò, qui disciplinae invigilaret, officium, penitùs suppressum erat. Heinricus de Rüdlingen primus Capellaniam ad S. Blasium ex bonis Abbatiae, ut videtur, fundavit, adhibito tamen Capituli consensu. Abbas Conradus de Jestetten, aliique etiam privati Religiosi, ut Ulricus de Balbe, anniversaria pro se suisque constituerunt. Quinimò Ipse Episcopus Constantiensis
praebendam Monachi non aliter respexit, ac beneficium quoddam

Ecclesiasticum

Ecclesiasticum, quò virum quendam nobilem suum cognatum per pri-
CXIV. -mas preces anno 1259. instituere sine aliâ vocatione divina aut
prævio novitiatu attentavit, mirum sanè exemplum, quo jus primarum
precum Ejus etiam ergà Monasteria sibi arrogavit.

CXVII. Extat charta in archivio nostro de anno 1321. quæ clarè ac conceptis
verbis exprimit, singulis Religiosis proprios fuisse annuos reddituŝ,
stipendia anniversariorum attributa, et certos quoque numos nomine
vestium assignatos. Hæc enim ex statuto quodam Capitulari solemniter
facto jubentur proillo anno, quò quis debitis gravatus mortuus fuerit,
creditoribus adnumerari: residua porro hæreditas ad illum vel illos per-
-tineat, cui vel quibus de jure debetur, quæ expressio ambigua est, et
sortasse proximos agnatos designat. Sta nimirum Justitiæ ad Sepul-
-crum usque intenti erant, ut paupertatis Religiosæ omnino oblivis-
-cerentur. Boni christiani, boni clerici, mali Monachi! Extat charta
cum utriusque Sigillo tam Abbatis quàm Conventûs, cui merito manus
posterior adscripsit, iam nullius momenti esse post restauratam Dis-
-ciplinam Monasticam, quando nec debita contra hæc privato Religio-
licet, et omnia ex Communi massa solvuntur.

Hic vivendi modus diu sine lite circa temporalia durare haud
potuit. unde factum, ut Capitulares querentur[22] contra Abbatem Hen-
-ricum II. de Aitlingen de præbendis non sufficienter præstitis.
CXV. causam inter Abbatem den Herren Abbt Heinrich, und die Herren
und Convent gemeinlich des Selbigen gotshus Ze Rynow composuit
anno 1363. Advocatus Monasterij Rudolfus comes de Habspurg, sed ad
dies vitæ duntaxat Abbatis Henrici: ubi et certus modus seu mensura præ-
-benda determinatur, at nimirum Abbas singulis, qui fuerint Presbyteri,
tempore vindemiæ in suo cuique vasi tribuat septem mensuras vulgo saum
vini: item 12. libras 12. pfund pfening Seafhauser werung, et totidem
modios tritici; per mediet atem ad festum S. Martini, et per alteram me-
-dietatem ad festum Pentecostes solvenda: ac denique duodecim carros ligni.
Ex his videri posset, Presbyteros in domibus privatis habitasse, quod quidem
à Custode factum, Sæculo sequenti videbimus, ubi tamen constabit, mensam
cõmunem jugiter observatam. quodsi igitur Abbas præter mensã cõmunem
stipulata superiùs pacta observare debebat, sequitur profectò præbendas
pro illo ævo non fuisse exiguas.

O tempora! o mores! mirum planè qua ratione ordinem S. Benedicti
in publicis litteris, et in his ipsis, de quibus loquimur, præferre potue-
-rint, cuius Sacram Regulam vix ullo ex capite observabant. Similis
compositio ad initium sequentis Sæculi per compromissum à Joanne
Apud Hergott. Geneal. dipl. charta CMXV. vol. III. an. 1402. Habspurgico facta est inter Abbatem et Conventum Murensem ra-
-tione proventuum in Surse, ubi decretum fuit, ut Abbas intra septem-
-nium ædificia Monij separet, et singulis Monachis Presbyteris und
den Ss Kappen antragen, super veterem præbendam annuatim tri-
-buat duo maltera tritici, et unum avenæ. quæ pro more illius temporis
dignoscendo dicta sunto.

Caput X.

Caput X.

Manuscripta Saeculi XIV.

N.o. XV.

Codex pretiosissimus, magnus et pulcherrime scriptus, intermixtis multis picturis, quæ ultra quinquaginta folia implent. Exhibet historiam sacram teutonicis Rythmis ~~exhibit~~ compositam, cui sæpiùs inseruntur facta aliâ ex historicis prophanis deprompta. Desunt tamen ab initio aliqua folia, et in fine plura: quod factum credo, dum irruentibus hostibus codex sæpe intutiora fuit deportatus: deprehenduntur adhuc luti vestigia, et pictura aliqua made facta fuerunt detus pata. Author hoc opus dedicavit Friderico II. Imperatori, cuius filius Conradus IV. ad illud perficiendum cum sacrat adhortatus fol. 95b. ubi Augusta huius Imperatoris prosapia profertur. Nomen auctoris fol. 179. his versibus indicatur:

Sin nam ist wol bekant,
Rudolf von Ense warzer genant.

Mortuum fuisse in Italia antequam opus absolveret, eius continuator ita testatur:

Er starb in welschen Richen ...
Er starb am Salamone etc.

Ex his videri posset, authorem fuisse Monachum Rhenaugiensem, qui Burchardum Abbatem fidelem Friderici Secundi vasallum, a quocum ea Balla donatus fuit, in Italiam fuerit comitatus. Verum P. Hieronymus Petrus in suo glossario ad calcem tomi III. Scriptorum rerum Austriacarum, ex hoc opere plures textus descripsit, et authorem vocavit Rudolfum de Ense. Character quoque Codicis nostri ad Saeculum XIV. potius declinat. operæ pretium foret, Sive ex quonam Ms. idem author editus fuerit? saltem codex noster antiquissimam ac nitidam copiam exhibet. Picturæ sunt rudes quidem, sed aureis et vivis coloribus ornatæ. Ex his vestes Pontificum instar Episcoporum nostrorum notandæ, item aspersio aquæ lustralis ad sepulchrum Salomonis, scuta militum, in quibus præter alias figuras sæpiùs pileum depictum deprehendi; desinit codex in capite 13. libri III. Regum, cuius hi versus sunt ultimi:

Dis Buoch seit uns für war,
do er gerieset in das ander Jar,
das Nadab do richte
nach Küniglicher pflichte.

2. Ms. CXVIII.

Sermones sacri de tempore ab Adventu usque ad Pascha authoris incogniti, characterem huius ævi obscuro conscripti.

3. Ms. VI.

Missale maximum, Monasticum, Diœcesis constantiensis, ut festa inserta docent. Instructum est ad modum modernorum missalium, ut nempe festa integra legi possint, non verò, ut in antiquis, orationes, Evangelia et reliqua separatim singula. continet nihilominùs ritus et rubricas à modernis multum discrepantes, maxime in hebdomada sancta circa folium LXXX. folio CXIV. assignatur præfacio de S. Trinitate. Singulis Dominicis à Pentecoste usque ad Adventum de

Cantanda;

Caput XI.

-cantanda: quem adeò ritum Clemens Papa XIII. nuper restauravit, non verò adinvenit. In Præconio Paschali omittitur illa interiectio: o certe Necessarium Adæ peccatum. Gloria in excelsis cum interiec-
-tionibus de B. V. Maria habetur folio CXXXVIII. Caterum incunabula huius Codicis potiùs ad finem quam ad initium huius Sæculi XIV. re-
-ponenda.

4. Ms. CVI.

Jacobi Januensis sive de voragine legenda aurea Sanctorum, qui vixit circa annum 1290. Manuscriptum hoc plurimùm differt abeditis, quorum plura extant in Bibliotheca nostra ex primis impressionibus Sequentis Sæculi: quædam etiam vitæ habentur ibi non extantes. Folio 527. adjicitur sequens precatio ad S. Apoloniam, quam, quia dolore dentium crucior maximo, adscribo: Ant: Virgo Martyr egregia pro nos-
-bis Apollonia, effunde preces ad Dominum, ut tollat omne noxium, no pro reatu criminum morbo vexemur dentium: ora pro nobis etc. oratio æterne ac mitissime, qui ad tolerandapro tui nominis gloria carnis tor-
-menta Spiritu fortitudinis electos tuos roborare non desistis, tribue quæsumus, ut qui beatæ Apolloniæ Virginis et Martyris tuæ, quæ excussis pro tui nominis confessione dentibus, acerbissima morte triumphare fecisti, memoriam facimus, precibus eius et meritis à dolore dentium, et ab omni periculo corporis et animæ protegi, et eripi mereamur etc. Subjungitur rubrica verbis non sanè Theologicis concepta: ut oratio sit præstans in se, tunc compara tres Missas in honore B. Apolloniæ V. et M. Sed nego apologistam Legendarum me profiteor; sicut non omnia probanda, sic nec singula rejicienda sunt.

5. Ms. CXII.

Pars prima Legendæ seu Passionalis Sanctorum, incipiens à Nativitate Domini.

6. Ms. CXIII.

Pars altera eiusdem Legendæ, in qua multa continentur ex suprà scripto Jacobo de Voragine, multa etiam alia adjiciuntur, ut videre est in elencho desuper studiosè facto, et cum editis collato. Caterum hos duos codices pertinuisse ad ordinem S. Francisci colligitur ex bene-
-dictione Monialis, quæ ad calcem adjungitur. Postremò legitur hæc rubrica teutonica: Nün wüst mann der schwester gelückt, git ir das crucifix, würfft das wichwasser über sy, und den wyroch, Nün gang hin im frid amen.

7. Ms. CVII.

Sermones de Tempore authoris Anonymi. Scriptus est codex ad ini-
-tium huius, vel finem præcedentis Sæculi.

8. Ms. CXIV. 8.

Liber germanicus cum canticis cui titulus: das buoch der gotlichen weisheit. Habetur quoque in alio codice Papyraceo Sub num: CXCIV.

9. Ms.

O. Ms. C. 1.

Psalterium cum Canticis pulchro et æquali characterе conscriptum à Monacho nostri aut vicini Monasterij, ût constat ex Sanctis, qui tum in Calendario præfixo, tum in lytanijs subiunctis continentur, inter quos est etiam S. Findanus manu primæva scriptus: nec non ex invocationibus pro Abbatibus ac Monasterijs. Familiam quoq; suam scriptor prodit, dum ad diem 12. Januarij addit: Frater meus Joannes de Friburg obiit. Item ad diem 9. Februarij: Burchardus de Friburg obiit, qui procul dubio cognatus eius erat. Sicut cognata Margaretha, de qua ad diem 19. Januarij ita scribit: Ancilla mea Margaretha de Elwangen obiit. Notantur quoq; aliorum obitus una eademq; manu, qua codex ipse scriptus est: ad diem 8. Januarij: Hainricus Comes de Sulze obiit: cuius mors cum anno 1000. contigerit, iuxta schema Genealogicum ab Eruditissimo Dño Cloggavio Archiprafecto de Koller confectum, et his diebus gratiosè mihi traditum, firmatur ætas huius Manuscripti, cuius characteres aliàs sæculo huic unicè conveniunt. Die 11. Martij legitur: Adelhaidis de Zolse obiit die 7. Maij. Brun de Homberg obiit. 8. Novemb. Sophia de Friburg obiit, quæ iteram ad familiam primi scriptoris referenda est. Devenit hoc Ms. Sæculo sequenti ad manus alias, quæ ad diem 10. Martij adscripserunt: obiit soror mea Adelhaidis de Than, et ad diem 15. Maij: Catharina de Than obiit. Sed et tertius quidam possessor, forsitan anno 1499. quo Cana Domini incidit in diem 19. Aprilis, ut ibi notatur, scripsit ad diem 5tam Maij: obiit Pater meus Hot, et ad diem 4. Julij: obiit Conrad de Hot. Denique per Dominos de Forster ad Monasterium nostrum aut redit, aut venit.

addiem 3. Oct. vero: Pater meus Burchardus de Friburg obiit.

Margaretha de Friburg quam die 22. Maij obijsse notat. Nonnullis negotij facessit alia ſ.

1645.

Ic. Ms. XXVII.

Psalterium cum Canticis et Hymnis. Ad calcem habentur Lytaniæ, in quibus continetur S. Findanus, igitur in nostro aut vicino Monasterio scriptum.

M. Ms. LX.

Pars Breviarij ordinis Cisterciensis in Gallia conscripta. Maturè tamen proximo Sæculo devenit ad Monasterium nostrum, cum ad diem 20. octobris in Calendario sequentia legantur: Hic inductus est Burchardus de Jestetten anno 1348. manu pariter Sæculi ijsti adscripta sunt Festa S. Findani, Januarij etc. Cæterùm addiem 11. Januarij notatur anniversarium Abbatum ordinis nostri: et ad diem 20. Nov. anniversarium omnium Parentum nostrorum, quæ etiam reperiuntur in Ms. numero C. die 18. Martij notatur anniversarium Domini Honorij Papæ: et ad diem 14. Julij: Philippi Regis Francorum, mirum est, ad diem 4. octobris S. Franciscum vocari Presbyterum. folio 290. habetur officium proprium de S. Bernardo.

M 2. Ms.

N2. Ms. CXXXIII.

Breviarium continens capitula, hymnos, Psalmos, Antiphonas, et orationes, pulcherrime scriptum ab aliquo Monacho SS. B. Schaffhusij ad normam illius, quod habetur sub Num. 85. Præmittitur Calendarium, exhibens festa B. Patronorum Schaffhusij constantis, Alexandri, Leguntij Fidis p. S. Fintanus in hoc omittitur, fors non amplius ibi celebratus. In commemoratione S. Benedicti ij. Julij Speciale officium: uti et pro Festo S. Mauritij, quod tamen in tota Diœcesi recitabatur, prout quoq; festum S. Januarij die 19. octobris. In folio ultimo manu recentiori adscripta est oratio de S. Theobaldo Epō, qui probabiliter idem cum S. Ubaldo Epō Eugubino. Cæterum Codex ipse Sæculo præcedenti, aut certè ad initium huius est exaratus.

N3. Ms. CX.

Aliud Breviarium scriptum hoc Sæculo ab aliquo Monacho Gallocuiusdam Monasterij, in quo S. Michael Archangelus Speciali in cultu fuit. à folio 167. immiscetur ordo Missæ cum Canone, in quo quædam diversa à modernis ritibus continentur. † ad finem codicis subnectitur appendix nonnullorum Festorum et Specialitor S. Fintani, uti et officium eius votivum, quæ scripta sunt in papyro, et probabiliter circa medium sequentis Sæculi post exhumationem Corporis S. Fintani, quo tempore igitur Codex jam fuit Rhenaugiæ.

† Præfatio notis musicis modernis constat, sed tres tantùm habet lineas, non quatuor aut quinque ut modo.

N4. Ms. CXXIII.

Diurnale cum Cursu Mariano pulchro satis charactere exaratum, et quidem pro Monialibus ordinis S. Dominici in valle S. Catharinæ, uti ostendunt festa propria ac Solemnia S. Catharinæ Dominici, Thomæ Aquinatis, Petri M. etc. ad initium completorij dicitur: Sorores sobriæ estote, et vigilate, quia adversarius. Confessio sequens: Confiteor Deo et S. Mariæ, et S. Dominico, et omnibus Sanctis, et tibi Soror, quia peccavi nimis cogitatione, locutione, opere, et omissione, mea culpa, precoste, ora pro me.

N5. Ms. CXLII.

Cursus Marianus et officium defunctorum, cum alijs precibus, propriè incipit à pagina 25. Scripsit Monachus Schaffhusianus circa finem huius Sæculi, ut constat ex Sanctis Patronis insertis, pag. 138. habetur et iam S. Fintanus, uti etiam in collectis ibi subiunctis.

Præmittitur huic libro Kalendarium scriptum à Monachis Mönrij nostri post medietatem Sæculi sequentis, quo tempore iam erat Rhenaugiæ. addidom 21. Maij Abbas Joannes Theobaldus

Sequentia

Sequentia notavit: In die obiit Sigismundus Ruspli Prior Coenobii Rinow 1572. addiom 8. Maij rubro colore Charactere ordinario Scripta est Translatio S. Findani Conf. adeoqs haud diu post inventionem eius Sacri Corporis, quæ contigit anno 1446. die 14. Mar. Vigilia S. Findani. die 15. eiusdem: Findani conf. Dedicatio Mönsij. 22. eiusdē. octava S. Findani. a pag. 407. prosequitur idem Scriptor Rhenaugiensis: et imprimis assignat regulas pro recitando cursu Mariano per annum. deinde Rabot Benedictiones, Capitula Brevia, et preces ad primam, quas in domo Capitulari, post annuntiata Festa Sequentib dici, recitandas dicit. pag. 425. exhibentur orationes notabiles pro Suscipiendis hospitibus etc. Superius etiam post Kalendariū addiderat varias preces de Passione Dñi et B. Virgine, nec non ordinem Cōmunicandi laicos, a nostro paulo diversum, dicit enim insuper sacerdos: accipite Fratres viaticum Corporis Dñi nostri Jesuchristi, qui hoc custodiat ab hoste maligno, et perducat animas vestras ad vitam æternam. Arbitror hæc Scripta fuisse à Nicolao Ruger, qui anno 1463. constitutus est administrator, et anno 1468. Abbas, ut suo loco videndū.

Nō. Ms. CLXV.

Bonifacij VIII. Sextus liber Decretalium, hoc Seculo Scriptus in pergmagno folio membranaceo, quem Sequenti Seculo comparavit Rvmus Joannes Jayer Sebastianus Epūs Arausicanus, cui adnexus est commentarius Joannis Andreæ. Sequuntur et alij undecim Codices eiusdemagnæ formæ papyracei, eandem materiam Juridicam tractantes, quos memoratus Epūs describi fecerat: nuper verò illi omnes abb Rvmo Domino Januario Abbate nostro comparati fuerunt ex hæreditate Nobilium de Payer im Hoff, de quibus Suo loco dicendum. Hactenus enim non nisi Codices pergamenos attulimus, quibus iam Subjiciendi sunt papyracei, si qui fuerint memorata digni: quem modum Servabimus etiam Sequentibus duobus Seculis, donec Membranacei penitùs expirent.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

255

54.

Sæculum Rhenaugiense VII.

Christi XV.

Caput I.

Benefactores.

Horridum Sæculum tam quoad Spiritualia quàm et temporalia aggredimur, dum Monasterium pseudo-Advocatorum injuria pæne depressum, invicta tamen Prælatorum constantiâ in libertatem tandem assertum, subsidiis quidem temporalibus cœpit reflorescere, institutis tamen Monasticis longa desuetudine obliteratis restitui nondum potuit. Benefactores nihilominùs tempore licèt iniquo non penitùs defuêre; inter quos jàm suprà recensuimus Joannem IV. ultimum Habspurgo-Laufenbergicæ prosapiæ Comitem, Advocatum nostrum, qui anno 1405. quosdam homines propriis Monasterio donavit. Quod etiam fecit Fridericus IV. Dux Austriæ anno 1427. primus alterius Habspurgicæ lineæ Monasterij nostri Advocatus. CXXVII. CXLIII.

Anno 1405. Haini am weg von Lonningen hat sich mit frigem willen siner frysheit enziechen, und an das Erwürdig gotshus ze Rinow mit lib und mit allem sinem gut geistlichen ergeben. Profectò si qui partem suorum bonorum Monasteriis donavit, Benefactores censentur, quantò magis illi, qui propria contemptâ libertate, cum omnibus suis seipsos tradunt, servitio et onere in posteros quoque suos translato. Hæc traditio confirmata fuit am Land-tag uff der Rinhalden by Rinow, die 28. Julij auctoritate Joannis IV. Habspurgici. Litteræ insertæ sunt genealogiæ diplomaticæ Hergotti, sed perperam scriptum Hann am weg, loco Haini am weg, ut habet originale nostrum. Sigillum appensum exhibet Hergottus tab. ig. num 16? CXXXVI. pag. 800.

Anno 1411. Conradus Benner civis Keiserstulensis donat Monasterio Molendinum, die Mulli, die gelegen war under halb Kren Kingen, reservato ad dies vitæ usufructu. Abbas Curesel in his litteris ter vocatur Princeps, der Erwirdig und gaistlich Herr und Furst apt Curesel des Gotshus der Abtey ze Rinow. Expeditio facta est per Hans Escher Schultheis und Rath zu Kaiserstul. CXXVIII.

Anno 1416. Die Ersam Frow Veronswalt von Siblingen, Sesshaft ze Rinow git zu des Gotshus handen alles das guot, das si jezo hat, alsfus dass jemer gewinnen mocht. Litteræ factæ per Senatum Rhenaugiensem præsidente Claus Külli Vogt des Erwirdigen geistlichen Herren apts Hugen, id est officiali præfecto, quem hodie vocamus obervogt, unde frustra ex ejusmodi litterarum expeditionibus cives Rhenaugienses quandam judicaturam, ut vocabant, sibi arrogare nitebantur. Advocatus porrò prædictæ Verenæ adstitit Hainricus Scherer Schultetus Rhenaugiensis. CXXXVIII.

Sediam

CXLIII. Sed iàm ad præcipuam huius Sæculi Benefactricem convertimur Dominam Margaretham de Bethmaringen, natam de Jettingen, quæ certè ex patria erat Abbatis nostri Heinrici de Bethmaringen. Hæc anno 1428. liberalitèr Monasterio donavit ir eigen Kilchen und Kilchensatz, und auch das Kilchenlichen, jus Patronatus, zu Jestetten, mit dem win und Korn gross und Kleinen Zehenten, und auch mit dem witem, und allem dem so darzu und darin vendert gehöret, nuts usgenomen, früelich und unbetwungenlich, redlich mit allem recht, und auch gar lutter, und gantz an alle Ire wort und geding: Gott dem allmechtigen, und der wirdigen Jungfrauwen Marien siner Muter, und allen gottes heiligen zu lob, und zu eren, und auch umb Singen und lesens willen, an das vorgedacht Gotshus zu Rinow, und an den disch gemeines Convents deselben gotshus etc. Motivum huius donationis sic exprimitur. weil si bedacht das das wirdig Gotshus der wirdigen Magt Marien, der hochgelopten Zwelfbotten Sant Peters und Sant Paulus, und Sant Vindons zu Rinow an zitlichen gut nit als mächtig ist, das die Münch, so in dem hailigen orden Sant Benedicten in dem vorgedachten gotshus zu gottes dienst zu volbringen geordnet sint, ir notturft zitlicher narung haben mögen, darum von solich mangels und gebrechens wegen diselben Munch vor unlangen zit von irem Gotshus gewichen waren, als das das Gotshus an hailiglichait gottes dienstes gantz gewidwet, und irseits stand, das Kleglich ist zehören, und wan si mit ganzer begirt genaijgt sy gottesdienst zu tuon, und zemeren, darum so wolte si von göttlichem insprechen, ir und ir vorderen seelen zu trost, und zu hail, und zu abwerchung ir sünden, ir aigen Kilchen ꝛc. Advocati nempe paulòante Monasterium expilaverant, redditusque abstulerant: aliud motivum subjungitur, quod jura Ecclesiastica melius in Ecclesiasticorum potestate consistant: den si wol bekante, das solich Kirchen von göttlichem rechten billicher in gotshuser, denen in leyen handen stunden.

Constat equidem tam ex diplomate Ludovici germanici de anno 870. quam etiam eius filij Caroli Crassi de anno 870. jam à tempore Restaurationis Ecclesiam in Jestetten omnemqs decimationem ad Monasterium pertinuisse, sed qua ratione interea ad manus Laicorum pervenerit, quis divinabit?

Non minus inter Benefactores recensendus est Der vest Hans ulrich von Jettingen Margarethæ Nepos, qui immediatus hæres eiusdem rei Ecclesiasticæ erat, et ob animæ suæ Majorumque suorum salutem libere renuntiavit juri suo in favorem Monasterij. Litteræ expeditæ Schafhusij cum sigillo civitatis Dominæ Margarithæ, Hainrici de Erzingen advocati assistentis, et memorati Joannis udalrici de Jettingen. In recognitionem tanti beneficij data est Dnæ Margarithæ Summa florenorum 288. et pratum aliquod amplum: ipsa verò per novas litteras de eviction cavit. Anno subsequenti 1426. confirmata fuit hæc donatio per Martinum V. Summum Pontificem, et anno 1427. exe-

CXLIII.

D. W. 3. n. 4.

cutioni

-cutioni mandata per Joannem Abbatem in Stein, virum insignem, qui teste Joithonio in provinciali Capitulo ordinis nostri anno M. S.
jjy 82. Augustæ celebrato Præses erat electus. fuit porro in execu-
-tione congrua pro vicario determinata, qui sponte tunc resignavit,
et vocatur Joannes Tregger. comparet hic paulo post in Parochia
Rhenaugiensi, quorsum procul dubio translatus fuit. Testes huius
executionis fuere Joannes Abbas Schafhusianus, atq; duo Monachi
Rhenaugiæ Rudolphus de Rischach, et Burchardus Hagen. Abbas quoq;
noster Hugo annatas ratione Destettensis Rectoratus constantiam
solvit florenis 5l. ut adeò et Episcopi consensus non defuerit.

Inter Benefactores numerari quoq; meretur Martinus V. Summus
Pontifex, qui propria sua sponte anno jj26. alias duas Parochias CXLV.
in Crzingen et Rheinheim plene jure incorporavit, cum antea
jam maior pars decimarum et jus Patronatûs ad Monasterium per-
-tinuisset. Motivum ferme præcedenti simile additur, ob Alsatium
abhostibus pænè vastatum, et muros per Rhenum dejectos. Executio
eidem Abbati Joanni in Stain demandata fuit: verum cum plura
obstacula interceperint, rem narrandam ad proximum caput dif-
-ferimus. Hic reliquos Benefactores in minoribus licèt rebus
exequimur.

Anno jj52. Herr Joannes Felwer dier Zit Schuelmaister Zu CLXXX.
Baden, und Margreth Scherezin von Rinaw Sin elich huss frauw
tradunt Monasterio Zwei höff Zu Destetten, und auch Spalenstains
gütlin, sub conditione, ut ad dies vitæ annuatim eis tribuantur
35. Stuck. quapropter ista traditio potius vocatur venditio,
quàm donatio, ac reverà Speciem vitalitij habet. Litteræ factæ sunt
Schafhusij ad manus des ersamen priestors Herr caspar Hofmañ
conventual des gotshus Zu Rinow, nomine Conventûs et Abbatis
Eberhardi, sub Sigillis Civitatis Schafhusianæ et Domini Felwer.

Anno jj72. Conradus gasser Rhenaugiensis quædam bona donasse In catal.
dicitur altari S. Blasio à Rmo Abbate Bernardo.

Anno jj79. Hans Diessenhover von Tängen vendidit Monrio B. V. jjj.
suas Decimas in Rheinheim: postea anno jj85. nonnihil de pretio
remisit, ut fiat perpetua illis memoria in Sacris.

Illustrissimorum Comitum de Sultz anniversarium notatur in
quodam antiquo libro Parochiali Ecclesiæ S. Nicolai manu huius
Sæculi, ubi dicitur die 9. Decembris eundum esse ad Monasterium
pro anniversario Generosorum comitum et comitissarum de Sultz:
quod probabiliter institutum fuit post medietatem huius Sæculi,
quando in Ecclesia nostra Sepulti sunt. Illustrissimam Dominam
Ursulam Joannis IV. Habspurgo. Laufenbergici filiam, uxorem
Rudolphi Comitis de Sultz et Matrem trium fratrum Joannis,
Alberici, et Rudolphi Sepultam Rhenaugiæ fuisse certum est: nec

alio

alio sanè in loco, quam sub Lapide grandi cui insculptus fuit Leo Habspurgicus in ædæa veteris Ecclesiæ Signato littera F. licet inscriptio ingredientium hominum pedibus deleta fuerit. Proximum huic lapidi Sepulchrum erat memoratorum comitum de Sultz ad latus Septentrionale Ecclesiæ, cuius inscriptio per medietatē deleta,

Lit. g. sequentia tamen adhuc legi poterant: Anno 1187. Aurb Rudolf des wolgebornen Edel graf von Sultz. anno 1190. Aurb der wolgebornen graf von Sultz ... qui posterior certe est alvicus dicto anno defunctus, licèt eius nomen extinctum fuerit. Nec dubium Joannem quoque in reliqua parte lapidis inscriptum fuisse, qui obiit anno 1491. certè sine aliqua donatione aut fundatione anniversarium celebratum non fuisset; unde comites isti, qui dum Advocatiæ Rhenaugiensi inhiabant, erant inimici possimi, facti sunt postea, desperdita omni Advocatiæ spe, amici optimi. nearum porro portium erit, in decursu historiæ neutrum dissimulare. Sacræ et aliæ Nobilium anniversaria in nostro Monasterio celebrata, quæ tamen desperditis libris nostris enumerare non possumus.

C. c. Landenbergici Speciale monumentum habebant: credibile quoque est Agnetem Matrem Ursulæ ex ea familia pone filiam fuisse

Habspurg. pag. 201. conditam, quam Rhenaugiæ Sepultam testatur Guillimannus

Capvt II.

Caput II.

Summorum Pontificum atq; conciliorum Protectio.

Anno 1420. Supplicatum fuit Summo Pontifici Martino V. pro confirmatione privilegiorum ex parte Monasterij nostri, eidemq; Supplicationi adscriptum fiat, ut petitur. Datum Romæ apud S. Petrum decimo Kal. april. anno tertio. quæ parvè causa fuerit, ut expeditio huius brevis differetur, ignoro, nisi fortè quod capto Abbate, et expulsis fratribus nemo fuerit, qui expeditionem urgeret. Id nihilominùs factum anno 1425. ubi inter alia Pontifex ait: Immunitates, privilegia, nec non libertates, et exemptiones à Regibus et Principibus concessas auctoritate Apostolica confirmamus etc. Datum Romæ apud Sanctos Apostolos XI. Kal. Xbris, Pontificatûs nostri anno octavo. Subscribitur G. de Imola. fortè Giovanni, id est Joannes. A. 1. n. 21. CXLII.

Idem Pontifex anno sequenti 1426. confirmavit donationem Ecclesiæ in Oestetten et proprio motu incorporavit Ecclesias in Rheinheim et Ertingen, et quidem ratione Rheinheim nulla mota fuit difficultas. at vero Ertingæ Parochiam possidebat Joannes Ulricus Truchsesius de Diessenhoven Canonicus Constantiensis, cuius fratres eodem tempore ratione piissimæ piscinæ in Örlingen graves lites contra Monasterium intentabant, Idcirco anno 1428. per provisionem Gregorij XII. dictum beneficium obtinuerant, tunc vacans per mortem Joannis Schafhuser, quod Mauritius quondam Joannis comitis de Habspurg natus per annum quidem possidebat, sed cum ad Sacerdotium promoveri negotiaret, iterum amisit. Hugo Truchsesius controversiam movit Hugoni Abbati ratione decimarum in Ertingen, Trasadingen, Wilchlingen, et Reichberg, quam decidendam Martinus V. die 4. Februarij anno 1430. Abbati S. Jacobi extra muros Constantiæ commisit. Interim moritur Papa, et Eugenius IV. eius Successor revocat omnes concessiones beneficiorum, quæ effectum nondum erant sortitæ, ut hæc erat ratione Parochiæ in Ertingen. At verò Abbas Hugo causam decimarum Basileæ in concilio prosequitur, efficitq; ut Truchsesius anno 1434. ab Henrico Abbate Fossæ cali ordinis Præmonstratensis Protectore Regularium citatus, et contumax excommunicationi subjiceretur. Eadem causa sequenti anno 1432. Romæ sub Eugenio IV. in favorem Monasterij decisa fuit, sed nondum peracta: Penitente enim Truchsesio similis nihilominus Sententia Basileæ in concilio contra ipsum anno 1437. fuit lata; sed ipso agente itesû revocata. Illo igitur modo Rhenaugienses rem Romæ aggressi, obtinuerunt à Summo Pontifice Eugenio IV. ut non obstante sua revocatione de novo incorporationes istorum beneficiorum confirmaret, cum præcipue in finem, ut exprimit Pontifex, ut tandem lites circa decimas finem sortirentur, data est hæc bulla eodem anno 1437. et sequenti anno 1438. executioni mandata per Fridericum Augiæ Divitis Abbatem, 8. n. 9. n. 10. 14. 15. n. 12. 16. 17.

postquam

post quam amicabilis compositio cum Truchsesio iam cathedralis Ecclesiæ custode facta fuerat constantiæ die 21. Maij anno 1438. per Præpositum Turicensem Dominum Joannem Tanhem, quem partes elegerant arbitrū, facta his duobus articulis conclusa, ut Truchsesius simpliciter Parochiam Erdingensem Monasterio resignet: Ipse verò contrà annuatim, quoad vixerit percipiat 200. florenos auri de Rheno, 30. maltera avenæ, et 6. Maltera tritici. Testes huic conventioni præsentes erant, Hermannus de Landenberg, canonicus constantiensis, Henricus, ulricus, et Joannes Truchsesij nomine verò Abbatis nostri aderat officialis Monasterij, qui dicitur Nicolaus Rehlinger.

Anno 1438. confirmata fuerunt Diplomata Monasterij nostri à concilio
CL.IV. Basileensi, imò descripta, et cum originalibus diligenter per deputatos comissarios collata, ita ut hoc instrumentum non solùm vim confirmationis, sed etiam renovationis, et ut vocant vidimus habeat. Licèt porrò tunc concilium iam variis tricis cum Pontifice involutum esset, nondū tamen creato antipapa schismaticum erat, imò omnia eius acta, præterquam quæ apertè schisma redolent, posteà ab ipsis Summis Pontificibus approbata. Subscribitur Bullæ cum plumbo, cuius ectypon vide parte superiori, inter alios Cl. de Senis, procul dubio Enæas Silvius Senensis postea Pontifex Pius II. chartæ autem vidimatæ sunt numero undecim, nempe Honorij Papæ II. Ludovici germanici, Ottonum primi et secundi, Henricorum secundi et tertij Friderici II. etc.

Anno 1446. eiusdem concilij Basileensis legatus delatere Ludovicus
C.I. 10. cardinalis Arelatensis Monasterio nostro per guerras et citos diù vigentes ad penuriam redacto indulgentias varias concessit, quas lucrari possunt qui id visitaverint, maximè in præcipuis festivitatibus, vel die Sabbati Missam de B. V. aut antiphonam Salve Regina audierint. Similes indul-
12. 13. gentias ipsum concilium sequenti anno concessit, per ordinariū paulò post probatas et promulgatas.

CL.XXXII. Anno 1458. Callixtus III. Summus Pontifex ad instantiam Abbatis, Prioris, et Conventus Rhenaugiensis per Ludoricum de Ludovisiis, Protonotarium et causarum Sacri Palatij Auditorem, sub pœna excommunicationis ipso facto incurrenda, et privationis omnium bonorum interdixit comitibus de Sultz, ut ab infestatione Monasterij Rhenaugiensis desisterent. De qua re plura suo loco: Hîc tamen sub rubrica protectionis Summorum Pontificum prætermitti non debuit.

Caput III.

Caput III.

Advocati Supremi Monasterij.

Superiori Seculo cap. XV. nota vidimus, Rupertum Cæsarem advocatiam Rhenaugiensem tanquam feudum Imperiale precariò donec revocaretur, contulisse Joanni IV. Habspurgico, qua ratione abunde suam Supremam advocatiam in Monasterium nostrum declaravit.

Mortuo Ruperto anno 1410. Substitutus fuit Jodocus Marchio Moraviæ, qui paucis mensibus supervixit. At verè Sigismundus anno 1411. electus, Arenuè manus Imperatoris obiit, præsertim, dum ad extinguendum Schisma inter tres Pontifices, Concilium Constantiense coegit: cuius plures chartæ in archivio nostro extant. Præcipua est de anno 1418. CXXXVI. qua veluti Tutor Supremus privilegia nostra his verbis confirmat et renovat: Verneuren, bestettigen, und confirmiren, in betracht des löblichen gotsdienstes den sy deglichen volbringen in irem gotshuse etc. geben zu Constantz donerstag vor S. Margrethen tag mit unserem Kaiserlichen Maiestet insigel, quod videri potest ad calcem partis præcedentis.

Idem Cæsar anno 1417. cum Monasterium molestaretur à creditoribus defuncti Advocati Joannis IV. imò et tam num viventium eius hæredum, fortalsis à Comite de Montfort, aliud Diploma dedit, quò per longum demonstrat, Monasterium Rhenaugiense utpote Imperiale, nullo modo posse conveniri obdebita contracta ab Advocatis, qui nomine Cæsaris Monasterium ab invasionibus malorum hominum tueri debent, operæ pretium est nonnulla exscribere: Dasselbe Closter mit Samot Sinen untertanen luten, und gutteren zu uns und dem hailigen Römischen Riche gehören, und auch in unserem und des Richs Sunderlichen Schirme, und von unseren vorderen an dem Riche manigfeltiglich begnatet und gefriet sint ... Sonderlich so sin wir und andere unsere nachkomen Römische Kaiser, und Kunige obristen Vögt aller und jeglicher Klöster in dem Riche gelegen und zu vorus des vorgenanten Closters zu Rinow etc. geben zu Constenz des nechsten montags nach S. Martins tag, mit unsem Königlichen Majestet insigel. CXXXIX.

Anno 1434. Sigismundus confirmavit privilegia civitati Rhenaugiensi concessa, præsertim illud de non evocando ad extraneum Judicium. Usi sunt hoc diplomate cives rebelles anno 1417. ad profanandam, ut vocabant propriam et distinctam judicaturam. Responsum tunc fuit, subreptitiè ostentum fuisse per nimiùm infestos comites de Sultz, qui similia rescripta annis 1429. et 1430. à bone Cæsare pro se contra Monasterium expiscati fuerant. Verum ego nonnihil subsisto, quòd cives plerosque in illis turbis pro Monasterio stetisse inveniam, nihilque in illo diplomate contineatur juribus nostris adversum, cùm judicium civium idem ac Abbatiale fuerit, cui vel ipse Abbas vel deputatus ab eo officialis præsidere solebat. Patrius Monasterij intererat, ut jura civitatis contra invasores sarta tecta manerent; sovètque conjecturam hocce diploma ab ipso Monasterio impetratum fuisse, quod nominatim in illo judicium provinciale Leggoviæ excludatur.

das Landgericht

das Landgericht, quò præcipuè Comites de Sulz tam Civitatem quam Monasterium exagitabant. Sane contra id ipsum Judicium Regijs rescriptis munitum fuisse Monasterium mox videbimus. Nec obstat, quod istud diploma anno 1407. Subnomine Comitis de Sulz in Judicio Imperiali Rotwilæ vidimatum fuerit; constat enim ex actis nostris, non fuisse paradoxum in eodem Judicio, quod jugiter favebat Monasterio, quædam Subnomine Sulzio contra Sulzenses decreta fuisse, quandò nimirùm Comitis Præsidentis nomen ex more Sententijs præfigebatur. Rescripto porrò, quibus dicti Comites Telonium, Monetam et Judicium Sanguinis Rhenaugiæ locô feudi Regalis impetraverant, licèt subreptitiè ostenta fuerint, saltem probant, illa jura non ad Sultzensium Hæreditatem, ut volebant, sed ad Imperium pertinuisse. Quidquid sit de diplomate à Sigismundo Civibus dato, illud iam modò per fœderatos Helvetios Protectores nostros, quantum juri Monasterij præjudicare poterat, casum ac nullius roboris declaratum est, et ut aiunt extra rerum naturam ejectum, cujus sola memoria in libris illis impressum tempore controversiæ asservatur.

Sigismundum in regimine excepit anno 1438. Albertus II. Austriacus, sed ob ejus breve regimen Sesqui anni tantùm nulla de eo charta extat in archivio nostro: refertur autem in libellis mox adductis Simile omninò privilegium hoc anno 1438. Civibus ab eo datum: quod cum per omnia conforme sit antecessoris diplomati, idem pariter de eo judicium esto. Advocatiam saltem Sapremam ex eo derivare licet, non tam in civitatem, quam in Monasterium Imperiale, cujus intererat, ne Subditi ad judicium extraneum avocarentur.

Anno 1440. Fridericus inter Duces Austriacos V. Imperator hujus nominis III. die prima Januarij Imperium est consecutus, quod in annos septem Huius Seculi produxit. Insigni diplomate confirmavit privilegia Monasterij nostri anno sine, quod licet aliàs conforme
CLXI. sit Diplomati Sigismundi, Specialia tamen addita sunt duo privilegia de non avocando, et de proscriptis suscipiendis: wir haben, inquit, auch den obgenanten abt und convent zu Rinow, und ihren nach-Komen dise besunder gnaden getan, und tuen in die auch wissentlich in Krafft dis briefs von Römischer Küniglicher macht, das niemand wer der sey, dosselben abt, convent, und iren nach-Komen eigen leut und hindersessen, die in Jugehörden fur dhein Römde gerichte nit heischen noch fürwenden sollen um einicherley Sachen willen ... Sie mogen auch in iren gerichten offen verschriben echter uf ire recht enthalten etc. quæ procul dubio propter Sulzenses turbas expressa fuere: et præcipue quidem semper magni habitum fuit privilegium, quo proscripti verbi gratiâ à Judicio aulico Roturiano Rhenaugiam confugientes protegi, atque securi esse possent, donec causam suam jure prosequerentur. Datum est diploma mit unserem Küniglichen Majestat insigel,

-tat ius sigel, quod vide loco citato Zu constentz, am dinstag nach S. Cat-
-herinen tag.

Anno 1487. Maximilianus I. filius Friderici Rex Romanorum pariter CIↃIↃXXXVI.
privilegia Monasterij nostri confirmavit in forma praedecessorũ suorum
Sigismundi et Friderici. Licèt enim hoc tempore Rhenaugia iam sub
tutela Foederatorum Helvetiæ constituta fuerit, nihilominus Imperа-
-tores adhodiernum usqs diem suam Supremam protectionem non dimi-
-serunt. Sigillum iam aliâ in forma solis sat is constans sine Regis effigie
delineatum supra videri potest. geben in unser Stat Zuturesph an S.
Martins tag nach Christi geburde in virzehenhundert und Sibenunac-
-hzigsten, unser Reichs im anderen Jare. quod intelligendum ab
eius electione in Regem Romanorum, quæ facta fuerat anno praecedenti
die 19. Februarij.

Adsunt aliæ litteræ, ut vocant, Missivæ eiusdem Maximiliani
anno secundo sequentis Saeculi datæ ad Abbatem nostrum Henricum
de Mandach, quibus eum laudat, quod rebus suis consuluerit, comen- CIↃIↃXXXVIII.
-dat negotia sua ulteriùs negotiata fore promittit: quæ qua occa-
-sione datæ fuerint, ad sequens Saeculum examinandum reservo.

Cap. IV.

64.

Caput IV.

Fridericus IV. Dux Austriæ Advocatus, Eiusq; ac Monasterij fata adversa.

ultimum ex Stirpe Habspurgo-Lauffenbergica Advocatiæ nostrum Joannem IV. mortuum fuisse die 18. Maij anno 1308. constat ex rotulo
A.I.26. archivij nostri circa annum 1435. conscripto, in quo acta Hugonis Abbatis cum Comitibus de Sultz diffusius enarrantur, à nobis iam modo declaranda.

Advocatiam Rhenaugiensem ambiebant tres Joannis hæredes: Rudolphus Comes de Montfort, Hermannus Comes de Sultz, et Fridericus Dux Austriæ Comes Tyrolis. Montfortius prætensionem videbatur habere, quia natus erat Adelhaide Matræ, quæ filia extiterat Joañis II. Habspurgici, Sóror Joannis III. et nupserat Hainrico Comiti
Hergott gen. Dipl. chart 894. de Montfort Domino in Tettnang; unde et anno 1411. comitatum
Tschud. adan. 1411. Kiburgicum & alias quoq; prætensiones in pignus ab Austriacis
Wilhelmus Montfortius obtinuit. Hermañus Comes de Sultz decedente Joanne IV. omni carebat titulo ad consequendam advocatiam Monasterij nostri, sed cum Ris in partibus Erælectus esset Austriacus, quem Landvogt vocabant, occasionem nactus, dominia haud exigua familiæ suæ adjiciendi, vix mortuo Joanne, Agnetem relictam viduã persuasit, ut filio suo Rudolpho desponderet Ursulam filiam unicã,
A.I.35. Res sequenti modo describitur in facti specie anno 1447. Alberto Duci præsentata: Da nun der selb graff Hans von tot abgangen, und Kainen Herren von Habspurg sonder alain jetz min frowen von Sultz sin tochter noch tod verlaßen, do was min graff Herman sälig von Sultz unser gnädig Herrschafft von österrich Landvogt in disen Landen, der sur zu, und vermehlet minen Herren Graff Rudolfen, und ietz min frowen von Sultz zusamen, und maint min frowen by Lossenberg und Rinow zu behalten. Facta dotalitia
CXXXI. exhibet Hergottus charta 918. Facta die 6. Julij eiusdem anni 1408. in quibus tamen nihilominùs de Rhenaugia continetur, sed promittantur tantum Tynastia in Rotenburg et Krenchingen, item Landgraviatus cleggoriæ, et Telonium in Kuelen, transitus in pagum uraniensi, ex germanica in Italiam: Agnes verò Mater pro viduitatis sede sibi reservat arcem et Tynastiam in Balm. Sperabat nihilominùs Hermannus et alia consequi, ut eventus docuit.

Fridericus Dux Austriæ non solum nomine familiæ Habspurgicæ, iam in altero ramo extinctæ, sed etiam titulo emptionis advocatiam postulabat, cum viventi Joanni IV. p. erat enim Dux ditissimus, licèt postmodum dicterium cum vaca burga sustinere cogeretur: econtra comes admodum pauper. Plurimùm argenti præstitérat sub pacto, ut post eius obitum ditiones illius ad Domum Habspurgo-Austriacam redirent: indè ex alia quadam charta apud
n. 930. Hergottum constat, iam à Patre Fridrici sub ea conditione pecunias fuisse præstitas. ut igitur Advocatiam Rhenaugiensem nancisceretur Fridericus misit Wernerum de Falckenstein, què Tschudius

to. 1. pag. 589. col. 1. vocat Hans

vocat Hans von Walkenstain Sinogemahels hofmeister. Nec minùs reliqui comites nuntios suos Rhenaugiam destinaverant.

Inter hæc Abbas Conradus de Gisingen communicato consilio cùm Schaffhusianis et waltzhutensibus, quorum municipio tunc Monasterium gaudebat, re maturiùs perpensa, Fridericum Ducem eligendum esse censuit, præcipuè quòd ille vicinis regionibus latè dominaretur, cui nempe præter Turgoviam, Argoviam, et Brisgoviam, magna etiam pars Helvetiæ adhuc dum pareret. Respondit itaque Falckensteinio, delaturum se advocatiam Friderico, si privilegia, immunitates, et jura Monasterii rata habere, eaque defendenda promitteret. Cuius pacti cum expressum mandatum Ducis ad se videretur, præstiteratus Nuntius, cum consensu totius conventus ac populi salutatus est advocatus. Hoc exemplum secuta Abbatissa Seconiensis anno sequenti 1409. Feuda, quæ comites Habspurgici possederat, concessit, nempe Laufenburgum, Seconiam, atque Claronam. Herzott chart. 929.

Haud diù dissimulavit dolorem de jactura Rhenaugiæ Hermanus Comes de Sultz, sed victoriis elatus, quas nomine austriaco contra Abbatis Cellanosin Rintal, et Basileenses in pago Rauracensi reportarat, anno 1413. absente longiùs Duce, Rhenaugienses coegit, ut homagium sibi tanquam Advocato præstarent, quâ re indignatus Fridericus comitem à præfectura amovit, substituto in locum eius Joanne de Lupfen. Durch solliche verba sant Rotuli, mîn gnädige Herrschaft von österrich über graf Herman erzürnet ward, und setzten in von der Landvogtye und ward da zumal mîn herr graf hans sälig von Lupfen landvogt. Sero tandem sapuit Hermannus, et Rhenaugiensibus scripsit, ut Domui Austriacæ ad manus comitis de Lupfen jurarent. Littera data Rhenofelda Mitwoch nach S. Ulrichstag anno MCCCC. undecimo. CXXX III.

Dux verò Fridericus cum esset Badenæ die 21. Augusti eiusdè anni Rhenaugiensibus confirmavit privilegia, ubi et sequenti CXXX IV.
anno 1414. teste Tschudio cum Foederatis Helvetiis pacem put
putabat, solidissimam pepigit adquinquaginta annos. Nach
solichem) pergit rotulus, hielt unser gnädiger herr Herzog Fri-
drich das gotshus gnädiglich in gutem schirm und one trang
vil jar. Ex his aliisque tum supra relatis, tum deinceps referendis facilè conjicere licet, ex quanam scaturigine prodierit ille titulus manu recentiori cuidam copiæ harum relationum præfixus: Der Grafen von Habspurg mishandlungen wider das gotshaus Rheinau; nec enim quæ egit Ursula in aliam familiam translata, adscribenda sunt totiæ familiæ Monasterio nostro tanquam infensæ.

Hoc inter annos nempe 1414. Præfectus Austriacus in Argovia Burchardus de Mansberg, litem quandam composuit inter Monasterium et Cives Rhenaugienses ratione Nostuarij deo sahls addicti vitæ Hugonis Abbatis in præsentia Nobilium walther de Hochen Klingen

Rudolf de amberg de Hocken Klingen, Hermann de Liebegg, Rudolf de Hatwil, Hermann de Rinach, Joan Schultes vogt zu Lenzburg, ulrich

K.l. in. Klingenfus vogt zu Baden &c. donerstag vor S. Georgen tag.

Annus 1415. admodùm infaustus Friderico, quò eius bursa evacuata, dum omnes simul ditiones amplissimas, ut nec Imperatori cedere videretur, amisit. Dum enim Summum Pontificem Joannem XXIII. clam Constantiâ è concilio eductum Schaffhusium ditionis suæ oppidum destinat, tantus furor in eum subitò exarsit, ut nisi sub specie servi à Truchsesio de Diessenhoven ministeriali suo ereptus fuisset, de vita periclitari potuisset. Secutus est ergò Papam Schaffhusium, quem die 29. Martij, quæ erat Parasceves per Neukirch waldishutum, ac deinde secundo Rheno Brisacum misit. Interim Cæsar ipse, Friderico proscripto et excomunicationi per Patres concilij suppo-

Tschudius. sito, exercitum in Turgoviam ducit. die 30 Martij id est Sabbato Sancto, Stein et Diessenhoven per Burgravium occupatus. Die Paschæ Fridericus Schaffhusium deserit, oppido sacrum fidelitati commisso, quod statim ab Imperiali exercitu obsidebatur. Hoc in turbide non vacandum ratus comes de Sultz, Rhenaugiam accurrit, et homagium à civibus iterato exterquet inscio Cæsare, ut retulas testatur: Graf Herman von Sultz und sin Sun unterzugen sich des gotshus one beselchnuss des Künigs, und hielten das gotshuss unschirmlich, und namen selber dem gotshus das sin täglich zu allen ziten. Rem sic describit Species facti Judicialis: als das Rich vor Schaffhusen und vor Diessenhoven lag, kam graff Herman von Sultz Secl. gen Rinow gerent, und hat da so vil mit denen von Rinow geret und reden laßen, das die von Rinow dazumal graff Rudolfen Seeligen, und miner frowen von Sultz geschworen hand. Nihilominùs Rhenaugienses non priùs juramentum præstiterunt,

CXXXVII. quàm comes per litteras reversales sequentes conditiones inivit: uſgelaſſen diſe nachgeſchribene try Stuck: des ersten, ob es wär, das Sy min Herr von österrich von morn über acht tag nächst geKünſchlig endschitti, So sont Sy ir aiden ledig sin: Item das ander Stuck, ob sich die von Diessenhoffen in solicher wise und mainung öch nit gesetzt und geschworen hettin dem Burgrawen von Nürenberg an mines herren des Künigs statt, So sond die von Rinow ir aiden aber ledig sin: Item das Tritt Stuck wer, ob die von Schaffhusen die von Rinow von des huldens und schwerens wegen, so sy getan haben, bekümerten, und angriffen weltin oder wurdin, So sond Sy ir aiden aber ledig und los sin. data sunt hæ litteræ an den nächsten Zinstag nach S. Ambrosien tag anno MCCCC. quintodecimo, id est die 9. Aprilis. Putabant nempe Rhenaugienses, Schaffhusianos, prout Dux ipse sibi persuaserat, fore constantiores pro partibus Austriacis: verùm teste Tschudio abillis maiorem persecutionem sustinere cogebatur Fridericus, quos pluribus beneficijs sibi devinctos habebat. Tradiderant enim se se Schaffhusiani jam sexta die aprilis, si verum est, quod scribit Tschudius.

Novi advocati

Novi Advocati de Sultz perquam molesti esse pergebant Monasterio, nonobstante confirmatione immunitatum, quam Abbas Hugo die 18. Julij à Sigismundo impetraverat: nec magis profuit secundum eius diploma contra infestationes Monasterij datum die 15. Novembris ipso Festo S. Fintani anno 1415. titulo debitorum à comite Habspurgio relictorum, in quo saltem declaravit Cæsar, Advocatiam Rhenaugiensem ad Imperium pertinere.

Anno 1418. Dux Fridericus agente comite Palatino Sororiæ suæ reconciliatus Sigismundo Imperatori subtali conditione fuit, ut omnes ditiones suas in manus Cæsaris quidem dimitteret, eadem tamen paulò post recuperaret. Verùm cum restitutio longiùs differetur, Fridericus secundò Constantiam insalutato Cæsare reliquit, rebus suis in Tyrolì consulturus, quam frater eius Ernestus invaserat. Reversus tamen denuò rebus utcunque compositis post varias interlocutiones Uberlingæ et Munsterlingæ habitas, tandem ad præstandum Imperatori homagium admissus, simul Feuda Imperij ab eo recepit die octava Maij anno 1418. Licèt porro Sigismundus ipse una die Tigurin se contulisset, restitutionem Helvetijs persuasurus, nihil tamen egit, cùm illi obtenderent, se mandato concilij et Imperatoris adactos ditiones Ducis occupasse iam in compensationem expensarum retinendas. Litteras saltem patentes Cæsar Friderico dedit, quas refert Schudius, datas 21. Maij, in quibus pristini Ducis subditi permittebant, ad obsequium redire, et redière Turgovia, Diessenhoven, Stein, Seckingen, Rheinfelden, Laufenburg, Waldshut etc. Sed Schaffusium se interea in libertatem datâ Sigismundo pecunia vindicaverat Imperij.

to. II. pag. 97.

Schud. to. II. pag. 16. col. 2.

Rhenaugiam quod attinet, Hermannus de Sultz iàm se deprehensum advertit, quòd homagium à civibus extorserit, et Advocatiam insciò Rege sibi arrogaverit, adiit itaque Sigismundum, tunc Brisaci existentem, nam die 27. Maij Constantiam reliquerat, excusavitque se nomine ipsius eius ac Imperij id fecisse, causatus insuper varias querelas et gravamina contra Fridericum Rhenaugiensem habere. At Sigismundus, ut faret prò mibis, quæ Duci fecerat, litteras clausas ad Abbatem et comunitatem Rhenaugiensem scripsit, easque comiti tradidit, ut Rhenaugiam præferret, cum mandatis, ut gravamina, si quæ haberent, Regi proponerent; cæterùm soluto juramentò, quod comiti de Sultz præstiterant, Friderico reconciliarentur, additâ tamen libertate, si immediatè sub Imperio persistere mallent. Inscriptio litterarum scilicet Sic habet: Wir Sigmund von gottes gnaden Römischer König zu allen Ziten meres des Richs, zu ungaren, Dalmatien, croatien etc. König entpieten dem Ersamen, gaistlichen, unseren lieben, getreiwen, andächtigen dem apt zu Rinow, und den Lüten gemainlich daselbs, unseren, und des Richs, lieben getrewen, unser gnad und alles gut. deinde refert reconciliationem cum Friderico factam, et pactum, quò hic promisit, satisfacturum se coram Rege querelis subditorum, si quæ moverentur, prout ait Rex, ex mandato nostro pluribus aperiet comes Hermannus de Sultz. Denique subjungit:

Darum so

Darum so begeren, und bitten wir Euch, mit gantzem Ernste, das ir den obgenanten Fridrichen, gelübt und huldigen tuen, in der mas als zwische uns geret, und verschriben stat: dasan erzeigt ir uns sunderliche Dankcknemi Kait und wan ir die gelübt und ayt getan, so sagen wir Euch solicher ayt, die ir uns und dem Rich vor getan habt lödig und los etc.

CXL. gegeben zu Brisach under unserem ufgetruckten Küniglichen insigell, nach Christi geburt in dem XIIIIC. Jar, und darnach in dem XVIII. Jar, des nechsten donnerstag nach S. Vits tag, idest, 18. Junij ad Mandatum Domini Regis. Paulus de Jost.

Litter as has ab Hermanno Rhenaugiæ præsentatas fuisse, utigo originales, ipsa testantur, Sigillum verò deforis est, ut in litteris Missivis.

Die 25. Julij Dux Fridericus ipsemet Rhenaugiam venit, cum ingenti gaudio abs Abbate et Conventu, ut liberator à precibus Sultzensium exceptus. Postquam Cõmunitati per eius Cancellarium ulricum Rotulus cognomen omisit. Litteræ generales Sigismundi Regis, quibuscunctis concedebatur facultas ad Fridericum revertendi, prælectæ fuerant, Susceptus est denovo in advocatum, eigo homagium præstitum. In tantam segratiam Hugo Abbas apud Ducem insinuavit, ut cum secedentem in Tyrolin adlatus adequitando comitaretur, Dux Abbati secretum consilium aperiret, reversurum se nempe proximo autumno cum valido exercitu, atgo in pristinam potestatem subacturum, qui hactenùs renisi fuerant, interim duos equos phaleratos cõmisit nutriendos. Abso. verba sunt rotuli: Schrid nun herr herzog Fridrich von Rinow, und wolt an die Etsch. Fluvius Tyrolis Italiæ proximioris. und rit abt Hug mit sinen gnaden by einer halben mil wegs, und ret sin gnad vil mit abt Hugen, und sprach: er wolt glich uf Martini Kozmen, und das land überhopt innemen, er weltoch den hailigen berg proximum ût puto winterturæ. innemen mit Kriegi sin gnad gesalch dem abt zwey turner Ros, und lies die zu Rinow sten.

Igitur pro adventu Ducis necessaria paraturus Abbas Hugo supra Mille Sexcentos modios diversi generis frumenti coemit, cum quingentis plaustris vini, et quadraginta bobus aut expensæ ultra duo Millia florenorum ascenderent, Suma illo ævo permagna, quando teste Jochudio Bernates Imperatorem cum conjuge et toto comitatu plurium Imperij Principum Arburgi per aliquot dies excipientes trecentos florenos insumpserunt, et ibidem Cæsar totum Badenæ comitatum Tigurinis pro quingentis millibus florenorum oppignoravêrat. Et vere res pessime cessit Hugoni; nam Hermannus hæc omnia sui in contemptum fieri exponens, primũ quidem Capitulares Religiosos contra Abbatem instigavit, qui causam tantarum expensarum ignorantes, tantas excitavêre turbas, ut Abbas Schaghusium se recipere cogeretur, haud dubie in Domum Zur Tannen nuncupatam Monasterio propriam. Deinde Friderico Duce in Tyroli per gravia negotia detento, ubi nimirùm, ut ludicro proverbio dicebatur, Rebelles sanavit à tribus liberans morbis nempe, Stein, Reüten, et gries, quæ tres Nobilium arces erant, eõ, inquam, emanente Hermannus

mannus episcopam prædam adoratus, cum quinquagènta armatis Equitibus Rhenaugiam ingressus totum comeatum expilavit. Rem ex retrò audiamus: Do angagens, des abt Hug minem herren Herzog Fridrichen tat, des nam sich graf Hermann von Sultz ze fündschaft an, und machet den convent usschweifig und ungehorsam abt Hugen, und vertraib in vom gotshus gen Schaffhusen, und kam graf Hermann uff octhinare XVIII. mit L. pferten gen Rinow und lag da bis VI. oder mer wuchen, und fand da im Closter das vorgeschriben gut Korn, wein, fisch, fleisch, und wilt da gröblich; und als er von dannen wölt mit den Sinen, so must im abt Hugen geben IIc. idest zweihundert guldin an barem gelt, und war da etwas gedings begriffen durch den von Jengen zu Eglisau, als das der brief inhalt.

Litteræ compromissoriæ datæ sunt admittium sequentis anni julij. quousque nimirum executio Hermanni Comitis Rhenaugiæ perduravit. in his Nobilis de Jengen se vocat Hans von Thengen Fryherr zu Eglisau, erat enim vasallus Monasterij: articuli compositionis sequentibus exprimuntur: 1o Das der vorgenant min herr von Rinaw Khainen anderen Kastenvogt haben noch nemen soll, den graf Herman von Siner Kint wegen; scilicèt coactè. 2do Es sol auch graf Hermann minen herren von Rinow, gründlich halten, und ime das best tuen, wo er und das gotshus by Sinen eren, wurden und fryhaiten, und darzu schirmen, als vere er mag ungefarlich. 3tio von der rechnung wegen etc. hic latius deducitur, qualiter Abbas Hugo ad instantiam Comitis teneatur quot annis in eius præsentia coram Cive constantiensi rationes dati et accepti reddere; posse moneri à Comite si defectus aliquis subrepat, si ultra annum differatur exactio, liberum fore pro tunc Abbatem à reddenda ratione. Sigillatria appensa sunt Abbatis, Comitis, et liberi Baronis de Thengen. Datum an der nächsten mitwochen vor der Hailigen dry Künig tag, id est die 11. Jan. adeoque seriis nondum finitis, adeò premebat Comes Abbatem. His pactis nondum conclusis, fecit ordinationes quasdam Co Ursula Comitissa Rhenaugiæ die 2. Decembris anno 1418. Unsri gnädige frow ursel von Habspurg hat uns gnädiglich gelaßen beliben, als ir vatter graf Hans, also das sy uns lat alle uneliche Kint, mit allen rechten, die das gotshus hat zu elichen Kinden: hibij ist gesin Rudolf à Vetter von Landenberg, der Schenck dazemal vogt, und ir Landschriber, Dominabantur Stagi Rhenaugiæ Comites. CXLI. Cf. W. 7. in urbario.

Caput V.

70.

Caput V.

Ulterior Persecutio Comitum de Sultz contra Hugonem Abbatem.

Tres superiori capite invasiones comitum de Sultz vidimus, nimirùm annis hui'us Saeculi undecimo, decimo quinto, et octavo decimo. Negotia illa coacta diu Aetit, Sed triennio nondum relapso discordiae multòcu-deliùs recruduerunt, ut priores illae persecutiones Solam Speciem alicuius prodromi exhibuerint funestae tragediae, et quidem non unius, postea insecutura. Causa diae vindictae de Hugone Abbate sumptae in monumentis nostris non exprimitur, Sed omni dubio procul fuerit illa, quòd Hugo extortam Advocatiam Sultzensibus Subtrahere, et Friderico Duci, cui dudum delata fuerat, clam restituere tentaret. venit itaque Rudolphus, filius Hermanni, ursulae Maritus ad Monasterium, Abbatem capit, in vincula conjecit, in diversas arces deportat, ac deterrimis carceribus inclusum, tantum non enecat. Crudelè factum ipse placet verbis ipsius retuli referre, ne quid durius dixisse videamur.

Anno XXI. Vigilia Michaelis, id est Anno 1421. die 28. Septembris, Kam graf Rudolf von Sultz gen Rinow, da was Abbt Hugo de Schafhusen von des gotshus wegen geschäfften. graf Rudolf endbott dem Abt, das er Zu im gen Rinow käme. der Abbt sass uf und rait zum grafen Rudolfen gen Rinow und Kam uf den inbiss dar, und hiess graf Rudolfen waser geben, wolt mit im gessen haben, und sprach: herr nem met waser. also gieng der graf zu dem Abbt, und graift in in sein göller, und sprach: er ware gefangen. das trauten er im nicht, sprach der Abbt. nach vilen worten must der Abt gon in ein Stuben untz uf die nacht. also versprach der graf dem Abbt, und den Burgeren, das er den abbt nit von closter füren wölt. uf die nacht by den nesten Stunden nam der graf den abbt, und führt in die nacht durch vom Kloster gen Kren Kingen uf ain Vesti, und was da by 11. tagen: do führt er in von Kren Kingen gen Balm, da was er by 6. wochen, und hielt den abbt hert in der glen Knus, in türnen, und in ysen, an händen und an füessen, alles des ansagens wegen, so er Herzog Fridrich getonkät. von Balm ward er gefürt gen Buchelsee das was Ludis von Landenberg. da hielt er den abbt aber hert in ysen und banden in Klöcken wol. by tryen wochen. von Buchelsee widerum gen Balm, und was da von Martini untz uf vigilia Thomae da Sitentz by den abbt Zu Balm Zu angehender nacht durch, und morgens die don tag durch bis die nacht, das der abbt ab dem pfert nit Kam, und erfroh das pfert Zetot unter dem abbt, und die Knecht wurden geborsthaft an händen und an füessen. also was der abbt Zu Neckerburg von Thomae untz uf vigilia Purificationis Mariae. id est 1. Februarij 1422.

uf Vigilia Purificationis Mariae Sass der abbt Zu Neckerburg aber uf mit tryen graf Hermans Knechten, und ritten die nacht durch uber den Schwarzwalt, und Kam dick darzu, das weder pfert noch Knecht nit möchten gon, noch sitten vor Schne: und morgens den ganzen tag bis in die nacht, und Kamen gen Castelberg. do der abbt gen Castelberg Kam, da liess in graf Herman

einschliessen

inschliessen in herte Gaut, ysen, und holtz, und wolt in erlempt, und auch hungerstot haben, und Rub graf Herman dem abbt sàr, er müste sterben, umb des ansagens, das er dem herzogen ge-ton hett.

Ex hac relatione constat totam Rhenaugiam capto Abbate concur-sum fecisse, cum Comes cogeretur civibus promittere, Abbatem non aliorsùm deportandum, quae de causa prius primum in Krenkingen et non in Balm delatum ut nempe tutior, quò remotior praeda esset. Rud. seu Rudolfus de Landenberg, alibi dicitur cognatus ursulae, 9. IV. 70.
Lorte frater Agnetis eius matris, ad quem anx. Bischelsee spectat, sita in Turgovia haut procul Tischingen. Neckersburg castellum est infra Rotwilam ad ripam Nitari in colle eminens, unde non mirum, iter, cui sine interposita mora gravissimum: quod tam-men simili distantia iterum emetiendum erat in Castelbergarcem tam procul distantem, ut abea per Furstenberg redeundum esset constantiam, quod additur in relatione: umb des ansagen, das er dem Herzogen geton hett, haud obscure innuit, Hugonem ad Fridericum recursum habuisse.

Inter haec amici et cognati Abbatis praesertim Joannes Truchsessius de Bissenhoven dictus Mollis et vir Nobilis Münch de Gachnang, vasalli Mo-nasterij, miserandam Hugonis capti civitatem deferunt ad serenissimam Ducis Friderici uxorem, quae ea tempestate opportune ex Tyroli in Sue-viam devenerat. Rotulus eam vocat Katharinam, sed revera dicebatur Anna, nisi eam duplex nomen habuisse quis velit. Duas succe, sivè uxo-res duxerat Fridericus: Prima erat Elisabeth Ruperti Romanorum Regis Filia mortua anno 1411. Altera filia Ducis Brunswicensis, adeòque ex prosapia quelfica, fausto omine, ut à progenitoribus fundato ac la-boranti Monrio succurreret. Erat porro sanctissima femina solita nudis pedibus Ecclesias obambulare, eleemosinis ac orationibus jugiter in-tenta, ac non sine boni odoris fama defuncta. Huc igitur audito Ab-batis ac Monasterij periculo, illico Archiprafectum suum Iren Land-vogt graf Hansen von Thurstein ad Sultzensem comitem destinavit, ut Abbatem juberet salvum ex custodia in arcem Furstenberg depor-tari, ubi ab amicis propriis exceptus deferretur ad ottonem Episcopum Constantiensem, qui causam inter ipsum et Comitem Hermannum exa-minaret atque decideret. Hugo jussa Ducissa tandem dimissus Abbas die prima Martij anno 1422. Constantiam venit, postquam per medium ferme annum extremum squalorem carceris satis expertus fuisset.

Interea jugiter incubabant Monrio comites de Sultz pater et filius, eiusque praeventus sibi adeo arrogabant, ut nihil reliqui esset profestentatione Religiosorum, qui prorsus coacti Monrium atque officium divinum deseruerant, prout constat ex litteris anno 1428. datis: das von mangel und gebrechens wegen die Munch vor unlangen zit von irem gotshus gewichen waren, als das gotshus an bechüglichait gottes dienst gantz gewiduet und irseits stand, das klegklich ist zehören. Expectabat Hugo Abbas adventum comitis de Sultz constantiae usque ad festum S. Michaelis anni superioris 1422. adeòque ultrà dimidium anni, ut controversia tandem Episcopi Judicio terminari posset: quò non comparente Abbate C XI. III.

supradictum

Supradictum Nobilem de Gachnang cum aliis iterato ad Serenissimam Austriæ Ducissam ablegavit, qua eodem tempore peregrinationem ad Beatissimæ Virginis Sacellum Eremitarum apud Suitenses instituerat. Miratur illa, Abbatem nondum suis restitutum, atqs alterum archiprotonotarium comitem Wilhelmum Montfortium de Tettnang ad Episcopum Constantiensem misit, qui omnem operam daret, ut Hugo absolutus ad Monasterium suum regredi permitteretur. Otto Episcopus convocato Cathedrali Capitulo Hugonem nemine accusante absolvit, eidemqs Litteras patentes consignat, quibus Monasterio restitutus à cunctis præsertim Subditis Abbas ac Dominus Rhenaugiæ agnosceretur, quas ipse de consilio prudentum variis in locis nempe Schaffhusij, Rhenaugiæ, Waldishuti, Rotwilæ, atqs Tilingæ promulgari fecit.

At vero Comites de Sultz mandatis ac monitis Episcopi nec hilum detulerant, quin imò quibuscunqs Subditis gravissime interdixerunt, ne census ullos Hugoni præstarent, aut ulla in re ei obedirent, qua propter Hugo ipsum Ducem Fridericum implorandum ratus omni prorsùs ope se destitutum conqueritur. nec querelæ effectu caruerunt, nam Fridericus sine mora Joanni Truchsesio dicto Molli ministeriali suo atqs nobili de Gachnang in mandatis dedit, ut Abbati extrema inopia laboranti succurrerent, atqs pro assequenda plenaria restitutione auxilium ferrent. Delatus est ergò ad Friderici ditiones in Alsatiam, ubi fermè per annum in Tann et Alt Kirch cõmoratus causam suam adiuvantibus hisce aliisqs viris Nobilibus egregiè peregit, atqs ad metam perduxit.

Et primò quidem objectas manus violentas in Abbatem et rapta bona Ecclesiastica per Judicem Regularium Conservatorem Abbatem Joannem ordinis Præmonstratensis Comites excomunicatos denuntiari fecit: Deinde apud Fridericum Ducem, qui tota Tyroli penitus subacta, tandem in Sueviam armatus venerat, acriùs institit, ut per Judicium Imperiale toto Imperio proscriberentur, nec non Hermannus Pater ab officijs tum Imperialibus tum Austriacis deponeretur: Abbt Hug, verba Sunt Retuli: Bracht Graff Hermann von Sinem dienst zu ulm, und zu Rotten Burg, und Lait im nider das Hoffgericht zu Rottwil. Sic enim contra infractores publicæ pacis juxta Bullam auream Caroli IV. procedendum erat, quo ex capite Hugo Comites detulerat: do nam Abbt Hug Graff Hermann lür mit der Karolin für den Richter. Nec mirum tantis pœnis in eos animadversum fuisse, qui tempore pacis Ducem Austriæ à possessione Advocatiæ deturbare, et Monasterium Imperiale armata manu suis usibus subjicere tentaverant. Fuit porrò plurimis in locis promulgata proscriptio, nimirùm Ulmæ, Rottenburgi, Rottwilæ, Rhenaugiæ, Basileæ, nec non apud Tann, Masmünster, et Ensisheim.

Friburgi Brisgoviæ, Schaffhusii,

Cessit tandem coactus Hermannus Comes et ut proscriptione absolveretur, misit amicos ad Abbatem Hugonem, rogans, ut ad Monasterium revesteretur, ex quo cum familia se exiturum promittit, nec non satis

facturum pro damnis illatis, ac in posterùm nec in persona nec in bonis lesurum. Verùm Abbas dictis fidem non adhibuit, donec comes Iam pro se, quàm pro tota posteritate sua caveret, atq; omni prætendioni in perpetuum renuntiaret. Hoc tandem pacto restitutus Hugo in Abbatiam, collecti iterum Monachi, et Advocatia ad Ducem Friderieum reversa mense Septembri anno 1423. obtinuit deinde anno 1425. à Sede Apostolica confirmationem privilegiorum Abbas, pro qua iam anno 1420. sollicitaverat. Friderieus quosdam etiam homines proprios per hoc tempus Monrio donavit, ac insecutæ incorporationes Parochiarum in Jestetten, Rheinheim, et Etzingen, quæ postrema difficultate non caruit, ut suprà vidimus, ob Fuchsium eius Ecclesiæ Rectorem, cuius familia novam occasionem prabuit, quintæ persecutionis contrà Hugonem Abbatem, cui Mors Hermanni comitis hoc tempore intercedens requiem concessit ad decem circiter annos.

Caput VI.

711.

Caput VI.

Altera Hugonis Abbatis Captivitas, eiusqꝫ resignatio.

Clares fuêre causæ dissensionum inter Truchsesios et Hugonem, præter eam quæ superiùs memorata est de Parochia Crêzingensi. Tres erant Patres in Diessenhofen Truchsesij, Henricus, Joannes dictus Molli, et Joannes dictus Bütterli. Henricus cùm feudalem Monasterij advocatiam in Multi Mon teneret, videbatus fines potestatis transgredi, cui Hugo per diversas Judices, et ipsum quoqꝫ Supremum Imperiale Judicium Rottwilense, frena imponere tentabat. Compromissum tandem inter eos, fuit anno 1427. in Burchardū Mayer de Jestetten, aliosqꝫ viros Nobiles, qui uteunqꝫ litem sopierunt. Sed cum articulus de censibus Monasterio præstandis nondum esset decisus, anno sequenti 1428. per ejsdem Abbatem Constantiensem Sententia in favorem Monasterij pronunciata fuit.

At verò præcipua discordiarum materiam præbuit Piscina in Erlingen, quam Hugo Abbas anno 1429. pro utilitate Monasterij condere cœpit, pessime omine, dum in hanc usqꝫ diem non minùs litium quam piscium parax esse videatur. Hæc opus Truchsesij, qui bona quædam a feuda ibi possidebant, omni vi ac conatu prohibere molie-
x. iv. 7. -bantur. Adest testimonium Beringeri d'Landenberg ao Grifensee Sigillo ac manu eius munitum, quo fatetur se a Truchsesiis Bütterli ac Molli instigatum fuisse, ut pariter se contra opponeret; nullo verò jure se id posse testatur montag vor S. Peter und Paul. 1429. confugit Hugo ad defensorem et advocatum Fridericum Austriæ Ducem, qui causam hanc decidendam comisit Wilhelmo comiti Montfortio in Tettnang. Sententia ab hoc Ravenspurgi lata a anno 1430. quod abbas in fundo proprio absqꝫ aliorum detrimento piscinam, magna est enim instar lacûs, construere possit. Nihil hac Sententia æquius videbatur. Nequidquam tamen acquieverunt illi, sed factiosi potius quam juribus agendum rati, homines huic opesi intentos turbant, et capiunt. Recurrit Abbas ad Dominos Territoriales Tigurinos, quibus illa tempestate titulo emptionis jam parebat comitatus Kiburgicus, persolutis nempe viginti quatuor florenorum millibus, quibus ab Austriacis comitissæ de Montfort in Bregenz oppignoratus fuerat. Negsi æquiorem judicem Wilhelmo Montfortiæ fore existimarunt, qui proin de rogatus à Tigurinis causam diutiùs pertriduum discussit Schaffhusij, ac Rhenaugiæ piscinam iteratò adjudicavit. Sed litteris quam vis dehortatoriis tam Friderici Ducis, quam Senatus Tigurini nequidquam deferentes Truchsesij Abbatem diversis modis persequi non desistiterunt, et quod caput est, Monachos ac Subditos acriter in ipsum concitarunt, ut vel hac ratione ab Abbatia depellerent. Darnach. verba sunt rotuli. Sy triben die Truchsäsen vil gfertz, sy machten dem Abbt Munch und arm Lüt ungehorsam; sy stiftend dem gotshus Krieg, durch arm Knecht, die dem gotshus das sin namint, und ouch arm Lüt fiengent. Terminus arm Lüt non est vulgariter sumendus, nam hoc ævo usurpabatur pro Subditis unterthanen seu etiam eigen Lüt. Haltaus in glossario germanice asserit chartam, ubi Cives Dresdæ cum toto Magistratu vocantur arme Lüt, et alteram de anno 1455. ubi etiam Civites

+ de his agit Stumpfius l. 5. cap. 18. ait qꝫ eos arcem Diessenhoven possedisse etiam postquam oppidum ad Helvetios devenit. Sed Truchsesios arcem illam possederunt Abbates de Randegg, quos excepère de Schellenberg, meminit quoqꝫ Truchsesij canonici constantiensis. de altero sequentia scribit: dieser Mollo hat der Statt Diessenhoven vil widerstriben zeigt, und sich des Herzogen gunst und gnad überliebende den Burgeren vil trangs bewisen, dann er was prechtig, und achtet gar ring seinen nachbauren anzulegen aufgeladen.

XI. CXL. VI.

c. l. c.
xiv. 16. 17.

c. lxvii.

c. lxx.

Civites

givites inter arm lüt includuntur: das vor uns Komen sint unsere arme lut von sei ta, arm und Rich ele. Hæc deinceps in nostris monumentis notari velim.

Inter hæc comes Rudolfus de Sultz occultis modis advocatiæ Rhenaugiensi in aula Cæsaris insidiari pergebat atque anno 1480. à bono Sigismundo, in concedendis litteris nimirum proclivi, subreptitiè, non auditis quorum interesset, Diploma extinuit, quo Teloneum et Monetæ Rhenaugiæ ipsi concedebatur, obtinuit, nempe hæc ipsa Regalia iam antiquis Diplomatibus ab ipsomet confirmatis Monasterio collata fuisse. addit tamen Cæsar: wiewol wir und das hailige Rich zu solchen lechen recht hetten, ac postremò: unschedlich doch uns und dem hailigen Riche, und einem yglichen an sinen rechten. quin et agente eodem comite Imperator Henrico schnezer de Kren Kingen, qui probabiliter schaffhusiarus erat, Sultzensium Præfectus in Kren Kingen, administrationem criminalis jurisdictionis, quatenus Rhenaugiæ advocato competebat, nomine Agnetis et Ursulæ, et eius filij Joannis, in Cleggöviam, Rhenaugiam, et Rotenburg, anno 1480. iam nächsten fritag nach S. Dionisien commisit. CXLVIII). CL.

Tantis malis occursurus Hugo Abbas perfugium suum ad concilium generale Basileæ congregatum ab anno 1431. maximè in causa Parochiæ in Erdingensis contra Truchsesium habuit, et ut efficaciùs mederetur, ipse met anno 1434. celebrato festo S. P. Benedicti navim conscendit, Basileam aditurus. Sed ecce! cum Eglisovæ portum peteret, capitur à servis Domini laici illius Joannis de Tengen ingratissimi vasalli, et in arcem Balm deportatur, ne lateret, quorum instinctu hoc laicinus perpetratum, licet Rotulus id potiùs Truchsessium putare videatur, qui rem sic describit: Doder abbt Kam gon Eglisow under die Brugg, da ist er uslonden: do Kamen des von Tengen diener, und fiengend den Abbt, und furten in gen Balm, und laiten in in ain en thurn, etwas zits darnach lag er. Sunst hertiglich gezfangen wol by 14. wochen, darnach ward er gefurt gen Küsenberg, da lager by 4. wochen, Kusenberg tunc temporis ad Episcopum constantiensem pertinebat, quod primum anno 1497. comitibus de Sultz oppignoratum fuit. credibile est ergò eum in potestatem Epi traditum fuisse, qui pariter animo minàs prosenæ in Abbatem fuerat, Religiosi enim ex causis non expressis illum accusaverant probabiliter, quòd eis constitutam annonam non præberet. Sed et Nobilitas Tegoiæ sub vexillo S. Georgij procul dubiò à Truchsesiis armata fuit contra Abbatem, qui dum detinetur in carcere, venit Rhenaugiam Ursula Rudolfi comitis uxor, non invitis utiq; conventualibus, sed non modico Monasterij damno ad Mille florenos æstimato. Sed et Domum Schaffhusij, Abbatum nostrorum promptuarium occupavit, ex qua instrumenti et vini pretio quingentos circiter florenos diripuit.

videbatur

Videbatur totus mundus in pernitiem Hugonis Abbatis coniurasse: quidam tamen ex amicis eius et consanguineis præsertim Henricus et Rudolphus de Almishoven germani eius fratres alterque Henricus Nepos, deplorandam Abbatis causam ad concilium generale Basileam deferunt, in cuius aditu contra omne jus et fas interceptus fuerat. deputati à concilio Regulârium protectores causam Abbatis in se suscipiunt, actumque de celebrando cum Episcopo Constantiensi fuit. dies indicitur Schaffhusij, ubi Episcopus morabatur, vigesima octava Julij prænotati anni 1434. Partes sanè inæquales fuêre: nam ex una parte Rabanti Episcopus nomine conventûs Rhenaugiensis; Ursula comitissa, ac totus Equestris ordo Hegoviæ: ex altera ductantum autres Abbatis amici. Quapropter controversia sequentem in modum composita. Ao des gestens, das der Hlb Abbt Hug von Rinow Sinem convent daselbs anbadingt gerecht werden sol vordem obgenanten Jursten und Herren ofton bischof Ze Constentz umbalt Zusprueh und anglag, so jy Zu im hand, in præsentiâ tamen visitatorum ordinis, et cuiusdam deputati à concilio Basileensi ab Hugone posturandi. Econtra tamen ipse etiam Conventus Rhenaugiensis Satisfaciat Abbati et Rudolpho eius Germano Fratri, si quidquerelarum protulerint. 2do Idem Abbas Hugo Dominam ursulam agnoscat Monasterij advocatam, nec alium advocatum ipsâ invitâ quærat. conceditur tamen municipio civitatis witodurensi frui, modò absque præiudicio comitis de Sultz. quod ideo additum credo, quia witodurum oppidum erat ditionis Austriacæ. 3tio Nobilitati Hegovien-Siac in specie Henrico Truchsesio coram eodem Epo additis nonnullis arbitris respondeat Abbas. 4to concilio Basileensi omninò renuntiet, et accusationes, quas contrà conventum, ursulam comitissam, et Nobilitatem detulerat, revocet, nec causam suam inibi ullo modo prosequi præsumat. 5to Iuret Abbas, se hæc pacta servaturum: amici quoque eius subsidè jurata spondeant, se Abbati nullo adiumento adfuturos, si quoquo modo contra venire intenderit. 6to Tandem Hugo excus-todia dimittatur, Rhenaugiam tamen non adeat, sed in domo Monasterij Schaffusij, vel in alio loco cómodo moretur, quousque prædictæ controversiæ finem sortita fuerint, interea ab Œconomis Monrij sustentationem congruam percepturus. Hæc pacta Schaffusij conventa ab amicis Abbatis in arce Rusenberg detento delata atque proposita fuêre, quæ dum coactus squalore carceris accepstavit, atque juramento firmavit. Instrumentum deinde dupplex expeditum atque sigillis sequentibus munitum, imprimis ottonis Epi constantiensis, deinde Joannis de Lupfen Landgravij in Stulingen, Domini in Hochenacki, Caspari de Klingenberg nomine Equestris ordinis Hegoviensis, Hugonis Abbatis Rhenaugiensis, Henrici de Almishoven de Imadingen eius Fratris, Henrici de Almishoven de Neuburg junioris eius cognati. quæ sigilla delineata superiori parte videri possunt. Beschehen zu
Cl. III. Schaffhusen an mitwoch nach S. Jacob des hailigen Zwelfbottentag im 34.

Dimissus post quatuor menses ex captivitate Hugo, cum nullibi tutus subsisteret, Basileam adijt, contra fidem datam in concilio causam suam prosecuturus. obtinuit enim litteras moniteriales

subpœna

Sub pœna excommunicationis, quibus præcipebatur, ut omnes subditi
Monasterii ipsi tanquam Abbati proventus quoscunqs solverent.
unde conventus magistratus eidem omnia necessaria subsidia de-
negavit, imò instigante Ursula Comitissa alijsqs adversarijs tractare
cœpit de Hugone ab Abbatia ponitùs amovendo. Cum verò visitatio
Basilea Rhenaugiam decretata fuisset, affulsit aliqua spes concordiæ.
unde à conventu post festum omnium Sanctorum eiusdem anni
ad Concilium missus est F. Joannes de Heggelbach conventualis Rhe-
naugiensis, qui ab Henrico Abbate Bramonstratensi conservatore
specialiter deputato impetravit suspensionem superioris decreti C. III. 8.
subsequentis proximè secuturæ. Porrò loca, ad quæ monitorium
directum fuerat, fuêre sequentia: Rinow, Martel, Benckon, Trudi-
kon, Elikon, altenburg, Andelfingen, Rinheim, Erzingen, Ried-
lingen, Buchberg, Nukülch, glattfelden, Bulach, Laucheringen etc.
Rotulus multis præteritis sumarie rem satis obscurè paucis ex-
primit. Darnach ward Br. Hugo / usgewunnen / ex custodia libera-
tus. / Zum rechten ufgenden orden zu Basel / ut causam prosequeretur. / da
lag er etwas zits / und solt im das gotshus Rinow nach notturft zerun
geben haben / das aber nit beschach. Hæc nimirum ad intentionem Ab-
batis scripta. alse warbind die gräfin and der convent den Abbt ze
enzenen / und kam die botschaft von Basel vom concilio / und
euch ander im Bischtum / von Ritterschaft und von Abbten.

Venêre igitur Rhenaugiam Missi à Concilio, unacum visitatoribus,
ipsoqs Hugone Abbate, necnon et alij magnò numerò Nobiles et Abbates,
pacem Monrio restituturi. ubi cum diu luctatum esset, urgentibus
plerisqs, ut Abbas deponeretur, tandem ipsius quoqs amicis opti-
mum factu videbatur, si honesta pensione condicta Abbatiam resig-
naret. acta Specifica Huius resignationis desunt, unde de die
non constat, licèt hoc adhuc currente anno 1434. et forsan in No-
vembri proculdubio facta fuerit. Jam denigsex Rotulo sæpè dicto
descriptam audiamus. Die, Fründ des abbts vom Lyb, und öch ander
erber lüt uberreden den abbt das er anbäch das gottshus, und
ouch sich selbs fridsame, and ouch sin seele, und bedächte vil
und vil beser upsätz, die im beschen waren ufern, lyb, und guet
unverschult / dan niemand sagen mächt, das der abbt dem gotts-
hus das sin an kainen enden weder versetzt, noch verkauft
hett, noch sunst an dem gottshus, an sinen lüten und gütteren
kain unrecht gethon hett. Nach solchen fürgeben, auch nach
solchem empfinden mancherlay unrechts, so dem abbt usw en-
dig und inwendig, harten gefang Knußen, mit besen mörde-
rischen ußsetzen beschehen ist, und sonder das ufgebotten
wart / da sach der abbt das gottshus und sich selbs an, das sy
in Riden köment, und das gottshus mer dan sich selber, und
gab die abbty uf: doch mit dem geding, das man das gottshus
besorgen solt mit ainem erbarn frömen mann / das layder!
nit beschehen

279

nit Geschehen ist mit dem Engelberger. Sic finit Rotulus, et satis indicat, Joanne Kumber abbatem tenente fuisse conscriptum. Suspicor, auctorem illius ipsum met Augonem quondam Abbatem, sic totus quantus in eo excusando versatus, ut ab aliquo conventuali aut alio Augonis adversario certò exarari non potuerit. Ex eo, quod ait: Sonder das uffgebotten wart, satis liquet, resignationem non fuisse adeò spontàneam, laudandus tamen in eo, quòd non pertinaciter reluctatus iniquo tempori cesserit: Abbas certe meliori fato dignus, et pugil invictus, si membra sub capite continere scivisset.

Cæterum resignatio ipsi potiùs quam Monasterio profuit, nam in Martelen congrua sustentatione contentus multis annis supervivens mala peiora prioribus ex vicinia securus expectabat. Electus enim unus ex visitatoribus Joañes deserto Monasterio Engelbergensi, plerumque etiam Rhenaugiâ abfuit, et in prædam diripientibus reliquit. Ursula procomitissa pro advocata se gessit, ut constat ex quadam judiciali decisione, quam assistentibus Burchardo Mayer de Iestetten et Eberhardo de Senckenberg quamvis in favorem conventûs pronuntiavit, ut nempe certi census ex quadam piscatione præstentur†.

† a. 1408. I. 1. 9.

Nec tamen Fridericus Austriacus advocatiam deseruit, quin anno 1456. iterato Trachesios abusus patione piscinæ in Orlingen deterruit, actandem ad compositionem Monasterio propicuam compulit. Cùm porrò in posterum Augonis com persecutione nulla Rudolphi comitis de Sultz occurrat mentio, eum in aula Sigismundi Cæsaris versatum fuisse credo, certe anno 1436. adhuc vixisse constat ex charta quadam Hergotti. defuncto anno 1437. Sigismundo foste rediit, sed non diu supervixit, nam ano 1439. jam Patruus eius Nicolaus Administrator Cleggoviæ fuit: qui opportune Religiosus Benedictinus ex Monrio Hirsaugiensi cum esset, administrationem quoque Monasterij Rhenaugiensis commendante Episcopo suscepit Joanne abdicato. Verum bonus hic asceta videtur melioris voluntatis fuisse, quam potestatis, expertus duobus aut tribus Dominis servire non posse, nec satis fieri comitatui Sultzensi, ac simul Monasterio sufficienter provideri, quocirca post sesqui annum administrationem Monrij pene derelicti abdicavit anno 1440. ubi nimirum tres tantum Religiosi residui erant, reliquis pro sua quisque sustentatione dilapsis.

X. IV. 17.

Hart. 926.

Caput VII.

Caput VII.

Nova Sultzensium persecutio sub Abbate Eberhardo II.

In hoc statu res Monasterij sitæ erant, cum Henricus ab Hoven Epūs constantiensis Eberhardum Schwager ex Nobili familia Schafhusiana Abbatem præfecit. Advocatiam quod attinet, de hac enim in præsenti agimus, novum periculum ex Morte Friderici Ducis austriaci acceserat, qui anno 1139. accidit, relicto unico filio decem annorum ex Anna Brunschwicensi cum immensis thesauris profuturis Friderico et Alberto cognatis successivè tutoribus, quorum prior deinde Imperator. Utigitur Eberhardus novellus Abbas saltem ad tempus à comitibus de Sultz tutus esset, pacta quædam ad quinquennium duratura cum ursula Matre vidua, eius q tribus filiis Joanne, alvico, et Rudolpho inūt, quibus se obstrinxit annuatim pro quibuscunq; prætensionibus se daturum illis j. fuder wein. j. Muth Kornen. j. Muth Roggen. 20. Malter Haber. j. Mast Swein. 2. Zins Swein. und 2. fuder Röws. und sol aber solch dating und bedingnisse mit und meinem Gotshuse an unseren freyheiten, rechten, haften, und gewonhaiten, nach usgang der 5 Jar in allweg unvergrailich und unschedlich haißen, und sin. datum uff Sunentag nach dem hailigen pfingsttag ano 1441. id est die ij. Junij. Colligit deinde Eberhardus dispersos Religiosos, et res collapsæ videbantur, paulatim resurgere. Tschud. lo. II. pag. 284. A. J. 05.

Verum pax illa tamdiu non stetit, sed citiùs cum ultima propemodam Monasterij pernitie interrupta fuit. Narratur tota causa in libello quodam centum facies implente, quem Eberhardus Abbas sæpiùs describi curavit, ut Alberto Archiduci eiusq; Consiliarijs offeret, in quo etiam Diplomata et litteræ ad rem pertinentes continentur. Nostrum erit, facta quælibet ad ordinem chronologicum redigere, et subsidijs historicis illustare.

occupabant igitur ad annum Christi 1449. Sultzenses comites Joannes, alvicus et Rudolphus arcem superioris portæ Rhenaugiensis: ursula verò eorum Mater in domo Custodis seu Sacristæ, qui simul Parochus ad S. Felicem et Regulam fuit, degebat. Pater Comes Rudolphus ante aliquot annos defunctus debita quædam reliquit Monetario de Munsingen solvenda. Hic duos famulos Rhenaugiam misit, solutionem à Civibus exacturos: illi verò solito Nobilibus more contumelijs affectos urbe expellere jubent. clamantibus et justitiam implorantibus adest Schultetus cum Senatoribus, et ereptos de manibus Sultzensium in custodiam mittunt, eorum causam discussuri et audituri accusationem. Sat erat ad irritandos comitum animos, qui Senatoribus dira omnia comminantur. Postera die Schultetus cum Socijs ad

ad Eberhardum Abbatem in Monasium veniunt, officia sua de-
-posituri, quod minùs Comitum serendis non esset. dies erat
decima quinta Julij anni prænemorati 1449. Simul cum
his et reliquis Rhenaugienses cives, quibus proin haud paru
molesti erant comites, ad Monasium congregantur, opem im-
pag. 226. plorantes his verbis: qua ex libello admetior: uff die clag, die
der Schulthais und Rätt tättend, ruessend die von Rinow
Jung und alt, die gemaindt, den obgenanten Herren und abbt
an, als iren rechen natürlichen herren, und rettend sonlicher
insunders, das er inen so hilff käm, den all eigenschafft und
gewaltsami sin, und ains convents und ires gotshus wär,
und alle gerechtikait der gericht inen zůsprechen stund,
das sy denn si daby schirmind, dazů welten sy lyb und gutt
setzen, umb der willen, das der obgenant abbt und convent by
sinen fryhaiten und gerechtigkaiten belibe, dan sy alles
gotshus aigen lyt syent.

Abbas cum conventu cives verbis roborat, ac mutua fide
pro defensione data, Schultetum cum reliquis restituit of-
-ficiis pristinis, jubetq; ut captivos creditores ex Imperia-
-li jure sex hebdomatas octres dies detineant, causam pos-
-tea ex more decisuri. Interea adeunt ursulam Matrem Ip Supplicides
rogantes, ut filios à concepta vindicta dehortari dignetur: Sed surdi etiam
ad Matris preces fuêre comites. Adhibiti sunt oratores ex proximo Magis-
-tratu Schaffhusiano: Sed frustra fuere omnia. Elapso igitur tempore
definito, vocantur comites per tres dies ad Judicium civicum; et nemine
comparente captivi dimittuntur impositô priùs juramentô, huius de-
-tentionis causâ nec de Monasterio, nec de civibus, nec de comitibus
ullam vindictam fore sumendam.

Inter hæc Comites querelam deferunt ad Margravium Wilhelmum de
Rotelen Præfectum Supremum Domus Austriacæ in Alsatia, Brisgovia,
et Hercinia: accusant Rhenaugienses, quòd infracta pace violenter in
proprio eorum territorio captos abstraxerint, Wilhelmus per Magistra-
-tum Schaffhusianum monet Abbatem, ut Comitibus satisfieri curet.
Respondit Eberhardus Margravio, nullam injuriam comitibus illatam
fuisse; den all eigenschafft und gewaltsami des gerichts ains jegli-
-chen Abts zu Rinow und sines gotshus wär rächt aigen. offert se tamen
promptum ad causam coram ipso dicendam. Dies indicta ad 29.
Novembris Waldshuti; qui partes comparentes causam utramq; ac-
fol. 229. -riter egerunt. Inter alia dixêre Rhenaugienses: Es wär wol war,
sy hettend zwen gefangenen uffgeleit zu Rinow in den gerichten,
und sy nit wellen lassen in andere gericht füren, den dieselben
knecht das gericht und rätt anrufftind, dan sy ouch solliches gelopt
hettind irem herren von Rinow dem Abbt, nieman rächtlos lassen,
noch uss den en gerichten füren, den das gotshus zu Rinow stock
und galgen

und galgen recht und alle eigenschaft und gerechtsami des gerichts
aines Abbten wär: wol wan ain ubelthätiger begriffen ward in den
gerichten, da richte ain Schultheis in aines Abbten namen unt zuo
blutt, und geb den den Stab mit recht ußain em Schirmer des gotshuß,
der nem den den Stab und richte in des gotshus erhaiten. ~~Datum~~ über das blutt nach uswisung des
Ad probandum verò captos non fuisse aliorsum aut ad alium Judicem gotshus, erhaiten.
dimittendos, efficaciter prolatum atqs prælectum fuit Diploma anno
classo 1492. à Friderico III. Imperatore Austriaco obtentum, in quo
conceptis verbis privilegium de non avocando ad eo aliud Judicium
extra Monasterij Jurisdictionem confirmatum fuit.

Margravius cùm frustra pastes conciliare tentasset, decrevit causã
diligentiùs ipse discutiendam: quem in finem viros quosdam Nobiles
nominavit, ex quibus quoquo pacto pro suo illorum temporum Judicem
arbitrum eligeret, quorum voto et consilio ipse Wilhelmus causam æ-
-timato decideret. Abbas illicò unum ex propositis elegit: Sed Rudol-
-phus et Alricus comites, absentiam tertij Fratris Joannis causati,
reposuerunt, se communicato cum absente consilio quendã electuros,
quod tamen per totam hyemem urgentibus necquidquam Margravio
et Abbate obtineri ab ijs non potuit, qui iam non iure, sed facto causã
agere decreverant, renovaturi, si per eos steti set, tragœdias, quas
Parentes, per eum cum Hugone Abbate præluserant: Sed in hominem
offenderunt præteritis malis cautiorem effectum, amicis potentiorem,
et quem fortuna non usquaquo destituerat. Ên ex improviso se
aperit Scena.

Vix Pascha anno 1444. vernum tempus reduxerat, cum tertio fes-
-tivo die, quando Rhenangienses plerique, ut adhuc absolent, nun-
-dinarum causa Schafhusij aderant, venit Joannes comes 6. equitibus
stipatus ad Monasterium Abbatem inquirens. Hic occultè monitus,
portas observari præcipit, erant enim plures sicarij in Balm parati,
et in arcem Laufen averso flumine se recipiens, illicò Schafhusium
amicis rem nuntiari facit, qui cum triginta equitibus eadem die
(erat decima quarta Aprilis) adproperant Abbatem defensuri, qui
et ipse sub mediam noctem adomum revertitur. Nobiles Schafhusiani quidam
his nominibus exprimuntur. Cunrad Schwager, Abbatis germanus
frater, Werner von Rhinach eiusdem affinis et propugnator accerri-
mus, Wilhelm im Turn der alt, Hans von Griessen, Hans Hagizi,
Hans von Risbach, Ruder im Turn der Küfer, Hans von Fulach, cuius
in bonis arx Laufen erat, Wilhelm und Rugger im Turn gebruder
Zuder Haselstuden, Heinrich von Birchendorf, Wilhelm im Turn
der arme Jock. Scilicet qui paulo post sic cognominatus fuit.

Mane facto primores ex supradictis comitem Joannem adeunt, caus
-sam jeur armati advenerint, proponentes, quòd nimirum insidias
paratas adversùs Abbatem amicum et concivem suum conspexerint,
rogant, ut litem coram Margravio prosequi velit, et Rhenangiensibus
de indemnitate cavere. Dum ista conferuntur, supervenit alter frater
comitis Alricus, qui tempus deliberandi petit: verum dum mensæ
omnes

82.

omnes accumbunt prandium sumpturi; uterq; Comes navi usus, frustrato consilio clàm secessit ad suos in arce Balm latentes. ut verò Abbatis et Rhenaugiensium securitati consuleretur, altera die id est decima sexta Aprilis venit Nobilis Vir. Georgius de Geroldsegg, et post illum ipse consul Schaghusianus cum quibusdam ex Magistratu, qui rem composuerãt, ut utraq; pars quieta persisteret usq; ad festum Ascensionis Domini; quò celebrato comparesceret coram Episcopo Constantiensi Henrico de Heven, sententiam promeritis causæ laturo. Verum intervenientibus bellicis turbis, primò quidem Judicium istud dilatum, deinde verò penitùs abruptum fuit, quamvis Epscũs litigantes dicta die in oppido Rein conciliare studuisset.

|| depositis armis

Caput VIII.

Caput VIII.

occasione Belli Tigurini multa mala inferuntur Rhenaugiæ à Comitibus de Sultz.

Libellus Judicialis, qui prima sui parte præsentem historiam in speciem quandam facti dispersim refert, sæpius mentionem ingerit belli, quod Confœderati Helvetij contra Tigurinos Austriacis iunctos hoc tempore gesserunt, aitq; † pactas fuisse indiem S. Georgij, id est 23. Aprilis ann. 1444. quo arma utrinq; iterum assumpta. Quapropter necesse est ad gestorum clariorem notitiam bellicillius quandam ideam ob oculos ponere, quod brevissimè ex Tschudio, qui rem fusè to. II. prosequitur, damus.

† indutias inter partes bello implicitas

Varia igitur causæ dissidiorum inter Tigurinos intercesserunt, præsertim ob bellum, quod anno 1442. ratione comitatus Toggenburgici exarserat, contendentibus inter se Tigurinis atq; Suitijs testamenti ab ultimo Comite facti executores existere. Suitijs reliqui Cantones præsertim Bernates, Uranij, Subsilvani, Claronenses, Tugienses, et Solodorenses adstiterant, quapropter Tigurini non modico damno affecti, ad extrema prolapsi sunt, et anno 1442. oratores ad Fridericum Cæsarem submiserunt, qui eidem fœdus contra fœderatos offerrent, spondentes auxilium latos, ut ditiones à Domo Austriaca avulsæ, præsertim Argovia, pristino Dominio subijciantur, comitatum quoq; Kyburgicum liberali donatione restituturos. Imperator veteris iacturæ per Tigurinos perpessa memor, oratores Salisburgi occurrentes primò quidem in conspectum non admisit, sed de gratis eorum negotijs per subornatos melius edoctus, amicè omnes clementer excepit, quin et Norinbergæ occulta pacta conclusit, proficiscenti etiam ad coronam Imperij a quo grani accipiendâ fugiter comites adfuêre.

Subodoravit fœderatos, machinas strui in aula Cæsaris à Tigurinis, ut postrò certiora ediscerent, Badenæ conventum edicunt fœdus renovaturi. Sed Tigurini simulatione usi ultrò in fœdus euntes eorum industriâ eluserunt. Aliò igitur consilio arrepto, singuli cantones legatos ad Fridericum mittunt, confirmationem privilegiorum et immunitatum postulantes, atq; obedientiam, quam ut membra Imperij Cæsari deberent, spondentes. Negavit postulata Fridericus, indignos tutela Imperij pronuntians, nisi quæ Domui Austriacæ contra quinquagenariam pacem cum Friderico quondam Duce initam abstulissent, restituerent. Solodorenses soli diplomate Imperiali donati, quod nullam partem Argoviæ possiderent. Non dubitarunt amplius fœderatis pessima à Tigurinis Cæsari suggesta consilia, maximè quòd illorum oratores in aula proximos, imò in eadem domo cum Wilhelmo Marggravio de Hochberg et Rötheln hærere conspicerent. Dimissi domum fœderatorum legati cum responso Cæsarem proximè Helvetijs in oppido Tigurino adfuturum, quò per Alsatiam, Rhenofeldam, et Waldishutum die 19. Septembris pervenit, et ingenti jubilo nec minori magnificentia exceptus est, verum nec hoc ex loco mitius fœderatis respondit Cæsar. Die 29. Septembris Fridericus Tigurum visendarum profectus est, deinc Badenam, Solodorum, Bernam, Burgundiam, Basileam perlustrans, Constantiam pervenit, ubi inter

alia loca

285

alia loca etiam Dießenhovium in sidem Austriacam recepit, datis Literis privilegiorum confirmatoriis die 26. Nov. Eadem opportunitate usus est noster Abbas Ebo Hazdus, et sequenti die Monasterium Imperiali protectioni committens, diploma, de quo iam sæpius facta est mentio, impetravit. Tandem Imperator per S. Gallum et Igrolim in Austriam se recepit.

Regresso Imperatore fœderati arctius institêre Tigurinis ut quæ Sua vindicabantur, aperirent; illis dißimulantibus tandem sine fuco postulant, ut fœderi cum domo Austriaca inito penitus renuntiarent: quibus id se facturos negantibus bellum indicunt die 20 Maij 1444. Nec mora, rendum paratos aggrediuntur, ac variis gladiorum conflictibus donec implorata per Wilhelmum Marggravium Henrici Episc. Constantiensis interventione, assistente quoq. Friderico Abbate Einsidlensi die nona augusti inducia initæ sunt ad sequentis anni diem S. Georgij duraturæ. Bernates et Solodorenses interim Lauffenbergam obsederant: sed audito inductarum nuntio damnis non modicis affecti discessêre. Nec animum destituit Episcopus, sed ad pacem firmandam diem indixit auf den Zwelfschuldigen Tschudius. ten tag, das ist der Heiligen 3. Kunig tag, quæ vera pro Chronologica notitia notari velim: sed interuenientibus impedimentis altera Badenam constitutus vigesimus Secundus Martij anni 1446. ubi ex consilio Basilœensi et splendidissimis Imperij Civitatibus ambo pacis conciliatores convenerant, quorum singuli pro singulis partibus starent. Ego Sebastianus tunc civitate Imperiali pro Tigurinis perorabat Conradus Schwager Frater Abbatis nostri. Sed magno licet labore, tamen effectum est nihil licium Tigurini fœderi Austriaco nuntium dare renuerent, animos addente Wilhelmo Margravio Supremo Austriacorum Præfecto. Itaq. ad diem S. Georgij finitis Indutiis ad arma conueniêre fœderati, omnesq. die trigesima Aprilis in Cloten haud procul Rhenaugia in territorio Tigurino convenêre. ubi consilio habito statuerunt, arcem et oppidum Greifensee, paulo semotius octo horas Rhenaugia distans, obsidere. Post acrem quinq. hebdomadarum resistentiam tandem se dedidit Joannes Landenbergicus cum

Hartmann adañum 1444. 72. comilitonibus, quitamen omnes exceptis undecim senibus et pueris contra datam fidem, præmissa nihilominus exhomologesi, agente potissimum Redingio patr. Reding, Suitiorum Capitaneo, capite truncati sunt. quam crudelitatem nequidem Helvetij laudant, sed eidem casus sinistros posteà secutos potissimum adscribant.

Tschudius pag. 412.

Hæc erat rerum facies, dum illa contigerunt, quæ iam ex facti Speciei libelli nostri relaturi sumus. Comites de Sultz tum ob vindicatos eorum creditores, tum ob insidias in Abbatem frustratas vindictam spirantes, postposita fide Episcopo data, Eberhardum ad Wilhelmum Marggravium, durantibus inducijs Tigurì commorantem deferunt, quod nuper Schaffhusianis magno numero armigeris constructis Rhenaugiæ arcem comiserit, Helvetijs recrudescente bello tradendam. Calumnia facilè patere poterat, cum Schaffhusium Imperij tunc oppidum neutri parti tunc adhæreret. verum cum bello instante omnia suspecta sint, Wilhelmus tum ex Turgovia, Austriacis tunc parente, tum ex Sylvanigra mox finitis Indutijs occupare Rhenaugiam imperat, eamq. funditus subvertere. Nemo latior

hoc mandato

Hoc mandato comitibus de Sultz, qui exequendo B. iungunt waldfactio in Waldshut, omnia qs necessaria parant ad prædam capiendam. At verò de periculo clam admonitus Abbas sine mora Wernerum de Schinen et Jeannom de Griessen ad Margravium destinat, calamniam absterrsuros: qui tandem narrata rerum serie eò inclinarunt Wilhelmū, ut mandato revocato pontem duntaxat Rhenaugiæ walt voctio destrueret, Turgoviis omnino abesse jussis. cum lateret adhuc, quam in partem fœderati impressionem facturi essent, timebatur, ne fines egressi alteram Rheni partem latè vastantes erumperent. Tantùm nihilominùs potuit Wernerus apud Margravium, ut se jussu Sylvarii Præfecto spoponderet, ne plures duodecim militibus secum assumeret, neq; Ponti Rhenaugiæ priùs vim inferret, quam litteras ab ipso Margravio scribendas Abbati dedisset, quibus nomine Principum Austriæ caveretur, pontem restituta pace absq; impensis Rhenaugiensium forè restituendam. Wernerus Rhenaugiam reversus gratum nuntium Abbati, Senatui ac Senatoribus aperit, silentio indicto donec litteræ prædictæ per Præfectum Sylvestrem Abbati traderentur. Interim ipse Rhenaugiæ diem festum S. Georgij inducias terminum præstolatur, quo mandata executioni danda fuissent. Morantibus Sylvestribus Wernerus magno damno discedit, æstimans mandatum de pontis destructione penitùs à Wilhelmo revocatum.

Aliam scilicet ingesserant secundæ Margravij litteræ, quibus Sultzensium propositum frustabatur. at hi instantiùs apud Præfectum Sylvestrem agunt, ut dissimulato posteriori mandato irruptionem priùs conceptam exequeretur. veniterga die 24. Aprilis summo mane tenebris nondum discussis non cū duodecim, sed cum sexcentis omninò Equitibus et peditibus, comitantibus comitibus de Sultz, quos ferunt comes vacuos secum tulisse, impleudos nempe Monasterij spoliis. Magno impetu aggrediuntur pontem: cùm verò tabulatum in medio, die Fabel Bruck, elevatum iter interpoluderet, ingens concursus fit Rhenaugiæ civis rerum quæ suberant ignari, hostium impetum repellunt, invasores aggrediuntur, et ammilli. Ipse Rhenaugiæ potiundæ amissa pontem subruunt, iaculis ac globis plumbeis laborantes petunt, Magistrū tormentorum, den Buchsenmeister, cum duodecim vulnerant, ac nonnullos occidunt, unico ex Rhenaugiensibus levi vulnere affecto. Sic pons, qui sagittæ actu suprà modernum, bey dem mülle weg steterant, quidem deiectus, hostes tamen ab ingressu Rhenaugiæ prohibiti. Unde waldvoctius intentionem Margravij duntaxat adimpletam videns, litteras eiusdem post factum Abbati submisit, tantam nihilominus apud Wilhelmum indignationem incurrit, ut ad gravissimam punitionem evadendam fugæ in exteras regiones sibi consulere fuerit coactus. von diser geschicht wegen must der ~~Land~~ waldvogt Landsümig sin. ita libellus.

Interim

Interim ingens murmur populi Rhenaugiæ, cum enim in vul-
-gus spargeretur, Abbatem atq; Senatores de ponte destruendo
fuisse præmonitos, non ultimam mali causam in eos rejecerunt
futuri conscios, aiebant, procul dubio sibi melius fuisse consul-
turos, rem audiosè reliquis omnibus occultatam, jam nunc pon-
-te carentibus magnis impendis quotidiè Rhenum navibus trajj-
-ciendum. quas quidem querelas Comites de Sultz converso stilo
suspicionem à semet abstersuri in Abbatem rejiciendam, egregiè
per subornatos, præcipuè per quendam Thomam, quem arci Præ-
-fectum, vogt, imposuerant, nutrire et augere adlaborarunt,
simplicioribus imponentes, hac una de causa instigante Abbate.
Pontem fuisse dejectum, ne Comites libere comeare possent, quos
privatis odiis insectaretur. invalescente indies populi tumultu,
ac præcipuè, quod federati proximam belli expeditionem versus
Rhenaugiam facturi nuntiarentur, Abbas in domum Monasterij oppido
Schaffhusiano inclusam, servandis rebus præmi bis, se recepit, exem-
-plum vicinorum secutus, qui loca tutiora quærebant.

Controversiam inter Abbatem et Comites quod attinet foram Episcopa-
agitandam, cùm inducia pacta ad festum Ascensionis Domini expi-
-rarent, partes in sequentem diem vigesimam secundam Maij in
oppidum Aarin convocatæ fuerunt. Comparuêre Comites eorum-
comilitones, comparuit etiam Abbas, et cum eo Wernerus de Schinen,
Conradus Swager, Joannes de Grieffen, Wilhelmus im Turn der alt,
nec non Schultetus Rhenaugiensis cum Senatoribus, qui multis hinc
inde dictis, postremo comitibus objicientibus, quod eorum territoria
per violentiam violaverint, et decem libras annuas, ut quondam Comi-
pag. 296. -tibus de Habspurg non præstent: Responderunt his verbis: Nein, es
sy nit in jden alle aigenschaft, lüt und gutt, Zwing und bän sy ains
Abts und sines Gotshus recht aigen, und hab öch Acck und galgen,
und nit die herren von Sultz, und sygend öch all jahrel Klein und gros,
je und je, und noch hüt by tag ains Abts Zwentail, des tritt ains schir-
-mers des gotshus, und ains Schulthaissen, und der Stat zu Rinow jeg-
-lichen sinen tail von dem tritten tail: und öch der Statt sy je und
je und noch hüt by tag ains waibels des gotshus, und der Statt Knechten,
dabi wellent sy noch by tag beliben. Episcopus renitentibus comitibus
ea se labore partes conciliare conatus, tandem novas inducias usq; ad
festum S. Verenæ diem primam Septembris pacisci fecit.

Inter hæc Helvetij arcem Greifensee graviter oppugnantes, ex castris
Schaffhusium miserunt, postulantes, ut Rhenaugiensibus interdiceretur,
ne damna eorum rebus, ut hactenùs factum, dejectionem pontis causati,
inferrent, idq; literis publicis caverent. adijt Abbas exercitum Fœde-
-ratorum, unacum Thoma Sultzensium præfecto. Erat quoq; in comitatu

Abbas

Abbas Schafhusianus, et consul eiusdem urbis cum consiliarijs, nam hi omnes ab vastatione Helvetiorum sibi providere satagebant. Amannus Reding, de quo supra, cuius ea præcipua auctoritas in castris erat, minacibus verbis cautionem prædictam exigebat: quam cum renuisset Abbas, comeatus quidem pro reditu datus, postea vero quidquid Rhenangiæ eis Rhenum erat, penitus exesum, exustum atque direptum fuit, maximè post quam arce Greifensee in potestatem redacta exercitus incolen redijt, ibi tredecim diesus quedecimam tertiam Junij moratus. Singuli deinde domum dimissi, addiem Sancti Joannis Baptistæ eundem in locum rediere Fœderati, atque unanimi consilio caput adversariorum ipsam Metropolim Tigurinam obsidione cinxerunt.

Prævenit nihilominus Abbas Eberhardus hanc obsidionem suis litteris, quibus Wilhelmo Marggravio acterum à se in castris fœderatorum rationem exposuit; simul et facultatem reparandi pontis ob Rhenangienses querelas petit. Rescripsit humanissime Princeps, inter alia ejens: So danck ich üch solichs gaten willens, so in dan zu miner gnädigen herrschaft von österrich und mir kand, dan ich will es von üer gütte rümen, das ich hoff, es soll gegen üch und üwrem gotshuse erkent werden, da ich es den selbs verdienen und beschulden könt, wölt ich allzit willig sin etc. Contem quod attinet, concessit, ut fieret hunc in modum, ut saltem pedes transiri, ac urgenti Buscircumstantiæ facili negotio deyci posset, datæ litteræ die 9. Junij. Verum CL.XIV.
Magistratus Tigurinus rem Wilhelmo perceptam, ne quidem pontipedali fidendum ratus die 15. eiusdem Mensis alteras ad Abbatem litteras misit, quibus maiorem in modum petiit, ut quæcunque pontis reparatio penitus intermitteretur: als wir, pergunt, üweren gnaden dessund allen guten sonder wol getruwent, in welcher sach wir das um üch und üwrem gotshus und all die uwren künint gedienen, wellen wir willig sin zu allen zitt. CL.XV.
Litteræ hæ duæ authographæ in libelli facti specie omissæ fuêrunt, ut ad causam illam contra Comites de Sultz nihil facientes, hunc tamen in locum memoratu dignissimæ.

Hac tempestate populus ferox ex gallis, Anglis, alijsque nationibus conflatus, pace inter gallum, anglumque pacta per Alsatiam iter faciens in Basilew finibus consedit numero, ut aiunt, sexaginta Millium Duce ipso Delphino Ludovico Caroli Regis filio. Hos vulgus à quodam capitaneo viro forti Jacobo de Armoniac Armaniacos, et in vernacula corrupte die armen Jecken, prout etiam in nostris monumentis fit, vocabat, aut etiam die walchen, Sellnaggen, et Schlinder, quod miseros accolas rebus omnibus, et quasi ipsa pelle nudarent. Temere multi Suo spe ciebantur, eos ab Austria, eo contra Helvetios adscitos fuisse: alij contra ab ipso Sume Pontifice Eugenio IV. contra Concilium Basileense Schismaticum, et antipapam Felicem, cui Helvetij plerique adhærebant. Missi ex fœderatorum castris Mille ducenti, qui certiora explorarent, cum in antesignanos incidissent, eos fortiter aggressi magna strage repulerunt: sed ultra Brisamflumen, repugnantibus nec quidquam primoribus prosecuti, à toto exercitu excipiuntur, et die vigesima Sexta Augusti ad unum omnes cæsi:

ex quibus

Ex quibus tam en trigenta duo à Basileensibus ex arena collecti à val-
-neribus convaluerunt. His nuntiis territi Helvetij obsidionem Tiguri-
-nam die 29. Augusti deserunt. Interim Armoniacorum pars Rheno-
-feldam, Seckingam, et Waldishutum usq; penetrat, et terrorem etiam
Rhenaugiæ ingerit. Abbas Eberhardus Cives armat ossesse jubet; qui jussa
f. 285. spernebant, ipso petente à Schaffusianis tenti, et parere coacti. Tandem
ad festum S. Martini Barbarus hostis, ubig; magnis crudelitatis vestigijs
derelictis, expilatag; Brisgovia et Alsatia in galliam se recepit à ger-
-manis fugatur. In Helvetia porrò alia rerum facies erat, cum Austria-
-cis auxilijs, quæ ipse Archidux Albertus Cæsaris frater adduxerat, Ti-
-gurini magnam partem amissæ ditionis receperunt Fœderatis ad fines
proprios tuendos repulsis. Conventus deinde imperij Villingam addie
undecimam octobris eiusdem anni ⅌⅌⅌⅌. ad pacem reducendam indictus.
Dum hæc seriò aguntur, præpotria ardet domus; Rhenaugia vastatione
omnium maximâ penitùs appressa; quam modo post fata spectare juvat.

Caput LX.

Caput IX.

Alvicus Comes de Sultz Rhenaugiam armata manu occupat, et vastat.

89.

Eodem anno Supe dicto ɪuuɣ. die 20. Julij Comites de Sultz hereditatem partiti, Alvico inter alia Rhenaugiam assignarunt: darnach Margarethe, scribitur in Specie facti libello Judiciali prælixa, dotailtint die herren von Sultz mit ainanderen, und tailtint graff Alwigen Rinow zu, quapropter vix finem induciarum præstolatus, possessionem capere decrevit. dis Rund untz Bartholomei, do Kamend die armen Seckenin das cloggow, und lagend untz Mauritij zu wald Rut. Henricus Epus constantiensis ob belli tumultus partes ad diem indictam tuto non posse comeare per Spiciens, commonefecit litigantes, ut inducias ad diem primam Septembris expirantes prolongarent. Negavit hanc prolongationem Alvicus, sed diem decretoriam, quæ haberi non poterat, importune poposcit. Eberhardus Abbas à tot hostibus sibi timens Schaffhusij se inclusserat, et cum eo öch der Schulthas cuni Burli, und Haini Scherer der alt Schulthas, und Hansli Mantz der alt, quos ipsa comitissa ursula iam præcesserat.

A. I. 96.

Igitur Alvicus die octava Septembris, festo Nativitatis B. V. Mariæ hora tertia pomeridiana cum Hugone de Landenberg, Jacobo et Rudgero Mulleris, Studleris, Figurinis, aliisqs militibus stipatus, Rhenaugiam venit, et à civibus capite destitutis Romagium extorquet und Schwurend im, als sy im vor Sinen forderen hatten getan, dem gotshus in allweg unsergrisslich. Deinde Monasterium ipsum aggreditur, invadit, occupat, et ex domo Dei propugnaculum fecit. also lagen mit Sinen Knechten in dem gotshus gutt mit grossem gewalt und frewil, des ersten, Korn, win, Rinder, Schwin, Kuyen, und Schäff: dises alles war verwüst und verdan, und hatten Soldner, die zicht man von des gotshus gutt us, und machet bollwerch und Lätrinen in dem gotshus und Leitbüchsen in dem crützgang, und allenthalben, und zoge dem land mit den Soldneren mit frewentlicher und röspplicher hand des gotshus gutt in. Nec his contentus comes, Rhenaugienses cum Abbate commorantes citavit, abüngs Sigillum civitatis, aliaqs documenta, quæ Schaffhusij possuerant, exegit, quibus renuentibus novum Senatum constituit, cives contra Abbatem et Senatores in rebellionem concitans, quòd eos hoc tempore ab hostibus tam infesto deseruerint. At vero Abbas datis ad Rhenaugienses prolixis litteris die 20. Septembris gravissimè sub lide juramenti præstiti prohibuit, ne comiti ullo adjumento præsto essent, neve illi census aut proventus ad Monasterium pertinentes exolverent. Sed Alvicus in proposito perstit, novum civitatis Sigillum fecit, postea tamen cum novo Schultheto cassatum, fabricari fecit, Rhenaugienses ad egit, ut in insula Rheni totum Monasterium mit ainem Rurm zaun concluderent. Unde capitulares quoqs die 9. octobris Monasterium deserere coacti sunt. also do nun die Kappittel herren Sachen die wüttrig, so der von Sultz in dem iren gotshus vollbracht, und ir Vatter und abbt vertriben was, und och die verwüstung, so in dem obgenanten gotshus beschach, nit gewenden möchtent, do wurdent sy anhelliklich zu Rat, und wichen zu irem Vatter und abbt

militare

CL. XII.

gen Schaffhusen

gen Schaffhusen an dem Zwölfentag des anderen herbstmonets, mit namen
herr Burckart Hagen von Bondorf, herr Caspar Hofmañ, herr Joannes von
winterberg, Herr claus Rögger von wintertur, herr Hans von Rumlang,
und ase stund das hochwürdig gotshuß ön allen gotsdienst.

In alÿs locis Rhenaugiæ subiectis has interturbas cuncta rapsto agobantur,
dum non solum pars una alteri censu ac Decimas pendere prohiberet, sed
etiam armata manu prædi peret. Amici Abbatis non nisi centum frusta, Ruck,
Schaffhusium protrahere poterant, reliqua comiti in prædam cessêre. Similiter
de Piscatu actum, vetaverat enim Abbas ad festum sanctorum omnium, ne
piscatores traderent salmones comiti: at illi contra consuetum iuramentum
Alvico præstiterunt, unò excepto Haini Manz de Elli Kon. Interea duo capi-
tulares Caspar Hofmann, et Hans de winterberg, galeis et armis instructi,
Servidgo Rispati Stationibus piscatorum invigilabant, piscesq; vi auferen-
bant. Bone Deus! quæ salus bello? quæ cõunicatio Monacho cum armis?

Ne tamen pietatem nostri deseruisse videantur, præcipuum recursum ad
Deum optimum habuêre 16t die 17. Novembris votum solemniter in Sacello B.
V. Mariæ Schaffhusij emisere: da klagt der erwürdig abbt und och der gantz
convent klåglich gott dem herren und der Mutter aller ärbärm Magt Marien,
und hant sy angeruft an dem Siben zehenden tag des strikten Manotes des
obgenanten Jars in der cappell vor dem bild, das da in der er der Mutter aller
ärbärmhd gemacht ist, umb die IX. vormittag, und hand also gott den herren,
und die Mutter aller Erbarmhd angeruft, und damit gezogt ain Mäss,
umb Sinnen hinfüro ewiglich all Samstag vor der prim von unser lieben
frowen ze singen in irem gotshuß ze Rinow, und ain Salve Regina in
der complet och alle Samstag gestift ze singen, zu ainem angedencknüss
der zerstörung des hochwürdigen gotshuß, und och damit gott den
herren gebätten, das er inen zu einen rechten helfe, und doch das sy dem
gotshuß damit sin alten fryhaiten und gnaden behabint, und wider
zu irem, und in ir closter helfe: darzu alt mann all Kloggen zemen lütten;
und soll nun ewiglich ain angedacht nuß hin der niderlegung des gotz-
dienst, und des vertriben, do der erwürdig abbt Eberhart mit samt convent
von graf altwig boslich verstoßen was. Ad prædicta officia stabilienda
assignati sunt quidam census perpetui, tantam ob postea restituti
exhibuêre devotionem nostri, ut anno 1448. Speciales indulgentias à concilio
C.f. 10. Basileensi prelaicis etiam impetrarint, qui dictis officiis ad honorem B. V.
M. Sabbatis interessent.

Supra ex Tschudio meminimus ad diem undecimam octobris eiusdē anni
1444. comitia Vigil Tzlingæ suisse celebrata, quibus præsens at Sereni simus
Austriæ Dux Albertus Friderici cæsaris frater. Adhunc abs Abbate
missus fuit werner us de Schinen ipsius affinis, miserandum statum
Monasterij propositurus, et auxilium efficax implosaturus: Ruft in als
ainen Lantzfürsten, und beschirmer des Lantz, das er dem obgenanten
apt, sinen frund, zu ainen rechten hulf gegon dem grafen von Sultz,
dem das obgenant gotshuß sinen anderen altfordren löblicher gedacht-
nis als von dem hailigen Romischen Rich zu beschirmen sygg gestanden,
und noch hüt by tag im als ainem fürsten, und herren zu beschirmen.

Stand,

Stand, das er gar klätter in rechen solun der wisen werden als hes nach stat. Sedit Albertus litteras, quibus, quæ petebantur, concessit: darnach und uf die klag schraib, und gebatt der obgenant fürst und herr dem grafen, us dem gotzhus zu Ziechen, und zu sinen fürstlichen gnaden zu den rechten komen, und den apt und convent wider in ir gotzhus laben.

Verùm mandatis non obtemperavit Alviens. quapropter Abbas saltem tentaturus possessionem, quotos illos capitulares abarmis non abhorrentes Burchardum de Hagen, et Joannem de winterberg Rhenangia misit die 27. octobris, qui claves ab administratoribus repeterent, novos enim priscis electis substituerat comes, magno id illi præsumpsêre periculo; nam tumultuexortô vix Deo protegente, incolumes evasêre: Indem besamlotent sich des tyrannen knecht mit iren gewesen, spiessen, armbresten, und suchtent die obgenant zwen convent herren, da halt in en gott ewig, das inen nit enwurden. Hisitagis nihil proficientibus, ipse Abbas Eberhardus statuit, Serenissimum Ducem adire, quod et fecit 27. Novembris: Do rait der vilgenant apt zu dem erstgenanten fursten uf crastina cunradi in den obgenanten jar, der dozumal zu winterthur was, und erklagt sich vor sinen fürstlichen gnaden, wie der graf von sultz im in sinem gotzhus lägrund das verdärbti, und das Landkündig mänigklich wär, und in und sin convent vertriben hett. Præsens tunc aderat comes Joannes de sultz Alviei frater, qui licèt pro defensione eius loqui percuperet, tamen re adeo manifesta confusus potiùs silendum censuit. Hagis Albertus utrisque parti diem indixit advigesimam primam Decembris, quocunqs locorum tunc existeret, jubet, accusationes et defensiones paratas haberent, se pro meritis causæ tunc pronuntiaturum.

Interim Eberhardus Abbas Schafhusij debita plura contrahere debuit, tam pro sustentatione propria totiusqs conventûs, quàm pro gravissimo negotio Monasterij videlicet ab interitu vindicandi: pro quibus debitis amici et consanguinei Abbatis fidejussores se stetorant, ut nuper apparuit ex quibusdam chyrographis Schafhusio communicatis. Dicitur quoqs hoc eodem anno à Comite de Sultz monetas cum insignibus Monasterij et effigie S. Sintani mitratæ fusas fuisse, ex quibus nonnulla numophilatio nostro asservantur: Verum plerique asserunt annum 1622. aut 1623.

Caput X.

92.

Caput X.

Defensio Abbatis Eberhardi coram Alberto Duce, Ejusq; in Monasterium restitutio.

Die 25. Decembris anno 1444. ût indictum erat, Diessenhovij, quo Albertus advenerat, comparuit Eberhardus Abbas cum toto conventu, nec non tribus Rhenaugiæ Senatoribus supra notatis, quibus se junxerat officialis Constantiensis cum quodam Curiæ Procuratore Episcopi oratores, Wernerus de Schinen, Conradus Schwager, Wilhelmus et Rügger im Turn, Hans von Grifpon, Hans Hegenzi, Job von Schinen, Beringer von Landenberg, und Herr Jorgen von Rischach. Abbas brevi ter accusationem suam formavit, quod nempe à comite Alvico de Sulz totum Monasterium occupatum fuerit, cum maximo tum cultûs divini, tum et temporalium detrimento. Procomite respondit Hans von Rechberg, magni nominis vir, qui Tigurinorum Capitaneus constitutus, non exiguam gloriam bellicam promeruit. Excusavit Absentiam Alvici, petens Judicij in alteram diem prorogationem, qua venturum comitem promisit. quò emanente idipsum postera luce repetiit, cui Wilhelmus von Stein more impatiens oggessit: Hans nun besich, das es morn nit wert syen. cui Hans: nain es herr, prisca nimis rum germanorum vel inter Nobiles Simplicitate. Tandem die 29. Decembris comparuit Alvicus comes, quem Archiduci præsentans Rechbergius causatus est multitudinem adversariorum: Sy dem apt da sint official, Procuratores, und Schwäger und Schwägerli, und Hegenzi, und Hegenzeli, die ich nit ken, und also hat der apt gar lützel Caspon reden. Econtra ex parte comitis paucissimos adesse defensores, Legatos quoq; Würtenbergios, qui expectabantur, nondum occurrisse, unde petiit, ut ex Cripto defensionem proponere. liceret. Lecta sunt capita sequentia contra Abbatem exceptoria, quibus singulis Rechbergius quædam viva voce pro confirmatione addidit.

1o Eberhardum extraneum Monachum contra jus et voluntatem conventus ab Episcopo intrusum fuisse.

2do Non observata ab eo pacta, sub quibus à comitibus admissus fuit in Abbatiam.

3tio agi contra diploma Ruperti Cæsaris, qui Rhenaugiam ante LXX. annos Habspurgius unacum Laufenberg et Sylva nigra concessit: Item contra decreta posteriorum Imperatorum, quibus Theloneum, Moneta, et jus gladij comitibus assignatur.

4to Rhenaugiam ab Abbate periculosissimo tempore desertam, se verò à civibus implorat um contra hostium incursus defensorè occurisse.

5to Monachos contra fidem datam abscessisse, arma, galeas, loricas gestasse, conductos ab ipso profugio celebrando divino clericos agente Abbate per Episcopum prohibitos.

6to

6.to Pretextu municipij omnes proventus Monasterij Schaffhusium deducei: à Schaffhusianis captos Rhenaugienses; jus civitatis Turgoviæ tunc solum admißum, cum illa Helvetijs adhuc iuncta eßet.

7.mo Abbatem ad foederatos in Greifensee cum quadraginta equis profectum, multa secretò collocutum fuiße.

8.vo Prohibuiße Austriacis transitum; Pontem conservare voluiße, quò Helvetijs pateret exitus trans Rhenum.

His auditis Abbas petiit, ut articuli in Scriptis sibi traderentur, quò demonstrare poßet, eos omni prorsùs veritate carere. negavit id Joanes de Rechberg, hoc solum largiens, ut singulis relectis Abbas singulas responsiones viva voce subjicere poßet. contra institit vehementer Eberhardus, quo prolixiori certamine offensus Archidux, cùm constantiam ad festum Dominicæ Nativitatis celebrandum properaret, sessionem solvit, jußis partibus, ut postera die, quæ erat vigilia præfati Festi in oppido Stein ad conspectum redirent. Sed interceßit Turing de Hallwil, at effecit, ùt ob temporis angustias res differretur post ferias. unt's an den nächsten tag nach dem Zwelften tag; id est ad diem post Festum Epiphaniæ, ut supra ex Tschudio advertimus.

Igitur die Septima Januarij anno /411 S. adsunt partes præsente Archiduce, comes causæ suæ diffidens per Marg ravium Wilhelmum de Rochberg Abbati et conventui inducias obtulit hac sub conditione, ut duo ex Capitularibus administratores Monasterij constituerentur, quibus et ipse suo nomine duos adderet ministros, dum ipse comes et Abbas rebus abstinerent. Rosutata fuit propositio, respondente Abbate, se ipse præsentem, ut calumnias impactas coram Alberto dilueret. Non quievit comes, sed per eundem Margravium totam Monasterij administrationem Abbati et conventui cessurè promisit. Perstitit tamen Abbas in Sententia, audientiam postulans, quò poßet se ab impositis purgare, ne vera haberentur, quæ cum gravißimo famæ et honoris detrimento prolata erant. Ad Archiducem delata, Abbatem se audire velle respondit. Excepit Alvicus, abesse Nobiles viros suos amicos, qui pro more illius ævi in judicijs copiose produci solebant. Tandem Albertus pronuntiavit, totam causam, nullâ admißâ excusatione, fore Vilingæ ad diem 8.vam Januarij decidendam, tametsi fortè ex alter utra parte nemo adeßet.

Prædicta die Vilingæ consessus solemnis habitus, ubi Alberto Archiduci consiliarij adsederant: Der Hochgeboren und Edl Wilhelm Margraf von Hochberg herr zu Röthelu, die Edlen und wolgebornen graf Hainrich von Lupfen, graf Hug von Tettnang, herr hans von aich Canzler des obgenanten fürsten, und ain leter gaistlicher und weltlicher rechten, herr andres von Holnegg Ritter und Kamerer des obgenanten fürsten, herr türring von Hallwil, Herr Berchtolt von Stain Ritter und Rat des fürsten.

Eberhardus Abbas sequentes adjutores habuit, præter conventum et tres Civium Rhenaugiensium primores: der Edel Juncker Hans von

wißenberg.

wißenberg, Hans ulrich von Stoffeln, Eberlin von Boswilderact, Hansulrich truchses von Dießenhoven, albrecht von Friburg, Balt von Schönenstain, Dilger von Rischach, Beringer von Landenberg, Hug von Hegi, Hainrich und Jerg von Ertzingen gebrüder, Hans truchsäs von Riningen, Wilhelm von Stödorff, herr Degen von Hunwil, victor von Mündiwil, ulrich und walther von gachnang, So sint dis des apts geborn, Bünd: ulrner und Jospp von Schinen, cunrat Schwager, und Hans von grießen, ulrich von Rümlang, und Rugger im turn, Hans Hegenzi. omnes circites triginta, praeter servos armatos, quos numero fere centum secum tulerant, ob metum Comitum, ut in hac eadem relatione habetur. comiti Alvico de Sultz hi Socij adscribuntur: die Edlen, graf von Eberstain, graf Hainrich von Fürstenberg, graf hans von Sultz sin bruder, herr Jerg von geroltzegg, herr Hans von Jalokenstain Ritter, Juncker Hainrich von geroltzegg, Hans von Rechberg, Stoffan von Emerzofen, Hug von Landenberg, Hainrich von Alnisthofen, Rudi von Blumberg.

Cum Abbas defensionem suam in scripto libello asserret, id prohibere conatus est per procuratorem suum Alvicus: Sed Archidux edixit, se audi-turum partes sive verbis sive scriptis causam suam proponerent. Itago Eberhardus libellum suum per Secretarium praelegi fecit, cui proximus ad latus adstitit Hans ulrich de Stoffeln, post singulos articulos explica-tionem suam addens. Hic igitur incipit libellus sepè dictus, praemisso titulo: durchlüchtiger, hochgeborner Fürst, gnädiger Herr! cum praecedentia adfacti Speciem pertineant. Excusatur imprimis, quòd ordo in responsione ad articulos à comite nuper oppositos aber vari haud posit, eoquod in scriptis cõmunicati non fuerint, ac proinde, prout memoriæ haerebant, repetendi fuerint. Prolixitatem deinde excusare necesum erat, cùm solus iste libellus quadraginta paginas pressè scriptas contineat. Nos, cum plerag̃ iam antecedentia, facta supra adduxerimus, quæ pro historica notitia facere possunt. Caeterum quæ responsa fuerint, aut responderi potuerint, ex historia nostra Lectori memoranda relin-quimus. Itago

ad 1.mũ — oppositæ fuerunt litteræ Epi constantiensis, in quibus con-tinebatur, qualiter Eberhardus ad instantiam conventus Rhe-naugiensis, abdicatis duobus Abbatibus Augone et Joanne, ab eodem Epo Abbas fuit constitutus.

ad 2dum — Contra jura et consuetudinem post electionem Eberhardi suisse pacta quædam ab Alvico et eius Fratre proposita, quodtamen Advocati Austriaci nunquam fecerint. Nihilominus inter-venientibus amicis per Epũm Henricum de Heven concordiam suisse initam, et litteras mutuę factas. Sed hactenus à comite nondum traditas, nec proinde ex sua parte obligatorias.

ad 3tiũ — Quamvis annus prætensus in Diplomate Ruperti, quò anno ejus electus est, fallat, nisi forte sit mendum in numero, nihilomi-nus sponte datum, Habspurgios Rhenaugiensem advocatiam pro feudo Imperiali possedisse, à quibus mortuo Joane IV. ad Austriacos devoluta sit, Hermanno de Sultz Alvici Evo propterea ab officijs depositò, quod eam involasset, licet Rhe-naugienses non nisi nomine Imperij et sine praejudicio Monas-terij

villa tantum ex responsionibus adnotavimus

- terij homagium præstiterint. Idipsum excipere Diplomata comitibus de Sultz ab Imperatoribus data, in quibus ne verbum quidem de Avocatia Mönzij exprimatur. Contra Fratrem præsentis Ducis Alberti immunitates Mönzij confirmasse, quæ jurisdictionem omnimodam, Thelonium, Monetam, et liberam Advocatorum electionem exprimant, præposterea Diplomata in germanicam idioma stilo Amplici ruius ævi versa præfecta fuerunt, nempe Ludovici germanici de annis 852. et 858. Ottonis Magni de anno 972. Henrici III. de ano 1067. Lotharij de anno 1128. Bonigo Bulla aurea Friderici II. de anno 1214.

ad 4tum Abbatem Rhenaugiam deseruisse ob instans belli periculum exemplo aliorum, et ipsius Matris comitissæ, comitem à civibus implorat um, ut ab hostibus defenderet, non ut Mönium expilaret.

ad 5tum Monachos fuisse tumultu bellico ex Mönio expulsos, atque ad vim injustam vi justa repellendam coactos.

ad 6tum Municipium Schaffhusianum non fuisse ab Eberhardo susceptum, sed iam ante centum annos Mönio proprium, quod jugiter consuesset, proventus tum ad comoditatem mercatûs, tum ob securitatem à rapinis, in domo Schaffhusiana asservare. Rhenaugienses ad instantiam abbatis castos, qui renuerent mandatis belli tempore parere, jus civitatis Tigurinæ à prædecessore suo Isaäe Kumbar Tigurino contra voluntatem conventûs susceptum, quæ non ultima causa fuerit depositionis Abbatis, disputato intervenientè Cæsarei ordine municipio.

ad 7tum In gref sensed cum Schaffhusianis aliisque plurimis citatum comparuisse, sed minimè, quod exigebatur, Helvetiis de ullo subsidio cavisse, quod tamen Comes per Thomam Prælectum suum fecerit. Nunc quoque plurimos in comitatu suo habere, quod sciret, quosdam comites socios ipsi quoque Domui Austriacæ infensos esse.

ad 8vum Transitum per Rhenaugiam jugiter Austriacis patuisse, quod Ursula comitis Mater testari posset, permissum nuper Berensibus, et alias vice Hainrico de Crzingen, Pontis destructionem quod attinet, provocat ad Wilhelmum Margravium aliosque præsentes, qui testentur, mandatum non ab, sed à Sultzensibus præterita.

His contra Comitis exceptionibus responsis Eberhardus multas superaddidit querelas: quod pactis licèt iniquis non contentus, plurima importunè exigatà Mönio alias laborante; Mulctarum partem Senatui Rhenaugiensi debitam retineri; Mortuarium iden. fabli contra jus ab ipsoexigi; Rhenaugienses contrà privilegium de non avocando, captos in arcem Balm duci, et judicari; Proventus plerosque ad profanos usus consumi, ut nec sustentatio congrua haberi, nec debitis ac Principalibus satisfieri possit etc. Commendatur itaque causa Serenissimo Principi, ut pro justitia et Dei honore eam decidere, et ejectos damno refectos restituere dignetur. Hic tandem post quadraginta, ut inquiebam, paginas, terminatur libellus Alberto Duci Vilingæ

in publico

in publico consessu oblatus ac prælectus; nam quæ sequuntur, pertinet ad alium libellum, qui eidem Principi causa nondum finita, anno 1418. die 27. aprilis Diessenhovij porrectus fuit.

Interim auditis partibus Albertus sententiam protulit, quâ jubebatur, Monasterium Abbati ac conventualibus restitui cum integra rerum omnium administratione: insuper partibus injunctum, ut litteris publicis sibi mutuo caverent, de nullo damno post hac inferendo, donec ultimato controversia ab Archiduce fuerit terminata. Restitutionem dictam gratanter agnovit Abbas Eberhardus in ingressu libelli proximi, dum ait: Do mich eur fürstlich wider in gwald und gewer gesezet, und mir min gotshuß in gaistlichen und weltlichen Sachen zu Regiren befolen hat. Litteræ illæ mutuæ à partibus datæ sic inchoant: wir Eberhart abbt und der gemain convent ze Rinow uff ain, und ich graf alwig von Sultz Landgraf im Cleggöw für mich, ouch Hansen und Rudolfen mine gebrüder ouch grafen von Sultz anderer sitz thun kunt mit disem brief etc. In his præterea ambo promittunt, se redituros ad judicium coram Alberto Duce uff den sonnen tag Ésto mihi, den man nempt der pfaffen fasnacht nächst kombt, id est ad diem 14. Februarij, eidemque tradituros libellos suos in scriptis: Klag und antwurt in geschrift sezen, und die übergeben. Capti quoque ex Rhenaugiensibus cum eorum bonis dimittantur, nec ulterius usque ad decisionem litis infestentur. Addit deinde Abbas pro se: wir abbt und convent vorgenant söllent och uf disen anlas und richtung uns widerum fügen in unser closter und gotshuß, allda singen, lesen, Regiren und alles das tun, so wir dan von alter här kand und schuldig und pflichtig sint ze tund, alles ungefährlich. Alvicus quoque pro se promittit, CLXVII. se interea abstenturum à prætensionibus, quas contra Monasterium sibi videbatur habere. Tria desuper confecta fuere instrumenta pro Judice singulisque partibus, atque sigillis firmata. geben ze Vllingen am mittwochen nach S. antonien tag, id est die 20. Januarij anno 1415.

Sic tandem Eberhardus Abbas, ope gloriosissimæ Virginis Mariæ singularis Monasterij protectricis à prima sui fundatione usque in hodiernum diem, cum suis in pristinam possessionem restitutus fuit, postquam Alvicus Comes à die 8. Septembris præcedentis anni Monasterium occupasset, totus vero conventus à die tertia octobris per quatuor fermè menses exulasset.

Caput XI.

97.

Alricus comes Rhenaugiensos capit: Arcem occupat Abbas: quam restituere jubetur.

Judicium ab Alberto Duce ad diem 14. Febr. anni 1448. indictum haberi non poterat, ob invalescentes hoc ipso tempore cum foederatis bellitumultus. Etenim Tigurini cum Wilhoduranis et Frauenfeldijs Duce Joanne de Reckberg die 28. Januarij erruptione facta magnam Tschudius.
partem comitatus Tockenburgici et circa oppidum Wil plerag vastarunt, magna coactâ prædâ, quam insequentes Reckbergij industria frustra eripere conati fuerant. Econtrâ Foederati damna compensaturi die tertiâ Februarij circa Rhenum superiorem versùs Feldkirchium igni ferrôq; cuncta depopulati sunt. Basileensescum Bernatibus in Friethal et inferiorem Rhenum irruptionem fecerunt, Basileenses Patres concilii Basileensis cum Ipso eiusdem civitatis tantis malis obviam ituri, partes Rhenofeldam addiem 7.mâ Martij convocarunt, ubi Marxarius de Rockberg prodefensione Austriacorum simul ac Tigurinorum prolixum libellum obtulit: Sed Foederatorum oratoribus legere renuentibus re infecta discessum. Mirum proinde nemini videbitur causam Rhenaugiensem suspensam fuisse, quam nec Abbas restitutus vehementer urgebat.

Sed tamdiu quiescere non potuit Alricus comes, quin Rhenaugiensibus varia damna inferret, et jurisdictionem Monasterij usurparet, quapropter auxilium Alberti Ducis iterato implorare necessum fuit, ut iam ex altero libello, qui tamen anno primùm 1448. prodijt, referemus. Licèt igitur in conventione authoritate Alberti pacto expresso cautum fuerit, ut à vi atq; injurijs abstineretur, nihilominùs comes Alricus die 24. Martij anno 1445. Judicium Civicum, sron gericht, Rhenaugiæ coegit, cui ipsemet, propositum dissimulans, aliquamdiu amicè interfuit; cum ecce plures equites Satelitesq; damum circumdant, undecim cives capiunt, reliquos juramento se constringere adigunt, nullum alium, præter Alricum comitem agnituros Dominum. captivi in arcem Balm deducti tetro carceri includuntur. Abbas monitus St. Blasiusium ad amicos consilio confert: quorum postera die litteras ad comitem destinat, roganstut ex pactis conventis captivis libertatem præstet, juramento reliquis remisso: üwer gnad, inquit, ist, als ich Ulrichen uff gestern zu Rinow gesin, und da der von Rinow etwie mainige, sunder by ainlifen gelangen und hingefürt, und die anderen zu unzimlich unbillichen aiden getzengt, über das doch die Sachen zwischen üwer und minen, darinen die von Rinow och begriffen sint, vor unserem gnädigen Herzog Albrecht von österrich in Recht hangen etc. üwer andwort geschriben CL.XIX.
by dem botten: datum feria tertia an annuntiationis gloriosæ Virginis Marie anno XLVI, sorte in copiâ erratum, cum hoc festum eo anno incideret

-ciderit in seriam sextam. ad has litteras Alvicus respondit, se jure
fecisse, quod fecerat: bitt üch ock gar ernstlick und früntlich, mick
füro umb die Sachen unverzuckt, und unbetädingt zu laßen. datum
feriâ secunda anno M°.CCCC°.XLVI°. quin ut preces magis essent efficaces,
adhibuit quoq; Eberhardus interventionem Henrici Epi constan-
-tiensis, qui illico per expressum similes ad comitem litteras dedit,
inter alia scribens: begern wir von dir mit besunderen flyß, ernst-
-lich bitten, die Erbern lüt von Rinow Söllicher ir gläncknisse one
CLXVIII. endgeltnisse ledig zu laßen. cum eadem die data sint litteræ, quæ
Abbatis, opportet Epum adhuc fuisse Schaffhusij. verum eandem re-
-sponsionem Epi, quam Abbas, à comite tulit. Denig; Eberhardus,
nequid intentatum relinqueret, Albertum Ducem Supplex convenit, ut
monitorias ad comitem dirigeret. Fecit, quod postulabatur, albertus;
sed in cassum omnia. uwer gnad, sie alloquitur Ducem Eberhardus, stät
im solicher mas ouch schriben; er antwort dem botten, er wölt üwren
gnaden darum antwurten. de qua tamen responsione nihil constat.

Interim certum, captivos non fuisse dimissos, nisi postquam instan-
-tibus amicis promisissent, octingentos florenos pro litro soluturos,
ni fieret, tempore præscripto ad carceres sponte redituros. Abbas
miseræ conditione subditorum motus, cùm iam dies instaret, aut
reddendæ pecuniæ aut libertatis cum periculo vitæ amittendæ,
iam amplius morandum non ratus, quin vim vi repelleret, ascito
amicorum Schaffhusianorum manipulo, inter quos præcipuus wern-
-nerus de Schinen, arcem superioris portæ aggreditur, gregarios
et Ministros comitis in vincula conjicit, et Rhenaugienses homa-
-gium pristinum renovare facit, annullatoillo, quod coactè fece-
-rant Alvico, denig; prohibet, ne quis comiti pecuniam titulo
Litri persolvat, nisi alio legitimo Judicio adactus. Hæc dicta
arcis occupatio sine vehementi certamine non accidit, repug-
-nantibus, qui intuserant, ac tandem, qui evadere poterant,
versus arcem Balm decurrentibus, ubi paratis navibus Rhenum
transmearunt. An ipse comes huic certamini præsens fuerit,
pro certo asserere non ausim; hæc enim Arctè duntaxat in
libello nostro adducuntur, licet ex posterioribus decisionibus
certa atq; explorata reddantur. acta sunt autem mense Ap-
-rili ad finem vergente, licèt dies non exprimatur.

Dux Austriæ Albertus cum Diessenhovij esset, turbas istas per-
-cipiens, gravissime tulit, inducias sua auctoritate pactas à par-
-tibus fuisse violatas, missis à latere suo nuntijs exprobravit,
atq; ad causam dicendam ad Secitat. auditis utrinq; querelis
et excusationibus mutuis, litigantes sine mora his conditio-
ne discidia invalescerent

nibus

-ditionibus interim conciliat, ut captivi sine Litroutzings dimittantur, & Arx porta superioris ad manus ipsius Ducis in Sequestrum tradatur, interim quieti persistant, donec resumpta causa ac penitus dissensa decidatur. Dedit hac de re Albertus prolixum decretum die tertia Maij eodē anno iiiiᵒ. in quo inter alia ait: Endem sich aber zwischen bayden den ernanten partyen etwas unwillens begeben, also das der ermelt grave Alwig etlich zu Rinow gefangen, und in trōstung hat genomen: da entgegen der ernant abbt mit sinen fründen und heferen zu Rinow ist in komen, dadurch etlich in aide, und etlich in fängnisse genomen worden sint, p. wie sich dan die sach mit mer handlung verlossen hat, sölch ir nemw spen und zwidracht uns nit liebist, und habend darūf um des willen, das nit gröser unwill und unrat entstee, mit baiden tailen lassen reden, der sachen zu entschaiden uf uns zu komen, das sich also bayd tail haben verwilliget, und uns das vorgenant schloss Rinow uf recht zu unseren handen ingegeben, und sollen darūf alle gefangnen, die zu baider sit in der sach gevangen sint, mit samt dem Buhle Werners von Schinen knecht tāge gegeben werden. Pretensiones alias coram se dijudicandas decernit, in specie quoqs, ob graf alwig von der sach wegen zu wernhern von Schinen und anderen edlen, die by der geschicht gewesen sint etwas forderung mainte zu haben. Pro maiori pacis securitate huic instrumento sigilla ipsius Alberti Ducis, Abbatis atqs Comitis appressa fuerunt. Datum Diessenhoven in die inventionis S. crucis anno p. XLVI. CI. XXII.

Alia inventio nempe corporis S. Fintani his ipsis diebus Sumor-però recreavit Abbatem totumqs conventum, quod die octava Maij auctoritate Ep̄i in vicinia existentis p. comorabatur enim Schaffusij. p. solemniter exhumatum fuit. Bonum scilicet omen, fore ut ultima hæc persecutio titulo advocatiæ Monasterio il-lata brevi finem sortitura sit. Albertus Diessenhovio constantia adijt die 19ta Maij, ubi præsentibus multis Principibus, agente potissimum Ludovico Electore Palatino, cum hactenus vario marte pugnatum esset, inter Austriacos et Tigurino ex una, et Helvetiæ foederatos ex altera parte, pax tandem sancita est die octava Junij anno iiiiᵒ. Postea particularia gravamina Kaiserstulæ seu in solio Tiberij per arbitros complanata. Se-quenti anno iiiiᵒ. die 22. Maij comites de Sulz Joannes, alvicus, et Rudolphus, Matri ursulæ administrationem Areis Balm et Landgraviatus CI. XXI. Jochud. pag. 468.

et Landgraviatûs Cleggoviæ restituerunt, ut patet ex charta Hergotti 94. quam descripsit ex aliis archivio Thüngensi. Sequitur proinde, ante factam hæreditatis divisionem 20. Julij anno 1414. eandem administrationem, penès dictam comitissam fuisse; sed facta divisione vitalitium Matri constituerant in certis proventibus, ipsa plerumque Rhenaugiæ in domo quadam (quænam illa fuerit, non constat,) habitante, ut ex certis actis nostris elucet. Verùm ex causa quadam incomperta priori conventione soluta, hoc anno castrum Balm cum Cleggovia Ursulæ restitutum fuit: Das Schloss Balm und die grafschafft im Kleggow, mit allen, guten, und allen iren Zugehörden, widerum ingenomen, und zu iren handen genomen hat. itatamen, ut alienare aut oppignorare non liceret, atque insuper alle die lütte zu dem Schloss Balm und zu der grafschaft im Kleggow, und darzu das Hofgesint des hauses Balm, wie die genant, und in was Aemptern sie sint, derselben unser frowen Mutter, und mir obgenanten grafen Rudolf von Sultz in gemein schweren und loben sollen. Cæterum divisio supradicta hæreditatis in suo vigore permaneat, teneanturque comunites tres filij Matrem defendere: schadlich haben, und vor unbillichem schützen und schirmen. Huic chartæ sigilla sua quoque apposuere comites Eberhardus de Lupfen in Stülingen, Joannes de Tengen Nellenburg Hegow und Madoch, et civitas Schaffhusiana. Sed redeamus ad nostra.

Post sententiam illam à Duce Alberto die 2. Maij anno 1446. latam, captivi quidem utrinque dimissi fuerunt: Sed comes Albicus, cum paulisper quievisset, ad gentium suum reversus à Rhenaugiensibus, quos ex carcere dimiserat, post liminio quasdam expensas solvendas exegit: die turen lösi, und anders, so von der obgemelten vangnisse Parlanget. quos cum illi pro libente abbate non solverent, eos per Judicium provinciale cleggovianum proscribi fecit, quorum sequentia nomina exprimuntur: nämlich Haini Rapolt, cunij Keller, clewi Lasanter, Haini Scherer, Hans Fleming, Hans Mantz, clewi Hilti der elter, clewi Mantz, und Rudi Haunmann, alle von Rinow. Horum primum Rapoltum in Rheno navigantem ex arce Balm sagittis impetiverè, ut vix spoliis tamen relictis integer evaserit. Abbas Eberhardus immunitates et jura sua coram Judicio cleggoviensi demonstrare conatus nihil obtinuit. quapropter Implloratus Dux Albertus ex Echinga die 27. Julij anno 1447. ad prædictum Judicium in scriptis misit:

Darum

Darum verordnen wir an üch ernstlich begerent, das ir
die vorgemelt acht abtügend, und das daruber nit verrer
gerichT werde, Sunder die aucht für uns zu recht wisent. CI. XXIII.
quin mox ex Suevia discessurus Albertus Joanni Henrico Truchsesio
jnjunctis dedit, ut executioni prædictorum invigilaret. Non par-
rentibus cloggovia Judicibus, Rhenaugiensescum Truchsesio à Joanne
Ulrico de Hoffen Præfecto Austriacoin Suevia p. cæteroquin Abbatis
nostri amico, literas impetrasunt, quibus die undecima Augusti
ejusdemanni jnjus. ambo Comites Alricus et Rudolphus gravissime CI. XXIV.
monebantur. Sed surdis fabula canebatur, quousqstandem Eberhar-
dus abbas magnis impensis à Judicio Imperiali aulico Rotwilano
decretum dasatronis memoratæ proscriptionis obtinuit. Nullam
sane occasionem prætermisit comes, quâ Monasterij jura impetere,
sibique usurpare posset, cuius causa quoqsibe poterat, quod castrum
Superiorisportæ Rhenaugiensis adhucdum subAbbatis potestate
detinerotur, nullo ex parte Ducis Alberti hactenus missò qui eam
in sequestrum reciperet.

Igitur Alricus Abbatem ex parte debiliori aggrediendum
ratus, non solùm abeo Arcem adhuc detineri conqueritur, sed etiam
extitulo restitutionis per vim Spoliat agit, ut ante omnia in posses-
sionem pristinam tam arcis quam advocatiæ reponatur. Albertus
Dux utrigs parti diem indixit Diessenhovæ ad 27. Aprilis anno jnjus.
ubi Abbas libellum alterum obtulit decem posteriores pagi nas
implentem, inquo continentur ea, quæ acta sunt à Restitutione
Eberhardi in Monrium anno jnjus. conquerituretiam abbasde alijs
quibusdam casibus, quibus jura Monrij infracta sint, quod lictor Rhen-
naugiensis der Statt weibel, alicgsà Salzensium Subditis male ha-
biti, verberibus affecti, et iaculis, mit der armbrust, impetiti fuerint;
quod Præfectum Monrij, den ambtman Hutzlibrand, carceri inclu-
derit, XX. florenis multatum; quod homines quosdam proprios,
à Friderico Duce Monrio quondam donatos repetierint, et Mortuarium
abillis exegerint etc. cum recensione eiusmodi factorum, finit libellusacter:
quid vero Abbas ad prætensam restitutionem in integrum responderit, con- CLXXVI.
tinetur in sententia desuper lata his verbis: und setzt der abbt noch vor
zu rechten, provocaverat enim ad libellum fusiorem priorem jam anno
jnjus. oblatum, es möcht noch solt graf albrich sin keiner gewer der vogtey
noch dheinerley anderer gerechtikeit da zu Rinow vernemen, noch fur-
zitten, wan weder sin vatter noch er oder sin bruder dhein gerechtikeit
da heten, dan sin vatter hot als vor tryssig jaren, in abwesen unseren
vorderen fürsten des Hauss österrich, sich solcher vogtey unterzogen
on empfelung und on allesrecht, darum die von sultz unbillich gewere
furziechen.

furziechen. wan dieselbt vogtey und die Statt dem gotzhaus Zugehor von alter her, als auch das gotzhaus dergetryet sey: darnach wer die vogtey Komen an das Haws osterrich, also das die von Sultz gar nichtz daran haben. aber da graf albi K im also in das Sin grison, und die sinen gefangen hab als vorgemelt sy, und dheinerley recht wolt uß nemen, noch die gefangenen ledig lasen, haben, nach rath, darwider getan, und sich des schloß als des gotzhaws gut widerum unterwunden, und getraw zu gott und den rechten, das die von Sultz darüber nicht sullen ingesetzt werden in dheinerley wegen, als sy dan furbringen. Insistente Abbate in puncto restitutionis, replicavit Abbas, Monasterium potiùs ab ava ipsorius fuisse vi spoliatum.

Tandem consiliariorum votis collectis in hanc modum decisum: Zu recht ainthrechtabrich erkent, die von Sultz werden in die gewere irer gerechtichait zu Rheynaw eingesatzt, und behech darnach, was recht sey, nach inhalt der anlas. Declaratum simulfuit, executionem intra 6. Hebdomadas et 3. dies ita fieri debere, ut vi superioris conventionis arx Rhenoviensis tradatur commissario a Duce mittendo, qui eam comiti cedat, ac simul novum diem constituat, pro jure petitorio prosequendo.

Cum hac Sententia fermè expirant acta nostra de praesentibus Sultzensium turbis, adeoqs ex aliis subsidiis supplenda. Dubitandū tamen non est, decretum restitutionis urgente Comite fuisse executioni mandatum, ex quo facilè conjectare licet, quæ ingentia mala, perrupto obstaculo, Abbatiae Monasterio intulerit.

Caput XII.

Arx Rhenaugiensis destruitur;
Sigismundus Advocatus salutatur:
Albertus causam deserit.

Nondùm comites de Sultz in possessione Arcis Rhenaugiensis persistiterunt; cum enim ex eadem arce sicut et ex castro Balm ijdem comites non solùm Monasterio nostro, sed et Schaffhusianis, quos accerrimos Rhenaugiæ defensores experti fuerant, plurrima damna inferrent, communi consilio utraque arx tot malorum origo anno 1409. occupata, atque destructa fuit; desumitur id ex quibusdam litteris, quorum extractus ex Archivio Thüngensi à Perillustri et eruditissimo Dño archipræfecto de Roller mihi traditi fuerunt. Scripserant enim Schaffhusiani ulmensibus tunc confœderatis: wie es inen mit Balm und Rinow glücklich und wohlergangen sye. Responderunt hi tali consilio: man sölle Balm zerstören, und die wyl Rinow den Schaffhuseren gehuldiget und geswooren, begerend sy zu wüssen, mit was gedingen die inen in iren und der anderen fünf Stetten namen geschworen habend. Bene postulant hujus juramenti declarationem, quòd forte male intellexerant ulmenses; nam aliud esse non poterat, quam quod iterato Rhenaugiensis Eberhardo Abbati utpote civi Schaffhusiano præstiterunt, nisi fortè novum aliquod mutui fœderis pactum intercesserit.

Secuti sunt porro consilium ulmensium Schaffhusiani destructa Balm, sub cujus nomine sicut sola arx intelligitur, ita et sub nomine Rinow hic solam arcem intelligi necesse est, quam paritèr Schaffhusiani agente Abbate demolliti sunt.

Balmæ eversionem describit Stumpfius sequentibus verbis: Balm ist ein alt Schloss gewesen under Schaffhusen am Rhein auf einem bückel vor Rinow den Kloster übergelegen, darauf wonet bey Kaisers Fridrich des III. Zeiten ein gräfin und witwe von Sultz, die letst des geblüts von Habspurg, mit zweien Sunen Rudolfo et Alevico, beyde Junge grawen von Sultz, deren dieners legend etlliche burger von Schaffhausen und andere darnider, und beraubtend sy in dem wilden tobel genent der Tolenbach, hirdurch aber die von Schaffhausen zum waffen erweckt, by nacht das Schloss Balm erstigent, und darin nit allein die diener und röuber, sonder auch die gräfin sambt den obgenenten zwey Jungen grawen iren Söhnen gefenckhlich annamend, und das Schloss Balm in grund verbrandtent. Demolitio arcis non simul cum ejus occupatione facta est, ut patet ex litteris supra recitatis, aliis quippe abhinc diebus Schaffhusianis ad ulmenses datis, in quibus significant, quædam mercimonia ad quemdam civem ulmensem spectantia in arce reperta fuisse. quibus additur

l. 5. cap. 27.

quibus additur: esist och das glöggli̇n uf dem frowag türn zu Schaffhausen, so man järlich am pfingst montag dieweil man in der wahl eines burgermeister steket, und sonst durch das ganze jahr nimer̄ p. dan die in kriegs nöthen, geleutet wirt, in disem schloss balm gehanget. Stumpfius huic narrationi non solum nullam notam chronologicam addidit, sed etiam causam errandi praebuit, dum ambos comites de sultz iuvenes adhuc et penè infantes facit, Fortius frater Joannes hoc tempore i. imò iam priùs in aula Ducum ac Cæsaris versabatur. ante biennium castrum balm adhuc integrum matri ursulæ à filiis restitutum fuerat, ut ex suprà dictis constat; igitur Alricus et Rudolfus annum vigesimum iam multum supergressi erant, et fortè à trigesimo non multum distabant. quapropter non credendum Stumpfio quoad differentia temporis, dum sic pergit: die wittwe und gräfin ward mit den jünen ledig gelassen, di klagt sich diser gefängnuss und zerstörung des schlosses balm beij dem Kaiser Fridrich dem III. also hoch, das bemelter kayser die von schaffhausen in acht und ban verkundet, auch dahin nötiget, das si sich mit der gräffin vertragen, und inen ein grosse sum̄ geldts geben müstend. doch ward im vertrag lauter bedingt, das die veste balm hinfür nimermer̄ os dem erdrich söllti gebuwen werden. Hirum als graf Rudolf mit der zit erwüchs, und das schloss balm widerum anfieng zu bauwen und mit grossen kosten zu rumen, das fundament zu legen, und die keller zu machen, do sahend die von schaffhausen durch die linger dieweil der bauw noch under der erden gieng, als er aber ober der erden auffahren wolde, erwertend si den bauw aus kraft

43 des vertrags hinvor aufgericht. Fides quoad hæc ultima sit penes auctorem: ego certè hanc simulationem schaffhusianorum cum alterius impensis non laudarem, sed revertamur ad propria et ad arcem Rhenaugiensem.

Utram parcem simul eversam fuisse indicio quoque mihi est, quod teste eruditissimo Dño de Koller in dem Endwurf des alt und neuwen Kleggaus S. 24. Domina ursula dehinc waldishuti habitasse perhibeatur, proculdubiò Rhenaugiæ in arce per decretum alberti Ducis restituta domicilium fixura, prout antea consueverat, nisi ad nihilum redacta fuisset. concludit suam narrationem supra laudatus Stumpfius hoc modo: Es war vil gehäders daraus, und deshalb auch nit die gringste ursach, das die schaffhauser sich zu den eydgenossen verbundend. cum porrò hoc ipsum anno 1454. contigerit, æquum est, ut eredamus, priorem vastationis historiam paucis annis, adeoque anno 1449. præcessisse. clarissimus Hergottus in notis ad chartam CCII. mentionem huius arcis

geneal. dipl.

huius arcis facit, sic inquiens: eodem anno 1125. castrum, cuius ruderа ad portam Superiorem Monasterij p. scribere debui Bot civitatis, adhuc visuntur, olim inhabitabant Dynastæ de Sultz, quod ante tria Sæcula à quodam abbate Monasterij Rhenoviensis p. scilicet Eberhardo nostro, destructum est. Stetit igitur arx illa 99 annis à prima sua erectione anno 1125. à Lenzburgensibus facta.

Destructa arce Rhenaugiensi Eberhardus Abbas videns sibi auxilio contra comites de Sultz alicuius præpotentis Principis opus esse, cum diffideret Alberto, quem Suetzensibus utpote consiliariis suis favere suspicabatur, consilium capit recurrendi ad alterum Austriæ Ducem Tyrolis Dominum Sigismundum nempe Friderici IV. quondam advocati nostri filium, ad quem jus advocatiæ videbatur devolutum, nam Albertus tutelæ duntaxat titulo in Sigismundum minorenem, et administrationis anteriorem Austriæ Regionum, imploratus fuerat Caesarum atque litiis arbiter. Igitur Sigismundus à tutela liberatus, advocatiam Monasterij nostri perbenigne suscepit, protectionem ad præmittens diplomate dato die prima Septembris anno 1454. in quo sic proloquitur: Nachdem wir von dem Ersamen, geistlichen, unseren lieben andächtigen dem abbt zu Rinaw, und dem convent daselbs angeruft sein, das wir als ir kastvogt, si und ir gotshaus in unseren schutz und scherm zu halten geruhten, haben wir angesehen, das unser vordern löblicher gedachtnuss daselb gotshaus in gnaden und scherm gehalten haben, und haben den benanten abbt und convent mit sambt irm gotshaus, der statt Rinaw, und allen iren leuten, und gütteren in unseren schutz und schirm genomen und empfangen p. exigit nihilominus Sigismundus vicissim: das si sich widerum gegen uns verschriben, und verpflichten, das si uns als irem kastvogt getrew, gewertig sein sollen. CI. XXVII.

Acceptis his litteris Lotus abbas nox die 10. eiusdem mensis Septembris coram notario et testibus totam communitatem Rhenaugiensem convocat, eisq. factum proponit, desuper eorum consensum postulans, cui prompto animo obsequentes, inter alia fatentur: Bekanten sy, das sy dem vorgenanten minem herren von Rinow, ouch sinem convent und gotshus zugehörten von aigenschaft, hettend auch sinen gnaden, und sinem gotshus geschworen, der ayt lüd sy sidr alle aydo, und sy wöltend sinen gnaden ouch sinem convent und gotshus mit irem lib und gut nach irem vermogen, als sy das schuldig weren gehorsam, im bystendig und hilflich sin, und ir lib und gut zu im setzen: und in der sach gen minem gnädigen herren Herzog Sigmund von österrich nach uswisung der obgemelten briefen alles mit inen sin? De hac contestatione populi Rhenaugiensis plura in

Instrumenta

Strumenta conscripta fuerunt à Notario publico Martino
CLXXVIII. Selder clerico Augustensis diœcesis: Testes vero rogati præsentes
Sæpe laudatus Wernerus de Schinen, Haman de Mandach, et Joan-
nes Senglin.

Instrumento per speciales ac decentes nuntios ei pontum
transmisso, fortè per Wernerum aut alìquem ex conventu, Dux
Sigismundus die 20. octobris eiusdem anni 1415. omnia privilegia
Monasterij de novo confirmat, et ùt ait: durch ir erber Gottshaft ge-
pet en, Raben wir alt ir, und ir gotshaus Briefe, handvesten, rechten,
gnad, gab, fryhaiten, und gut gewon haiten pernewet, confestet, und
confirmirt, als ob ir alle von wort zu wort hierinnen geschriben weren.
CLXXVIII. gegeben zu inspruck an mittwuchen vor der aller heiligen tausent Mayden-
dag 1415. Recuperatione Rhenangiæ Dux Sigismundus in Spem erec-
tus obtinendi quoq; Schafhusium, egit apud cæsarem Fridericum III.
ùt ab Imperio, cui ab anno 1415. unitum fuerat, iterum separatum
Domui Austriacæ restitui posset. cesserè primum Schafhusiani: Sed
cum Nobiles, inter quos Margravius de Hochenberg, et Wernerus de Schi-
nen, conditiones duriores proponerent ad miserunt hi per pontem de-
gatos Helvetios, dum illi frustra ex altera parte, in der enge, via
versus Cloggoviam expectarent. Stagis exclusis Austriacis foedus ad
certum tempus cum Helvetiis initum est anno 1450. quod die prima
Junij Sequentis anni confirmatum, ac deinceps ab anno 1501. factum
est perpetuum. De eodem anno 1450. extat charta in archivio nostro
Freytag nach S. Galli tag, quò Domina ursula vidua de Sulz, eiusque
V. l. 9. filius primogenitus Joannes Judex aulicus, Hoffrichter, nomine
tam proprio, quam reliquorum, scilicèt Alvici, et Rudolfi, advocatiæ
in ober Martelen Conrado am Staad Schafhusiano pro 1200. florenis
vendunt, quam priùs loco pendi possederat. Derivabatur ab Stabspurgo
Lauffenbergicis, quæ quædam propria in dicto pago possederant.

Inter hæc Albertus austriacus, ùt constat ex archivio nostro,
T. l. 9. anno 1450. cesserat iterum Tigurinis comitatum Kiburgi cumque
subinitium præcedentis belli ab ijs acceperat pretium facilè
solutum, cum illi Mille supra viginti Millia florenorum in
sumptus belli impensorum, octria Millia à Wilhelmo Margravio
prodebitis Tiguri contractis exigerent. tanti integer comitatus
Tschud. tom. constitit, nimirum 24000. fl. Multa et alia oppigneravit Al-
pag. 862. bertus, solitus pecunias plurimas maximè in belli sumptus
profundere. Brugoviam nihilominùs sibi propriam prudenter
rexit: et licet fratri suo Friderico cæsari in austria, cuius
partem possidebat, admodum infensus extiterit, litterarum
tamen etiam inter arma Mæcenas universitatem Friburgi
multis additis proventibus fundavit. Nostra quod attinet,

idem Dux

idem Dux ad instantiam tam Sigismundi quam Abbatis, litteris die 12. octobris anno 1434. datis, causam, quam ut Judex et arbiter inter Rhenaugiam et comites de Sultz cognoverat, Brisaci remisit, his inter alia usus verbis: wir verkünden öch, das wir uns solcher sachen endschlochen in kraft dises briefs, und gunnen öch zu beyder sit, unver gerechtikait gen enander lust zu suchen, und zu bruchen, wie das unwer nottürft erhaischen: darauf wir auch unwer jedem sin ur. kund brief und geschrifften, deßhalb hinder uns gelait, widerum zuvolgen laßen us underer kanzlay. Hinc est, quòd authographa sæpe citatorum libellorum, non semel per partes descripta, et ad annum usque 1448. in nostro archivio supersint. utrum similia in archivio Thüngensi asserventur, me latet.

Caput XIII.

Caput XIII.

Suprema tandem comitum de Sultz persecutio.

Verùm his ab Eberhardo Abbate agitatis magis irritatos fuisse comites de Sultz, dubium nullum est. cum enim arce Rhenaugiensi non solum se spoliatos cernerent, verum etiàm spem omnem post excidium eam recuperandi amisissent, novum quòque Præpotentem Advocatum postulatum, causam vero abbertò desertam, maiora forte prioribus mala Monasterio intulerunt, et eo graviora, quo minùs clarè in actis nostris descripta reperiuntur. Recurrit denique ad Supremum Ecclesiæ tribunal Abbas, et Calixtum III. Summum Pontificem supplex imploravit, ut tantis malis efficax remedium adhibere dignaretur. causam comisit Pontifex Ludovico de Ludovisijs cameræ Apostolicæ auditori, qui litteras prolixas sigillis firmatas dedit Romæ prima die octobris anno 1455. quibus sub pœna excomunicationis comites citat, atque sub pœna mille marcarum auri, nec non privationis omnium bonorum, ut ab infestatione desistant, præcipit. Narratur in hoc instrumento, quòd Joannes, Albertus, et Rudolphus comites de Sultz oppidum et præfatum Monasterium ausu sacrilego cum eorum satellitibus vi atque violenter, ac manu armata intraverint, atque claves, quibus cellaria, horrea, atque possessiones, et domos eiusdem Monasterij aperuerunt, eisdem Religiosis abstraxerint, atque in eodem aliquamdiù permanserunt, vina, bleda, et alia victualia, unde ipsi abbas et Religiosi, ac eorum servitores et subditi sustentari debuerunt, consumpserint, nec non eosdem equos, bobus, vaccis, porcis, ovibus, aliisque bonis spoliaverint, ac aliàs præfatos Dominos Abbatem et Religiosos taliter pertractaverint, quòd ipsi necessariò dicto eorum Monasterio recedere, et loca aliena quærere atque penuriam pati habuerunt.

Ex quibus constat Tragœdiam de anno 1444. ab Alberico peractam, post undecim annos à tribus simul fratribus renovatam fuisse, atque Monachos iterum procul dubio Schaffhusium ad domum propriam comigrasse. de qua persecutione intelligenda sunt quæ habet Rumpfius to. II. l. 5. c. 18. pag. 81. graf alwig von Sultz hab bey zeiten Kaisers Fridrichs des III. einen abbt von Rinow bekriegt, uff in gegriffen, seine leüt beschediget, und etlichen seinen dieneren die händ abgehauen. einesmals ward der graf von einem seiner guten freunden gefragt, warum oder aus was für ursach er den abbt bekriegte, oder er nit besorgte, Sünt ze tuen, das er die geistlichen angriffe? uff das antwortet graf alwig von Sultz schimpflich, wie vor zeiten ein Römischer Kaiser seinen adsforderen zu iren wapen helle geben einen bischoffhut oder Infel auf den helm ze führen, und helle in en aber kein bischtum oder abbtey darzu gelichen, der halb er benötiget wurde, selbs nach einer abbtey oder

prælatur.

prælatus Zutrachten, damiter die Tafel nit vergeben stürte.
Sic per jocum Divina humanaq; conculcanda sunt jura. Cæterum
patet, Trumpfium de hac ultima sibi propriore ac notiore invasione
loqui, cum dicat, manus violentas in Abbatem ac Religiosos injec-
tas fuisse, nec non servis manus abscisas; si enim hæc ante
annum 1498. contigissent, procul dubio in libellis illis judicia-
libus expressa fuissent, in quibus etiam minora quæq; per lon-
gum et latum enarrantur.

Sed enim cum Cömites de Sultz non solum Rhenaugiæ, sed
etiam Helvetiis, et specialiter Schaffusianis eorū fœderatis
infensi essent, eisq; non modica damna inferrent, eorū præsump-
tio hoc ipso anno 1498. Mense Septembri, antequam citatio
Romæ expediretur, ab Helvetiis, renovato cum Tigurinis, fœ-
dere, repressa est. Nam denuntiatis Albrico inimicitiis teste
Tschudio, totam Cleggoviam vastarunt, donec exactis, ne incen- to. II. pag. 582.
derent, pecuniis Sabbato post festum Nativitatis B. V. Mariæ
induciæ pactæ, quæ deinceps prolongatæ usq; ad festum S.
Georgij sequentis anni. Inter alios, quos damnis afficerant Sult-
zensos et Neudorfius ex Cleggovia erant Conradus et Joannes
de Tulach Schaffusiani Monasterij nostri vasalli, quibus Eber-
hardus Abbas anno 1449. duos carros fœni quos ex decimis in
Wilchlingen in feudum habebant, permisit, ut oppignorarent, Q. I. II.
veluti testantur litteræ. verum occasione hujus Helvetiorum
eruptionis contigit in vicinia aliud, quod prospiius Rhenaugiam concernit. Joannes Comes de Tengen et Nellenburg,
Dominus in Eglisau, ubi curiam à Monasterio nostro, nec non
advocatiam in proximè adjacentes vicos Höri et Seglingen
nomine feudi habuit, præcedenti bello Helvetico viginti
quatuor eorum commilitones pabulatum in Seglingen egres-
sos jugulaverat. Hujus damni memores Helvetij hoc eodem
anno 1499. Eglisoviam adorti, et occupant, nec non ad op-
pidum Tengen usq; progressi, id penitus incendunt et
concremant: qua in expeditione arx quoq; Hohen Krejen
Wilhelmi de Fridingen obsessa fuit. Induciis paulo post
pactis, Eglisovia cum Seglingen Tigurinis iam Helvetiorum
Socijs, stipulata Tengensi certa pecuniæ summa, permissa fuit.
paucis interjectis annis eandem Dynastiam Tigurini duo-
bus Fratribus Gradicis Nobilibus Moravis Sigismundi
Ducis rebellibus vendiderunt, haud parvo circumjacentium
austriacarum terrarum damno. adsunt in archivio nostro N. I. 22. p.
plures litteræ

F. I. plures Litteræ eorundem gradorum cum Sigillis. Tandem iuxta pacta conventa anno 1497. sæpe dicta Dynastia revendita fuit Tigurinis. Porro nexus feudalis ad Rhenaugiam aut vi aut ocii tantia solutus fuit, ex quo comites de Tengen Eglisovia amiserunt, quæ à Godeberto II. Abbate nostro et comite iam Sæculo IX. fundata quondam fuerat. Census tamen annui Sodiedum Monasterio persolvuntur. Sed exequamur, quæ de Sulzensium persecutione residua sunt.

Ferocia comitum de Sultz per Helvetios nonnihil repressa, sed non penitus extincta fuit, quin Monasterium eiusq; subditos, quibusmodis potuerant, infestare pergerent. Inter alia quendam Henricum Küllin hominem Monasterio propriè de Buchberg judicio Provinciali cleggoviæ opprimere conati sunt, ùt necesse fuerit magnis impensis iteratas sententias

M. I. 9. 10. annoi 1457. et 1458. inhibitorias et avocatorias à Judicio aulico Imperiali Rotwilano obtinere, quibus licet præfigatur nomen comitis Joannis de Sultz Supremi judicis tamen nihilominùs causa remittitur ad forum abbatis contrà judicium cleggovianum. Et hæc ultima sunt acta nostra, quibus necesse fuit, contra eosdem comites pugnare, cuius accessimæ pugnæ causa alia non fuit, quam prætensum jus advocatiæ tanquam hæreditate per ursulam ultimam comitissam de Habspurg propagatum, resistentibus tamen de libera electione Advocatorum privilegiis nostris, adverterant procul dubio Abbates nostri, sæpe dictos Comites potius emolumento inhiare, quàm protectioni Monasterij, quemadmodùm eventus docuit, ac proinde sine evidenti periculo Mönsij comitibus deferre non poterant, quod porro pugnatam ancepss tamgo diùturna extiterit, causa petenda ex rebus hoc tempore austriacorum incisis, prævalentibus ut plurimùm his in partibus eorum adversarijs, nec non ex distantia et absentia eorum, dum multis alijs negotijs ac bellis occupasentur. Cæterum indignari mihi nemo velit, quod comitum Sultzensium persecutiones deseripserim, prout in actis reperi, à durioribus expressionibus, quæ subinde ibi occurrunt, consulto abstinui, quæ sicut res gestas plùs iusto exaggerant, sic econtra historici munus non est adulari, aut veritatem excusationibus non petitis obtegere. Dabitur futuris temporibus occasio, Illustres hos comites ex merito, et etiam in Monasterium ostensa propensione, debita laude non defraudandi.

Quod si iam advocatos huius sæculi colligamus, post Joannem IV. Habspurgicum, qui anno 1408. decessit, paucos

inveniemus,

inveniemus, nempe Friderici cum W. Ducem austriæ, quo decedente anno j'1239. tanquam tutor pupilli advocatiam administravit Dux Albertus, atq; ab anno j'1251. Sigismundus filius Friderici nomine proprio, de quo tamen præter litteras protectorias nihil memoratu dignum in actis nostris reperitur; præfuit tamen vel illis solis, et quæ eorum intuitu contigerunt advocatos intrusos, qui nempe non nisi coacte, reservatis juribus illis ad tempus admissi sunt. Si computemus, erunt Hermannus Comes de Sultz anno j'1253. et iterum interruptim anno j'1261. Rudolphius eius filius Maritus Ursulæ Habspurgicæ anno j'1291. ac denique Albericus filius Ursulæ ad annum j'1444. quos tamen identidem Duces Austriæ exceperunt. cum porro ad Historiæ nostræ meliorem cognitionem non solum præsentis sæculi, verum etiam subsequentium magnopere conducat notitia genealogica eorundem Illustrissimorum Comitum de Sultz, schema alias quod ad finem hujus sæculi subjicere placuit, maximam partem mutuatum ab Eruditissimo Domino de Kolles Cleggonio Supremo Præfecto.

Præterire hoc loco non possum insigne monumentum lapidi pretioso, ut volunt, inscriptum. Cum enim ante medium annum id est die 24. Julij anno j'1709. in augia Divitensi antiqua monumenta præsertim Mss. scrutaturus adessem, magnum illum Schmaragdum ex cavea eductum aversa parte perlustrans, sequentem inscriptionem adamante incisam legi: Ursula R & B Ttt ux Rudolf graff zu Sultz. ttt. Statim in mentem venit, hæc nomina significare ursulam ultimam comitissam de Habspurg eiusq; Maritum Rudolfum Comitem de Sultz, eaq; propria illorum manu inscripta fuerunt fuisse, licet reliquas post ursulam maioribus characteribus exaratas litteras, quid velint, explicare non possim: Sed forte cum à præcedentibus non nihil distent, ad aliud referendæ sunt. Cæterum monstrum illud nihil habet commune cum lapide, nullas matrices, quod in tanta magnitudine, ferme impossibile, mollitie à gemma recedit; luci oppositum, fuscum apparet, atq; non nullas bullas ac fæces exhibet, quales in vitro, potius opus fusile dixerim quod undiq; ad margines in rotunditatem æqualiter desinit, et in area sulcos in fusione causatos undulatim exhibet. Caroli Magni donum dicunt: et mirum: si non agnovit.

Caput XIV.

112.

Caput XIIII.

Advocatia Rhenaugiensis VII. Cantonibus defertur.

Novam Epocham Advocatiæ Rhenaugiensis exordimur, scilicet Sententissimorum Helvetiæ antiquorum cantonum, sub quorum protectione iam amplioni quiete, sui licuit Monasterio nostro, qualiter vero res acta sit, deficientibus prioribus documentis, ex posterioribus, aliunde circumstantiis hauriendum est. Recruduit itaque hoc tempore diuturna inimicitia inter Austriacos et Confœderatos, quibus non solum Tigurini se junxerant, sed multa quoque austriacorum oppida protectionem expetentia se dederant, maximè postquam Ducibus austriæ inter se divisis extraneorum armis fecerunt locum. Mortuo enim Ladislao Alberti II. Cæsaris posthumo Hungariæ et Bohemiæ Rege atque Austriæ condomino die 22. Nov. anno 1458. Albertus Dux animo in Fridericum Imperatorem, fratrem suum minùs bene affectus, una cum Sigismundo, hæreditate se destitui querebatur. Sic itaque inter se armis in austria graviter contendentibus.

Tschud. to. II. f. 592. pag. 595.

Anno 1460. an der alten Fasnacht, id est die 5. Martij, præter Schaffhusium, etiam oppidum Rein novum fœdus cum Tigurinis iniit. novæque occasio erat ex supra dictis duobus Nobilibus de grädlen, quos Sigismundus exilio ac bonis mulctaverat, Tigurini verò protectione ac municipio, tradito oppido Eglisau, donaverat, ad' adlectis circumquaque Socijs Austriacos damnis quibuscunque afficere non cessabant, inter alia arcem Sonnenberg in Turgovia adorti. Ex alia quoque causa laborabat Sigismundus, cum enim Nidolaum de cusa cardinalem, quod absque consensu suo utpote Territorialis Domini Brixinensis Episcopus fuisset electus, in arce Brunegg[sic] obsessum et captum custodiæ tradidisset, à Summo Pontifice excommunicatus fuit, Confœderatis adarma contra ipsum concitatis. Itaque die 19. Septembris anni 597. memorati 1460. Rapperswilam nullo obstante occupant, ac sibi fœdere perpetuo jungunt, die 22. Sept. Turgoviam invadunt, recepto in eadem oppido Principali Frauenfeld, de qua re sic loquitur Tschudius:

Buling. in chron. ms. p. 607.

Tschud. pag. 602.

† Inter codices Ms. papyraceos N. 182. scripto anno 1578. pag. 418. extant duo copiæ ex Archivis oppidi Fraunfeld. 1mo est notitia de occupatione edicti oppidi. 2do exhibet juramentum præstitum. 3tia privilegiorum confirmatio ab Helvetiis 7. cantonibus data montag vor S. catharina tag. 4ta arcis permissio zu einem offenen Kauss Helvetiis facta Lub à Sigismundo de Hochenlandenberg.

Sie zugend mit ein ander gen frowenfeld, do swur in ein die Statt, und ein teil der Landschafft Turgöw zu der Siben orten handen, und gab mann denen von frowenfeld und der landschafft Bürgerrecht nach usdem Siben orten, si bi ir fryheit und rechten beliben zu lassen. † Deinde Diessenhovium adoriuntur, cujus civos dilationem impetrant, causati, quòd Eleonoræ Filiæ Regis Angliæ uxori Sigismundi Romagium præstitissent, ad arcitos Schaffhusianos remolaturi. Interim unitis viribus Wadurum obsident, quod tamen à Nobilibus ibi congregatis fortiter ac diutiùs defensum est.

pag. 608. Placet aliquos ex Bulingero describere: Hans und Hainrich Truchsessen von Diessenhofen, Jacobs, forte rectius Job. von Schinen, Hainrich und Jacob von Ertzingen, Albrecht von Fryburg, Ulrich von Rümlang, plures de Landenberg, Caspar von Aspach, Hans der alt und der Jung von Griessen, Wilhelm und Belgeri von Höwdorff

Hôwdorff conrad harderer von Bentringen, Turing von Halwil, Itel Hans von Krenckingen, Hainrich von ostertingen etc. quin et Dießenhofij cives à Udrnherode Schinen Abbatis nostri affines, persuasi, partes Austriacas resumunt, eidemq; capitaneo cum 200. militibus urbem defendendam committunt. Hinc Helvetij et Schaffhusiani aliiq; se junxerant, obsidione Willodurana remissa, Diessenhovium cingunt, pars è regione advicum geilingense stit, pars ad vallem S. Catharinæ, ubi B. Nicolaus de Flue Subsilvanio duxisse traditur, atq; impedijsse ne Monasterium exuerent, quamvis alij hoc referant ad bellum præcedens de anno 1440. Tandem die 29. octobris oppidum Diessenhoven se dedidit novem cantonibus Berna et Schaffhusio cum septem veteribus computatis, honestis tamen subconditionibus, ut ne mirum cives legibus ac immunitatibus frui possent, atq; Wernerus de Schinen cum præsidio illaesus abire permitteretur. Ad Willodurum oppugnandu deinde regressi Fœderati, id tamen nulla vi velarte evincere potuerunt, multis suorum desideratis, donec ad diem undecimam Decembris per Ducem Bavariæ inter Austriacos Fœderatosq; pacto sunt inducia ad Festum Pentecostes sequentis anni duraturæ. Tschud. pag. 609. Interim omnia loca, quæ Helvetij occupaverant, in eorum manibus relicta, quin etiam dimissa, et firmata constantiæ in pace, quam Sigismundus tunc cum Fœderatis ad quindecim annos iniit. pag. 672. Willodurum quoq; postea pro 1600 florenorum Tiguri nis oppignoratum.

Tschud. pag. 606.

In hac rerum turbine Rhenaugiæ Advocatiam ad Helvetios devenisse certum est atq; exploratum, cum deinceps nihil negotij Monasterio nostro cum austriacis nihil cum Sultzensibus intercesserit, sed mox protectionem Fœderatorum in rebus occurrentibus experti sumus. Id factum procul dubio, dum ijdem oppidum Frauenfeld occuparunt, non vero dum Diessenhoven obsiderant, cùm hic plures septem cantonibus adfuerint, advocati verò nostri soli antiquiores agniti sint. Scribit hanc Tschudius post deditionem Frauenfeldæ plerosq; adiacentes illuc pag. 605. convenisse, ut eorum protectionem exposcularent, quos illi benigne susceperunt, non solum litteris, sed et obsidibus datis, quibus spondebant, eorum privilegia, iura et immunitates se conservaturos. Sed ipsum Tschudium audiamus: Als nun Frowenfeld und ein theil der Landgrafschaft Turgow hie vor an 28. tag Septem. geschworen hattend, do war die übrig Landschaft auch genöt, die Hamend auch gen Frowenfeld und schwurend allda den 7. orten in massen wie die von Frowenfeld und die übrigen grafschaft Ütt auch getan hattend, das geschach am Sontag vor S. Gallen tag, idest die 13. octobris, und gabend allda die 7. orth denen von Frowenfeld und der grafschaft Turgöu bürgen, sy bi iren freyheiten blyben zu lassen.

Inter hos

Inter hos Eberhardum Abbatem numerandum esse, dubitandum non est, licet Rhenaugia ad Turgoviam non pertineret, videretque tamen Austriacos omnibus vicinis terris exutos fuisse, atque adeo non solum a Duce Alberto sed etiam à Sigismundo desertum. Secutus est nempe exemplum reliquorum sub Austriacis auspiciis hactenus constitutorum, atque non modico Monasterij proventu potentissimorum patronorum tutelæ se se comisit. Schaffhusianus erat, procul dubio concivium consilio usus, eos Advocatos elegit, quorum fœderi se illi junxerant, licèt forte Wernerus de Schinen abnueret, quem reperio jugiter austriacis partibus adhærentem. anno 1357. Præfectus p. vogt. erat in Neukirch ab Episcopo constitutus, quod oppidum primùm anno 1320. coemerant.

chronic. Schaf. pag. 333.

Cæterum Rhenaugiam non vi coactam ad partes Helvetiorum transisse, constat ex eo, quod Fœderati nunquam oppido nostro vel Monasterio pedem intulerint, quapropter Eberhardus, præhabito conventûs Rhenaugiensium consensu, sponte advocationem Septem cantonibus obtulit, Missâ Frauenfeldam honesta ac decenti legatione. Sanè ipsi Protectores nostri publicis literis anno 1351. die 23. Junij fassi sunt, eos liberè abs Abbate et conventu Rhenaugiensi in advocatos electos ac legatos fuisse. Præmissa enim diuturna deliberatione, cùm rem hanc, qualiter nempe Rhenaugia ad Septem cantones pervenerit, Legati ad referendum ut vocant, Principalibus Dominis suis domum sumpsissent, postmodum unanimi commissione obtenta hanc propositionem confirmavere: das ir, des gotshaus Rheinau, vorderen, us allerley bewöglichen ursachen, unsere Herren und eberen von den siben orthen Zürich, Lucern, Ury, Schweitz, Underwalden, Zug, und Glarus, uf frejem willen zu schutz und schirmherren über das gotshus Rynow erkiset und erwölt, by iren freyhaiten, gerechtikeiten, und alten harkomen zu handhaben, zu schutzen, und zu schirmen.

CCXXXIX. Factum id est ex privilegio antiquissimo, liberè eligendi advocatum, qualiter vero antiquis Septem cantonibus Berna demum hoc sæculo anno 1712. accesserit, suo loco videndum.

Caput XV.

Caput XV.

Advocatorum Helvetiorum
Acta protectoria
Per residuum Hujus Sæculi.

Sex biennium effluxerat, ex quo Rhenaugia protectionem Foederatorum expetierat, cum occasio se præbuit, eorum officia experiundi. Cives namq; oppidi cum pro communibus oneribus sustentandis ad tributa solvenda, quæ annuatim Summam 60. florenorum explebant, adigerentur, conquesti sunt, bona quædam, et inter hæc piscationes, ad Monasterio coemi, quæ cum à præstantissimis tignibus in unia censerentur, aliorum onera plus justo reddorentur graviosa: controversia cum ipsum Monasterium concerneret, delata ad Helvetiæ legatos Septem Cantonum Tigurі congregatos. Hi rem discussere, non tanquam judices, sed ut amicabiles compositores: do es nit rechtlich zugangen ist, geben wir innen in der güttlichkeit die underweisung, das uns beduncht, at q; in favorem Monasterij pronuntiatum sit, ad mentem R. P. Nicolai Rugger conventualis ibi præsentis, cui Eberhardus Abbas administrationem comiserat, bona nimirum feudalia seu Emphiteutica, quæ ob non solutos annuos canones ad manus Monasterij restituta fuissent, utiq; ab omnibus steuris deinceps libera fore, licet dum civium usui inservissent, ejusmodi immunitate non fuissent prædita. Eodem in loco Rhenaugienses aliud detulerunt postulatum: von der Brugg wegen da hätte das Gotshaus einen zoll und nem den doch nit. Rogabant itaq; ut cessio hujus juris tellonearij præsudoretur administratori, pro cujus emolumento promittunt, Pontem sartum tectum se conservaturos. Respondit administratos, petitum sibi planè improvisum esse, nec integram resolutionem. Decrevere igitur prætores, proximè comissarios extraordinarios Rhenaugiam esse mittendos, qui rem explorarent. Fatebantur utiq; Rhenaugienses, jus Thelonij penes Monasterium esse: ejus posse exercitium procul dubio interea impeditum fuerat à comitibus de Sultz, qui similе jus prætendebant contra notoria Monasterij privilegia. Litteræ hæ primæ Helvetiorum atq; postremæ datæ sunt am Freytag nach S. antonien tag, id est die 21. Januarij anno 1464. cum sigillo, nomine omnium consulis atq; Senatus Tigurini. CI. XXXIII.

Quid comissio Tigurina ratione Thelonij Rhenaugiæ peregerit, litteris mandatum non est, extaxa tamen, quam post biennium Zinstag post corporis christi Badenæ Septem Cantones Rhenaugiensibus præscripsere sunt, constat, civibus ad

in Monrio

à Monasterio ad tempus emolumentum Thelonij concessum

CL.XXXIV. fuisse cum obligatione pontis conservandi; in qua charta se-
-quentia leguntur: Hans Rüßli der Schultheß hat unserzellt,
das Ri an der Brugg ein merklich gütt verbuwen, und in
eren Rabend, und die hinfur täglich Buwen und in eren
Raben müssen. videtur itaque à destructione prioris pontis
facta anno 1444. plures annos intercessisse donec erigeretur
novus, Austriacis promissum differentibus, atque subtrahentium
turbis opus impedientibus, quocirca Rhenaugienses necessitate
compulsi pro fundo ex altera parte Rheni Rhenaugiam spec-
-tantes, ac quotidiana negotia peragenda, manus operi darent.
erectus porrò novus pons fuit non in priori loco ad em
Müllen weg vorsus rivum der Schalmen graben, sed trecentis
circiter passibus inferius, ubi modò visitur. Ex quadam igi-
-tur æquitate ad compensandas impensas, proventus Thelonij
à Monasterio civibus permissi sunt. Eadem Thelonij taxa confir-
H.IV. 4. -mata fuit anno 1486. quarundam litterarum argumento.
cetut reliqua, quæ ad hanc rem pertinent huius sæculi exe-
K.I.28. quamur, anno 1499. die 2. Augusti, cum cives ob defectum lig-
norum se nimium gravatos conservatione utriusque pontis
tam in Turgoviam, quam in Cleggoviam, vocati sunt Septem
cantonum legati Rhenaugiam in Monasterium, ubi compro-
-missò ex utraque parte, facto, casata quoque conventione coram
Gottardo Principe S. Gallensi anno incerto facta, arbitrium
ediderunt, ut pro reparatione pontis & cives supplices pe-
-tierint, Ligna necessaria gratis è Monasterij silvis permitten-
-tur: cæterùm unicus florenus quotannis solutus Monasterium
cum omnibus ad id pertinentibus et quomodolibet adhærenti-
-bus etiam mercimoniis perpetuò immune à præstando Thelonio
permaneat. Duo adsunt huius Caudi instrumenta, ecquod
etiam alterum civitati datum sequenti sæculo anno 1563.
Münzio restitutum fuerit una cum ponte et universo jure The-
-lonij. Legati Helvetiorum tunc anno 1498. præsentes alte-
K.I.29. -ram quoque controversiam ratione tributorum ex bonis
ad Monazium reversis solvendorum. Similiformè modo de-
-cidere unt, ubi mentio quoque fit domus Parochialis in Monte.
Ratione tributorum Similis causa agitari cœpit anno
K.I.18. 1486. cum enim Rhenaugia recens fuisset Helvetiis accen-
-sita, adiacentes Turgovij atque Kiburgii suis in partibus
eam adnumerare tentarunt, quò sua onera multiplicatis
contribuentibus leviora facerent. Verum S. Nicolaus ad
ministratos

-ministrator adüt Dominos Advocatos Kaperswilæ congregatos am Dinstag nach unser frowentag im Herbst / ut Tschudius quoq; meminit, to. II. pag. 628. atq; demonstravit / Rhenaugiam Dynastiam abutriusq; provinens pro-
-rsùs Separatam esse, atq; subdominio Abbatis et Monij / immediatam Septem veterum cantonum protectionem agnoscere. Supersunt lit-
-teræ iquibus Nobilitas Turgoviæ / die gerichts Herren / latetur / nihil Rhenaugiam cum ipsa quoad onera habere commune. verum necesse est / ùt ad Belli tumultus revertamur.

Non obstante pace inter Austriacos et Confœderatos pacta in quin-
-decim annos / Nobilitas partibus austriacis in vicinia favens mul-
-tis iniuriis Helvetios lacessere non desistebat. Præcipuè Mülhau-
-sium ex Alsatia / et Schaffhusium ex vicinia nostra impetebant-
-tur. Peregrinus de Hoderf quondam præfectus et consiliarius Sigismundi Ducis Joannem am Staad consulem Schaffhusianum capit ac Vilingæ captivum detinuit, donec pro libertate Mille et octingentos florenos promitteret. querebatur Hôderfius / quòd conradus et Joannes de Fulach arcem Laufen armata ma-
-nu occupassent / quos propterea Rotwilæ Judicio Imperiali au-
-lico proscribi fecit. † Facem restituere conati sunt Episcopi Constantienses et Basilienses / necnon Rudolfus Comes de Sulz / Sed frustrà / nam Sigismundo Duce negante / se conscio factam il-
-lam rapinam seu plagium / et impensas solvere renuente / Confœ-
-derati anno / 1467. subito exacerbati erumpunt / Schaffhusium valido præsidio munivit / Hegoviam et Sylvam Herciniam depopulaturos minantur.

† de qua se agens Stumpfius l. 5. pag. 79. ait. Albertum Ducem áo jnni. arcem Lauffen obsedisse / eloppidog; personnem è rupe præsidiarijs unoexcepto / tradidisse Hagenbuchio / qui à prædicti Fulachij arcem recuperantibus intersectus sit.

Inter alias rapinas et vexationes quidam Subsylvanus Caspar Koller non nullis Socijs adlectis Waldshutum usq; progressus quosdam captos unacum spoliis Rhenaugiam reduxit, atq; civium custodiæ commendavit. At hi paulo post clusis custodibus incolumes ad propria redeunt. Remita describit Tschudius: Do zogend / pag. 648.
etlich Knecht von underwalden nemlich caspar Koler / und ander bis Rinow hin abbis vilnach gen waldshut / und sie gengend etlich Knecht von waldshut / und furtend gen Rinow / und befalchtend die denen von Rinow zu bewaren: also kamen die selben gefangnen von Rinow hinwegg / do kamen die von Rinow von dero von un-
-derwalden wegen hernach in groſsen Kosten. Etenim Subsy-
-lvanij graviter indignati restitutionem captivorum unacum spoliis postulabant / ut constat ex pluribus recessibus conven-
-tuum Helvetiorum tam in archivio nostro / quam apud Tschudiū. K. I. 18.
cùm verò Subsylvanensium postulatum præstari non posset / volebant ùt

volebant ut tres vel quatuor Rhenaugiensium cives Subsylvaniam
sisterentur, qui pro quadringentis et octoginta florenis caverent.
Excusantibus se Rhenaugiensibus, et nescio quid iuris in ipsum
Casparum Koler, rei totius incentorem prætendentibus, reliqui
Cantones litem componere adlaborabant: et primo quidem salvum
conductum pro Rhenaugiensibus à Subsylvaniis postulârunt, donec
causa cõmuniter à Fœderatis exciteretur: deinde hôc durius de-
-negatô à parte Rhenaugiensibus patrocinari cœperunt, graviter
dehortantes Subsylvanios, ut à postulatis desisterent, Rhenau-
-gienses aliàs in suam tutelam ac defensionem suscipiendos.
Tschudius sequentem quæstionem à Legatis Fœderatorum Lucernæ
die 21. Jan. anno 1468. congregatorum, ad Principales Dominos
dominum referendam describit, quæ in archivio nostro desideratur:
Das der Eydgnoßem meinung sige, das die von underwalden
Ir en Landmann Casparn Koler ouch in das recht für die Eyd-
-gnoßen botten bringend, das er denen von Rinow gerecht werde:
ob aber die von underwalden das nit tun, und daran nit ein ge-
-nügen haben woltind, sunder das sie meintind, die von Rinow
Söltend sich in ir land stellen, und sie darum überziechen
wöltind, ob dann die Eydgnoßen die von Rinow nit, darvor
schirmen wöllen vor denen von underwalden, und die von
Rinow zu hand haben, und mann sie davon manc. quæstionem
in affirmativam partem à cantonibus decisam fuisse constat,
cum Subsylvanij à postulatis tandem desisterent, et Rhenaugien-
-ses à magno metu liberarent, quamvis periculum non ipsum Mo-
-nasterium Sedunense Subditos concerneret.

Inter hæc prohibente Papa ac Cæsare obbellum Turcicum p. con-
-stantinopoli anno 1453. deperdita fuerat, Helvetij primo impetu
+ obiit eo dem anno 1467. Sigis- mundus wittodurum Tigu- rinis, reservatis oppidi- juribus. Tschud. pag. 680. collibito, reversi quidem in patriam suam tunc sunt. + at anno se-
-quenti 1468. post festum S. Joannis Baptistæ Fœderati ex im-
-proviso Cleggoviam invadunt, quod connivente comite Hödorius
inde quædam damna intulerit: agens, inquit Tschudius, zugend
pag. 686. die von Schaffhusen sambt den Zußüzeren in das Cleggau, so
der grawen von Sultz was, us welcher Herrschaft der von Hön-
-dorf ouch Schaden geton, ungewert des gragen halb, nament
also Jungen das Stättli und das Cleggow inno. Ex altera parte
reliqui Helvetij in Suntgoviam et Nigram Sylvam erumpunt,
et obvia quæque vastant. Abbas S. Blasij cum quatuor conventua-
-libus in occursum progressus pactis tribus florenorum Millibus,
quorum medietatem præsenti pecunia solvit, ulteriorē depopu-
-lationem

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

-pulationem impediit. Deniqs unitis viribus waldishutum ci'n-
-gunt, tanta copia, ùt hactenùs nunquam tot Helvetij simul armati
conspecti fuerint. optimè tamen presidiò munita urbs erat, suùm
capitaneum agente Milite veterano noto nobis wernero de schinen,
und der Statt was houbtmann der alt hess wernher von schi'nen
Ritter. Hoc defensore oppidum per quinqs hebdomadas inexpug-
-nabile perstitit, donec die 27. Augusti cum Duce Sigismundo pax
conciliata fuit, in qua speciali articulo ìndemnitatis ac ìmunitati pag. 691.
Monasteriorum previsum.†

† copia antiqua huius codicis habetur in M. papyrac. N.° 182. pag. 102.

Sub initium huius belli quidam ex Nobilibus Rhenaugiensibus Haman
de Mandach, fortasse, quod ratione captivorum waldishutensium con-
-scientia male facti laboraret, Rhenaugia excesserat. Ad Confoederati
indigne ferentes, confecto bello in conventu Sigusi habito die S. Luciæ
eiusdem anni pub.a. hæc inter alia ad deliberandum sumpserunt,
Item Se hat sich H. Haman von Mandach, als der krieg angen wolt
von Rinow, der er sinen sitz hat, getan, und sich gen Zell in der Hess- K. f. 18.
-schaft von osterrich schloss gezogen, was man darum mit im reden,
oder ob mann im me da lassen wölle? Reperitus nihilominùs idem
Hamann de Mandach posthac Rhenaugiæ inquilinus. alius articulus
eiusdem recessùs apud Tschudium legitur, ex quo apparet oppidum
Thungen cum cleggovia aliquamdiu pignoris loco à schaffhusianis pag. 695.
retentum fuisse: item ob mann die Statt Tungen mit Sambt der
nutzung denen von Schaffhusen hinfür mer lassen, oder wir Eyd-
-genossen die zu unseren handen nemen wellend an unseren cos-
-ten, diweil doch denen von Schaffhusen um iz forderung gnug
beschicht. Certè intra hoc tempus ad festum nempe S. Martini CLXXXV.
Schaffhusiani auctoritate sua confirmaverunt emptionem à
Monasterio nostro factam tertiæ partis Jurisdictionis in Jestetten.

Ratione huius Basæ Jurisdictionis in Jestetten anno 1487.
gravis controversia exorta est intra alvicum, et Rudolphum co-
-mitem de Sultz, quorum alta jurisdictio propria, et georgium
ac Joannem wilhelmum Nobiles de Junteler, qui tam nomine
Suo, quam reliquorum Jurisdictionum Basam ibi exercentium
egerunt. quidam alricus Gägging obdelictum perduellionis, cum
se in arce Jestetten prædictis Nobilibus proprium abdidisset,
requisitus fuerat nomine Sigismundi Ducis per Joannem de
Hoidorf à comitibus de Sultz. At cum verbis nihil proficerent,
prætendentibus Juntelerijs exanti quissimo jure et immemorial-
consuetudine penes Dominos jurisdictionis Basæ jus disquisi-
-tionis

-tionis esse, a nullo Judicio tradendus esset, reus, maximè cum ille
delictum negaret, ad arma veniendum rati ulricum vi ex arce
Jestetten abstrahere molìebantur. † Intercessère Septem cantones
à Suntelerijs implorati, atq; primùm Tigurj, deinde Badenæ mon-
-tag post Michaelis præsentibus utrisq; partibus atq; acriter rem
urgentibus, sequentem sententiam pronuntiarunt: Zu recht er-
kent und gesprochen, das ulrich Gägging am ersten für die
Kleinen gericht zu Jestetten gestellt, quatenus interea schaff-
-Rusiànis in Sequestrum datus, und daselbst pfilnd werden solle,
ober den Hochen gerichten zu rechtfertigen zugehöre oder nit.
Hæc sententiâ sequentj anno 1375. in favorem Monasterij à Su-
deratis vidimata fuit, ùt testes sunt Litteræ cum Sigillis.

† credibile est, hanc arcem Suisse illam, quæ in colle, ubi modo sacellum Laureta- -num visitur, sub nomine Ulel- -burg seu Ulenburg Retij; nam reliquæ arces recentiores sunt.

" Sæculo M. f. 15. et 18.

Rem hanc Stumpfius cum quibusdam alijs circumstantijs describit, L. v. cap. 32. pag. 116. cujus verba ad metier: Darnach anno Christi 1488. j. certum ester Litteris primis originalibus n. 13. ponendum esse annum priorem 1487.) als Herzog Sigismunden von osterrich etwas untreuw von etlichen seines adels und dieneren, die im mit pradict das Ytschland understunden ze verkaufen, begegnet, welche deshalb Landsflüchtig wurdend, do ward derselbigen einer, genend der Gägging im Cleggow auf dem schloss Jestetten im grafschwicken von sulz hochen Herrlichkeit gelegen, enthalten, durch einen edelmann darauf sesshafft, Ries der Sunteler, welches der graf belägeret, im kurtzt den Gäggingen zesachen. dieweil aber ob- -gemelter Suntelerin frowen von Lucern, und deshalb zu den Lucernern zu flucht hat, woltend dieselbigen iren fründ nit lassen zu grund gon, understundend sich wider den grafen uf- -zelainen. aber der unrad ward durch die von Zürch hingelegt. Jutrigo adjunctis etiam cæteris cantonibus, auf das bemelter graf Alwic bey der Statt Zürch mit der Landschaft Cleggow, das ist der grafschaft Tüngen und Balm, für sich und seine nach- -komen ein Burgerecht aufnam, darmit er mit solcher Landschaft Rin für desto mer fridens hette? Et hoc quidem municipium pactum fuisse anno 1488. libenter credo. cæteram de sententia à cantonibus lata nihil scivit Stumpfius. constat autem ex his, Jestetten simul cum alten burg in protectionem Septem Cantonum unacum Monrio susceptam fuisse, idq; à vicinis agnitum.

Anno 1491. cum eis inter cives Rhenaugienses et Abbatem Conradum aborta esset ratione juris Spolij, idem Abbas coram Foederatorum deputatis sponte declaravit, se in posterùm à Muliere decedente sine filia innupta receptorum vel lectum K. 1.25. vel vestimenta jactione sibi reservata.

cum eadem

cum eadem controversia recrudesceret anno 1499. ob quandam filiam Rhenaugiensem in nubi Non nuptam, sed non dotatam; decisum fuit a Foederatis Jure, die 21. Jan. deberi Spolium utrumq; tam lecti, quam vestimentorum, eoquod filia extra Rhenaugiam locata fuerit. K. I. 27.

Anno 1499. cùm Abbas Rhenaugiâ olim atq; vellet Judæos: cives contra ipsorum dubio propter debita, quibus ijs tenebantur, eos retinere cuperent, decisum est Badenæ juxta mentem Abbatis. K. I. 26.

Eodem anno cum Episcopus Constantiensis subsidium charitativum à clero et Monasteriis petexposcerat, Foederati nonnisi subgravibus conditionibus in Helvetia id permiserunt. quæ de re famosæ illæ Litteræ, vulgo der pfaffenbrief dictæ, fuerunt compositæ, quas in archivio videre est. C. III. 17.

Anno 1499. recrudescente Bello inter Austriacos et Foederatos, abhis præsidium Rhenaugiæ impositum fuit, prærequisito tamen Abbate die 4. Aprilis, ut illud admittere ac tollerare velit his periculosis temporibus, donec melius fiat, ut scribit Rmus Abbas Bernardus Stumpfius loco supràcitato quædam hoc bello in eleggovia gesta recenset, quæ tamen à nobis pro sequenti sæculo reservata sunt.

Caput XVI.

122.

Caput XVI.

Feuda hoc Seculo collata.

Revertimur ad librum illum feudalem membraneum, qui Seculo præcedenti ab anno 1230. conscribi capit, ex quo feuda tunc collata, et usq; ad paginam 18tam notata, supra dedimus. Distinctiùs hoc Seculo proceditur, ubi singulis abbatibus propriæ feudorum collationes adscribuntur: aliqua tamen emissa fuisse, ex litteris reversalibus, quæ in nostro archivio extant, constabit. Sic de anno 1413. adsunt litteræ Familiæ hodiedum nobis notæ: von Claus Ledergerw, und Hans Sin Sun, wegen dem halben Hof zu Glattfelden, so sie von abt Hug zu lehen empfangen. Sigillum Burchardi Mayer de Testetten. Negs tamen omnia feuda ex præsenti libro exscribere vacat, sed situ in superioribus observato præcipua tantum et Nobilium personarum, quarum obligatio inter alia fuit, prout ipsi latentur in quibusdam litteris nostris, ut singuli saltem cum uno servo et duobus equis abbati, quando poposcerit, præsto essent. Sed iam ad feuda ab Hugone Abbate collata, quæ inscribi capta sunt anno 1413. Titulus sic habet.

Z. l. ii.

K. l. 149.

Dis sint die Mannlehen des gotzhus von Rinow, die empfangen sint von Abt Hugen abt von Almishoven anno MCCCC. nono. usqs undecimo anno, Michaelis et ultra.

Truchsess. Item herr Heinrich und Molli die Truchsessen hant empfangen die vogtig ze Trutticon. Item Molli den Hof zu gross Andelfingen. pag. 18. et 67.

Landenberg. Brik von Landenberg von der hochen Landenberg das vär, und den hof zu klein andelfingen.

Hödorff. Hans von Hödorff den pflantzer und den hindorhof ze Rinow, et pomarium zu altenburg. pag. 18. et 69.

Testetten. Heinrich von Testetten, gesessen zu ow, Bonum in Riedlingen, et Langenlolo. Idem alia feuda suscepit anno 1414. pag. 19.

Trullereus. Haman Trullereus ze arow decimas in Benken.

Mullinen. Herr Haman von Mullinen sesshaft zu Brugg, das Ritterlehen inder ow. Item anno XXV. hat Sin Sun alle lechen empfangen. pag. 17.

Schnezer. Hans schnezer duas partes Decimarum in wisswil. adsunt litteræ reversales c. l. 18. de anno 1411. quæ ostendunt, idem feudum obtinuisse eius filium, Der fest Hainrich schnezer.

Äscher. Hans äscher von Zürch decimas in Riederen, et Bonum in Mach. pag. 17.

Hubscher. Peter Hübscher plura bona in wilchlingen.

Götz Schulthais

Götz Schultheis von Schaffhusen Sylvam Rüblis Büchel vineam prope andolfingen et prata im wangental. pag. 18. — Schulthais.

Götz am Rad advocatiam in ober Martelen. — am Stad.

Conrad von Tulach advocatiam in Buchberg, Rüdlingen et Elli Kon. — Tulach.

Hainrich Tribold advocatiam in Benckon, et decimas in wilgenspuch. — Tribold.

Herr götz von Hünenberg bonum in osterfingen. pag. 19. — Hünenberg.

Conrad Schwager f. frater Abbatis nostri Eberhardi. f decimas in erlingen et niderschlat. — Schwager.

Friedrich von Endingen einen hof und Zehenden Zu Berwangen. — Endingen.

Have et alia quaedam Hugo Abbas contulit, donec a' comitibus de Sultz acrius exagitaretur.

Joannes Kumbar Abbas etiam non nulla feuda distribuit, quae tamen huic libro inserta non sunt; Sic anno 1435. am Sambstag nach S. Gertruden tag, Joanni Friderich de waldshut dedit bonum in Erzingen et Harthausen, prout ostendunt litterae reversales — Friderich o. l. 17.

De Nicolao de Sultz administratore Rhenaugiensi pariter nihil speciale in isto libro memoratur, contulisse tamen quaedam feuda testes sunt litterae reversales de anno 1470. quibus cius cognatus Beringerus de Hochen landenberg fatetur se accepisse Klein andelfingen und die Brugg daselbs von dem Erwürdigen herren, herren Niclausen von Sultz Statthalter und verweser der Abby Zu Rinow, auch Fürmunder der Landgrafschaft in Cleggow. V. III. 2. — Hochenlandenberg.

Sub abbate Eberhardo licet tempore iniquo sequentia data sunt feuda; quae a' pagina 20. recensentur.

Heinrich von Sultz, alias halbgraf, hät empfangen handen Friedrichs von waldzhut lehen ao 49. haec sunt formalia libri: litterae tamen feudales in originali adsunt, quae datum anni praecedentis praeferunt am donstag nach S. Martinstag 1448. in quibus vocatur, der Fest hainrich von Sultz unsers gnädigen Herren von Österrich Kuchymeister. o. l. 20. anno 1468. idem feudum vendidit Joanni de waldkirch. o. l. 23. anno 1468. jam mortuus erat. o. l. 26. — Sultz.

Hans Lib von Schaffhusen census uberes in griesheim anno 49. hoc feudum iam habuerat pater eius Joannes, et ante eum Nobiles im Turn, recurrit iterum pag. 29. anno 1467. iterum hoc feudum recepit, prout testantur litterae o. l. 25. in quibus vocatus der Erwurdig Licentiat der Rechten und advocat des Bischöflichen hofs Zu constantz, Sun des Hans Lib. — Lib.

Jacob von der Hochen landenberg, das Var und hof Zu andelfingen. — Hochenlandenberg.

Singen. anno 80.

Anno j1153. Eberhardus abbas, licet in hoc libro omissum fuerit, duas partes Decimarum in Dettickhoven, quo a anno j1358. in

waldsperg. feudum à Monasterio habuit familia de waldsperg ad instantiam udalrici de waldsperg contulit Jacobo Hoppler nomine

winterthur. Hospitalis in winterthur. die 18. Maij P. I. 9. cæterum anno j1178.

Hoppler. Möller. Sub abbate Nicolao agente Alberto Möller Monasterij præfecto per commutationem redierunt ad Monasterium unacum quibusdam censibus ibidem in Tettrickhoven, locò quorum Hospitali cessa-

fuerunt quædam prædia in oberweiler, Tegernau, Humlikon, Henkart, et Flach. P. I. 16.

Trullereus. Ulricus Trullerej den halben Zehenden zu Benckon. in libro post multa alia f. 22.

Pro coronide additur fundorum et pascuorum inspectio, quam

Rheinaw. civitas Rhenaugiensis locò feudi ab Eberhardo Abbate recepit: die von Rinow hand die gemein Marck Zuo lehen von einem herren und abbt von Rinow, empfangen allweg ein Schult Rais und die Rätt, so dick ein nüwer herr wird, ist empfangen von abt Eberharden anno MCCCC. LVII. Jar. hoc porro in spacio vacuo superiùs notatum pagina Septima.

Sub Successore eius Nicolao Rugger Abbate nulla in præsenti codice reperiuntur feuda notata, jam sæpiùs superiùs tamen notavimus

waldKirch. anno j1468. abeo collatum fuisse Joanni de waldKirch, quod habuit Heinricus de Sultz. C. I. 23. et anno j1467. Joanni Lib Licentiato. C. I. 25. adsunt et aliæ litteræ de anno j1477. quibus idem abbas memoratum bonum in Ehringen contulit Conrado de waldKirch filio Joannis, qui vocatur Burgermeister zu Schaufhausen. C.

Abbas Laurentius à Rischach ad finem anni j1478. feuda renovaturus, eadem huic libro à pagina 211. inscribi curavit fecit Sub hoc titulo:

Dis sint die lehen, so ain Gotteshus Rinow haut I. XXVIII.

Tengen. Imprimis præmittuntur feuda, quæ Illustres Comites de Tengen haut multis abhinc annis possederunt, procul dubiò ex intentione eadem resuscitandi à Nobilibus de grädlen, quibus Tegurini nobile feudum vendiderant. Sic ita ags legitur:

Item Nobilis Dominus Joannes de Tengen Miles habuit curiam in Eglisaw nomine advocatiæ, et advocatiam in glatfelden, et in Zweintal. Item Domicellus Joannes de Tengen habuit advocatiam in Höri, et in Seglingen, Item Dominus Rudolfus de Tengen de

waßerstelz. waßerstelzen habuit decimam in Regen superiori. Item Joannes

wartenfels. nobilis de Tengen, qui dicitur de wartenfels habuit bonum in Eichsihaim, quæ forte dicitur Hofstett.

qua ratione

Qua ratione hæc feuda amissa fuerint post annum 1455. supra cap. XIII. memoratum est. † Extant quædam antiquiores chartæ in archivio nostro de nobilibus de Tengen, ex quibus erui potest, quàm subitò titulis ac possessionibus excreverint, non minori celeritate deficientes. In litteris de anno 1363. quibus vendunt decimas in Reggen, quas feudales habebant, vocantur die Edlen Hans, Rudolff und Juncker Fridrich gebrüder von Tengen. O.V. 5. In aliis de eadem re ad annum 1411. quidam seipsum vocat: Ich Hans von Tengen Fryherre zu Eglisow. O.V. 11. circa idem tempus quidam Præpositus Joannes de Tengen fuit in Embrach eiusdem Monrii Canonicorum magnus benefactor, cuius sigillum ex litteris dedimus superiori parte. Denique anno 1425. iàm plenò titulo comparet: wir graf Hans von Tengen, graf zu Nellenburg, Landgraf im Högow, und in Madach, und herr zu Eglisow. O.V. 12. # Hodie comitatum de Tengen possident Principes de aursperg, Nellenburgum Domus austriaca, Eglisau Tigurum. Clarissimus Hergottus geneal. Diplom. tom. I. pag. 270. affert inscriptionem cuiusdam tumuli in Ecclesia Wettingensi in hunc modum: anno Domini MCCCLXXXI. obiit Joannes Miles Nobilis de Tengen cognomento wartenfels. procul dubio ille fuit, cuius litteras supra attulimus de anno 1363.

Post ista de Nobilibus de Tengen in libro nostro Feudali prænotata, iàm sequuntur Feuda, quæ actu collata sunt ab anno 1478. à Laurentio abbate de Rischach, ubi non ampliùs dicitur habuit, sed haut ze lehen empfangen. cum vero eius regimen paucis annis absolutum fuerit, eius successor Joannes conradus de griessen singulis propè feudis adscripsit data, quando et ipse hæc eadem elargitus est, addens porrò et ipsius sola, quæ simul inter se diversa ad numerum circiter ducentorum excurrunt à pagina nimirum 24. usque ad paginam 81. quò ad annum 1498. Feuda Abbatis Henrici de Mandach incipiunt. Nos aliqua adscribimus.

Rudolfus de Fulach antea Conradus, Advocatiam in Riedlingen, Buchberg, et Elikon. et additur: haut vor ziten gehebt der Edel herr herr Hans von Tengen. — Fulach.

Jacob von Hochen Landenberg zu begi. Item Sigismund eius frater, et filii: Item wolf, et Burchard de Lungingen. Item Berchtolt et Lienhart de Stein, advocatiam in Truttickon et Kleinandelfingen, prout habuerunt Truchsesii in Diessenhoven. Item ein hoff: posteriori manu additur: Item das vas uber die Tur ist von dem Landenberg kommen an die Stat Zürch: quæ hodiedum feudum hoc agnoscit. — Hochenlandenb. Lungingen. Stain. Zürch.

Götz et conrad am Stad, advocatiam in obermartelen, et decimas in Truttikon. Item Egli am Stad Bonum in Jestetten et Baltersweil. — am Stad.

ulrich Trullerey

+ anno 1457. hoc feudum adhuc integrum stetisse videtur, cum abbas Eberhardus prædiū in Seglingen Henrico Signi elocavit, cum onere præstandi Mario 12. modios siliginis, et Domino de Tengen titulo advocatiæ, quæ ab antiquo præstanda erant. Z. 1. 13.

Posterioribus annis diminutus fuit titulus. sic in litteris de a. 1478. quibus nexum feudalem remittit auf den hoff Atheim, quem nobilis de winckelhaim Hospitali Schaffhusiano sine consensu vendiderat, se nominat: wir Joannes von Tengen, grawe zu Nellenburg etc. N. 1. 20. sic in litteris feudalibus für den Locher hoff de anno 1488. alius se nominat. wir Jacob grawe zu Tengen. N. 1. 25. cæterum Nobiles de Tengen ad annum 1330. dictos fuisse de wartenfels scimus ex lib. Feud. pag. 6.

Trullerey — Ulrich Trullerey Burgermeister von Schaffhausen, advocatiam in Bencken, quam habuit Hans Tribold. litteræ adsunt. W. IV. 12.

Tribold. # Conrad Hegentzer von Schaffhausen einen Zehenten zu nider Schlat. Mörlan. — Wilhelm von Mörlan, advocatiam zu oberschlat, ahags Bona, pag. 27.

im Thurn. — Rüdger im Turn, ainen hoff und zwei theil Zehenten zu Berwangen, et Bonum in osterfingen, pag. 28. et 29. Decimas in Berwangen postea vendidit Monasterio 1492.

Tulach. S. agnes. — Wilhelm von Tulach nomine Magistræ et conventûs S. agnetis Schaffhusij, zweij theil Zehenten zu wiswil, litteræ antiquiores adsunt de anno 1430. C. 1. 21.

Buman. — Heinrich Buman Statschreiber zu Schaffhusen Bonum in Truttikon, quod postea ad Nobiles de Mandach devenit. pag. 30.

wald Kirch — Hans et conrad ejus filius de wald Kirch Bonum in Erzingen, pag. 25. litteræ adsunt C. 1. 29. quibus dicitur hoc feudum derivari ab Henrico de Sultz: fuisse collatum Joanni de wald Kirch quondam Burgermeister Schaffhusij à S. Nicolao administratore, deinde abeodem jam Abbate ejus filio Conrado anno 1477. tandem ab Abbate Laurentio anno 1479. ut hoc loco notatur, et in alijs litteris C. 1. 30.

Spital. — Hospitali Schaffhusij Bonum in Ebringen.

Roder. — Joanni Roder anno 1480. collatum est molendinum inter Rheinheim et Recken, pag. 36.

Aller Heiligen. — conventus OO. S. Schaffhusij, Bonum in osterfingen, pag. 46.

Roßberg. — Werner von Roßberg, Bonum, ibidem.

Betmaringen — Fridrich von Betmaringen, ibidem.

Cron. — Adam von Cron des Raths zu Schaffhusen. ibidem.

constantz. — Die Chorherren zu Constentz ein gut zu Flach, so vor Zeiten gehebt otto von Calm pag. 52.

Calm. — Deinceps à pag. 52. alia feuda in hoc libro ad certos titulos locorum rediguntur, aliqua tamen subnectimus.

Mandach. Gachnang. Golden berg. — Heinrich und Haman von Mandach, haut jetz empfangen Baltasar von gachnang zu golden berg, Bonum zu Dorf. a. 1480. pag. 54.

S. Catharinathal. — Die Frowen zu dem oberen closter ein gut zu Tetwil. manu posteriori in margine adscriptum: Hans Scharf genant der Schmid Hofmeister des gotts Hus Dießenhoven hat dis lehen empfangen. a. 1522.

Hopplers. — Andres Hopplers, Bonum in Jestetten.

Peter von

Peter von wellenberg. ibidem. wellenberg.

Hans von Randegk Ritter, bonum in Trutticken cum Randegk.
Advocatia anno 1479. hernach Caspar sin sun anno 1480.
pag. 59. hernach sin bruder Baltasar anno 1484. pag. 67.

Hans von winkelhaim hat vor zyten gehebt bonum in winckelhaim.
Trutticken, jetzt hans Mor. ist halb eines abbts von Rinow, Mor.
und halb eines convents. pag. 67.

die Frowen im Paradis, ein hof zu Trutticken, den gehebt Paradis.
wilhelm von Fulach, cum Payer und Hans von winckelhaim. Payer.
pag. 68.

Burchard Steiger empfangt anno 1479. einen acker zu Steiger.
Rinow in der ow, stost an des custos bomgarten, und ist darauf
vor zyten durch herren Niclausen von Sulz Statthalter des
closters Rinow ein pfand schilling geschlagen fur LXXX. gulden.
pag. 68.

clewi Ring. K. einen zehenten zu Trutticken. Ring. K.

à pag. 68. sub titulo Rinow plurima enumerantur Feuda,
inter alia sit mentio veteris et novi pontis: ein infang lyt by
der nuwen bruck; item ein wingarten und acker by der alten
Bruck. manu recentiori additur: Ist zu ackeren worden,
ist Manlehen, haben vindi Mullers sön zu lehen. item pag. 71.
ein bomgarten an Eglishalden by der alten bruck.

Jos von goldenberg ein wingarten zu Rothlouben. pag. 69. goldenberg.

die schutzen bruderschaft zu Schaffhusen einen wingarten Schaffhausen.
und trotten zu altenburg. pag. 72.

Hamann von Mandach ain huss zu Rinow, das haut jetzt Mandach.
Heinrich von Mandach sin sun. pag. 73. cuius avus item Hen-
ricus.

Hans von Fulach ain huss Frostnegk: jetzt Hans schwent Fulach. schwend.
von zürch manu posteriori 1498.

Jos von Balk oder Mörlan huss haut jetzt conrad gsäßer. Balk.
pag. 73. Mörlan.

Adduntur denique die Ritterlehen zu Rinow, fermè prout
praecedenti Seculo ex pag. 8. notatum fuerat, ita tamen ut ex
duodecim solum numerentur octo.

Hactenus Feuda Abbatis Laurentij, quibus secunda manu
plerumque addita fuit collatio facta ab Abbate Joanne conrado.
Deinceps veniunt alia à pagina 74. quatenus collata fue-
runt.

Sub Abbate Jo:

128.

Sæc. XV. Cap. 16.

Sub Abbate Joanne Conrado.

Reichenbach. Heinrich Reichenbach von Kempten zwey theil der vogtey im Flachthal anno 1491.

Landenberg. Beringer von Landenberg den hof zu Klein Andelfingen. anno 1490.

Hegner. Gebhard Hegner von winterthur bonum in Flach, quod Pater eius

Gachnang. à Nobilibus de gachnang emerat. anno 1494. pag. 76. Eadem Familia hodiedum id feudum agnoscit.

Giel von Gielsperg. Grotburg. Rudolf giel von gielsperg genant von grotburg den dritten theil der vogtey im Flachthal. anno 1493. pag. 77.

Albrecht Ruodi Albrech von Trullikon ein wis. ibidem pag. 78.

Hans Fliger alt schulthas haut das Ritterlehen und huss uf dem Rain, sin lehentrager ist Jerg Künteler. anno 1498. pag. 80.

Künteler

Mandach. Sebastian von Mandach haut das Ritterhuss zwischen Frostneck und Fipershuss, das sin Vatter ingehebt. ergo filius Henrici, nepos Hamani, pronepos Heinrici. anno 1468. pag. 81. Recentior manus addidit: ist an das Gotshus erkauft 1612.

Alia plurima omittimus: nec tamen omnia huic libro inserta fuisse constat ex litteris P. I. 12. quibus Rudolf Escher von Zurich empfangt den zehenten zu Riederen anno 1488. den Hans Escher eltherr zu Zurich zu lehen gehabt. Has Decimas idem Rudolfus factus Præfectus Kiburgi anno 1493. abbati Joanni conrado vendidit pro 111. florenis P. I. 13. Reliqua feuda Ruius libri sequenti Sæculo sequentur.

Escher.

Appendix de Urbariis.

Urbaria affinitatem quandam habent cum libris feudorum. i quemadmodum enim ex fundo feudali servitium personale, ita ex censuali reale præstatur. Extant passim in archivio nostro urbaria æquè antiqua, et quidem Ruius Sæculi circiter octo tam membranacea quàm papyracea, quæ modo non vacat excutere. Supersunt autem duo antiquissima iam sub initium præcedentis Sæculi exarata, quæ saltem hoc loco adnotare operæ pretium duxi. unum est pergamenum in folio Scriptum anno 1337. alterum chartaceum quidem in quarto, sed meo quidem judicio, ut character et stilus ostendunt, adhuc antiquius, et forte illud, ad quod Se pergamenum refert pag. 8. his verbis: wie der rodel oder das urber wist. Item Pranaceum his verbis incipit: Assit in principio Sancta Maria mecum. Scriptum anno XXXI. prima dies Marcij, quod vero annus 1331. intelligendus ~~est~~ sit, indicat renovatio recentiori manu eidem libro sub initium Sæculi XV. inscripta pagine 2. 28. et 29. ubi disperte annus C. 8 XXXII. exprimitur id est 1432. ergo originali huic renovationi centum annis antiquius est. deinde pag. 211. aversa, manu secunda, hæc adduntur: Item es ist zu wissen, das der hof ze osterfingen gelichen ist mit dem geding, das si die nächsten

VIII. jar

VIII. Jar Jarlich geben sont VI. mo. ti. VI. mo. ave. datum die Georgij
ao dñi MCCC. LVI. Neceße est ergò reliqua priùs Scripta fuiße.
Denigs nonnulla loca in hoc urbario continentur, quæ eòdem sæc. XIV.
alienata fuerunt; proinde recentius esse non potest. Herago loca
huius urbarij Subijcimus.

Locus.	pag.	Locus.	pag.
Obermartel	1	in Riederen	31.
Nider martel	2.	Bül	33.
Kryenried	3.	altlüren	33.
Rod	3.	Walterswei l.	33.
Orlingen	9.	Cappel	34.
Andelfingen	10.	Jetti Khoven	34.
Ellicon	11.	Husen	34.
Benckon	13.	osterwingen	34.
Manhusen	18.	Gahlingen	36.
Mörla	18.	Beringen	36.
wilgis buch	16.	wiechs	36.
Schlatt	16.	Uttenhoven	36.
Rutlikon	17.	Buchberg	36.
Sachen husen	17.	Rüdlingen	39.
Jrutti Kon	18.	Walddorf	41.
Flauch	21.	altenburg	42.
Holti Kon	21.	Jestetten	44.
wiler	22.	wastalingen	45.
Oberwil	22.	Buchs	45.
Jegerlow	22.	Hundwangen	45.
Henckart	22.	oberhasla	46.
Jnwiden	23.	Metmanhasla	46.
Buch	23.	Winkel. Höri.	46.
Bettingen	23.	Zweintal	47.
Buckenried	23.	Glatfelden	47.
Dillendorf	24.	Rinhan.	47.
Erzingen	28.	Baldingen	47.
Jrasadingen	27.	Seglingen	48.
Bechberg	29.	Wulgenbach	48.
wizwil	30.	Löffingen	48.
griesham	31.	Tuttishusen	48.

Forro loca alienata inter alia Sunt: Löffingen, Baldingen,
Beringen, oberwiler, Jegerlo, Holticon, quod alibi vocatur Humli-
Kon p. ad locum Baldingen adscribitur annus 88o. procul dubio
1088.

Urbarium alterum papyraceum multò antiquius latinis ter-
minis plerumq; conceptum, nulla unquam puncta super litteram
i habet,

i habet, quartamen in priori aliquando sed raziliis reperiuntur, aliqua ex eo loca memoratu digniora subjicio:

Locus.	pag.	Locus.	pag.
Rechberg — " — " — " — " —	5.	Sachsenhusen — " — "	42.
gravenhusen — " — " — " —	7.	Andelfingen. — " — "	53.
Tillendorf — " — " — " — "	7.	oberwile. — " — " —	57.
Ruttihusin. — " — " — " — "	7.	Henckart. — " — " —	57.
Gachlingen. — " — " — " —	11.	Jegerlo. — " — " —	60.
Bingen. — " — " — " — " —	11.	Rinhaim. — " — " —	61.
wiechs. — " — " — " — " —	11.	Bangstetten. — " —	61.
wastarshingen. — " — " —	22.	Lauchringen. — " —	62.
Rinow. — " — " — " — " —	30.	Kusach etc. — " —	62.
Hundwangen. — " — " — " —	32.		
Buchsen. — " — " — " — " —	39.		
Baldingen. — " — " — " —	311.		
Martella Superior et — " —	62.		
Inferior Martella. — " — " —	4.		

Facile patet, nec in hoc nec in altero urbario omnia et singula loca contineri; praterquam quòd hoc vetustius etiam mancum sit, aliquot foliis deficientibus. Ad Lauchringen sequentia addnntur: claus Friburger de Jüngen de agro uno in Lauchringen etc. eodem folio 62. Bonum in Halkam etc. qui census controversiam plus quam centenariam excitavit contra Principale Monrium S. Blasij, ante triennium tandem feliciter in favorem nostrum decisam per Laudum Franob. et Eruditissimi Dni de Koller archi praefecti in Thuengen.

Dum ista urbaria in suo loco ad archivium deposto, Invenio aliud eiusdem aetatis de anno nimirum 1358. quod compactum est alteri de anno 1400. Incipit illud prius et antiquius a folio primo et implet nonaginta facies satis nitide pro illa aetate scriptas in formis papyraceis medianis seu minoris folij. Initium sic habet: C'rzingen anno Mccc LVIII. Idem character perdurat, nisi cum secunda manus quaedam adiecit: quodum pagina 9. adscripserit annum XXIII. facile in errorem induxit eum, qui in fronte notavit, a illa pagina nona inchoare urbarium de anno 1323. verum haec manus utpote recentior est de anno 1423. quae pauca adiecit illis, quae cuncta similibus litteris exarata sunt anno 1358. praeterquam quod praeposterum sit credere, posteriores eorundem foliorum partes scriptas fuisse triginta quinque annis antequam meridietates anteriores inscribantur. Nolo praeterire tam praeclarum antiquitatis monumentum, quin syllabum locorum pariter adiungam.

Locus.	pag.	Locus.	pag.
Erzingen	1.	Cappelle.	48.
Rechberg.	9.	Husen.	49.
Wißewil.	10.	Martella Superior.	49.
ostravingen.	18.	Martella inferior.	58.
Grießehain.	18.	Rod.	61.
Bül.	21.	Örlingen.	61.
Riedin.	21.	Sachsenhusen.	63.
Tutyshusen.	21.	Beneken.	64.
Buggenriet.	22.	Manhusen.	71.
Büchberg.	23.	Wilgenspüch.	72.
Balterswile.	26.	Schlat.	72.
Ruedlingen.	28.	Fruetiçon.	78.
Balb.	33.	Früttiçon.	81.
altenburg.	36.	Andelvingen.	82.
Rinowa.	39.	Atlikon.	85.
walstetkingen.	42.	Oberwiler.	86.
Hünewangen.	43.	Jegerlo.	86.
Bucks	44.	Hengkart.	86.
Metmenhasla.	44.	Flach.	87.
Höri.	45.	Rinkam.	88.
Zwaindal.	48.	Loucheringen.	90.
Glatfelden.	46.	Inter alios Heini von ach von Jüngen etc.	
Seglingen.	47.		
Bulach.	48.		

In urbario annexo de ao 1400. pag. 92. Baldingen. Rinhain. Löchringen. Dangstetten. Küßach, ubi item bonum in Hailghain. Küßenberg etc.

Caput. XVII.

Caput XVII.

De Hominibus Ligiis.

De his agere cœpimus præcedenti Sæculo: hîc continuanda est materia. Legi nuper in Epitome Historiæ Monasterij S. Blasij scripta à R. P. Stanislao Wälberg ad annum 1140. Welphonem Ducem Spoleti in præsentia Friderici Suevorum Ducis donasse tria mancipia, quibus addit clarissimus auctor: Tanti nimirum illo ævo veniebant mancipia, ut magni Principes in publicis tabulis in remedium tum suæ tum omnium Parentum animarum ex illis solennes facerent traditiones? Huiusmodi exempla superiori Sæculo vidimus: nunc commutationes duntaxat annotabimus, illos solum ad hæc adhibemus, inter quos facta sunt, cum prochronotaxi historiæ oppido conferant, quam tamen verbis literarum damus, ut ubi necessarium fuerit, ad dies mensium accommodari possit. Itaque anno

vel omissis nominibus hominum propriorum, illos

1108. an dem nächsten Freytag nach der ufart commutationem huiusmodi fecit Joannes Abbas S. Blasij cum Abbate Conrado Rhenaugiensi.

1108. Walpurgæ Priorissa de valle S. Catharinæ, cum eodem Abbate.

1108. den achtenden tag des dritten herbstmonats, id est Octembris die abbtey Zürich cum eodem Abbate. Sequentes commutationes factæ sunt.

CXXX.

Sub Hugone Abbate de Almishoven.

1113. mentag nach unser frowen tag ze herbst graf Rudolf von Saltz, und ursula geborn von Habspurg. aliam ijdem fecerunt hoc anno Lunæ post Mathæi.

1118. Der Degen, Decan, und das Kappitel von Zurzach, montag nach dem Palmtag.

1117. an S. Mathyas tag, die Abbtissin des closters Paradeis.

1118. Sambstag vor ulrich, Juncker Heinrich von Etzingen.

1122. Sambstag nach dem hailigen creütztag ze herbst, ulrich abbt Sanct Johansen im Thurtal.

1123. an S. Luciens tag, Joannes abbt von S. Blasi.

1123. an S. Michels abent, Hansulrich von Tettingen.

1124. Im Ingendem Jarstag, Joannes abbt von S. Blasi.

1124. mentag ante Jacobi, Hans Tribold von Schaffhusen.

1124. vigilia S. agathæ, Hans Heinrich, und Bick gebruder von almshoven von Imendingen, mit abbt Hugen irem bruder.

1126. Freytag nach der pfaffen fasnacht, ergeben sich einige freywillig dem gotshus Rinow, by dem landgericht, so gehalten worden uf der halden by Rinow, under graf Rudolf dem Jungen.

1126. Donstag nach S. agatha, anastasia Abbtissin in Frowenmünster.

1126. Donstag nach Bartholomæi, Götz am Rad von Schaffhusen.

1127. dinstag post Blasij. Joannes abbt von S. Blasi.

1129. Freytag post Mathiæ, wilhelm Nyhart Probst zu Ittingen.

1134.

1409. Samstag nach der 11000. Mägden tag, Hainrich von Ehringen der Eltere erlaßt umb gelt etlich Leibeigne, Sine addito nomine Abbatis.

Sub Abbate Joanne Kumbas.

1426. mentag nach unser Frowen tag, als Sie geboren ward, Heinrich von Ehringen mit dem herren herren Johansen von gottesgnaden apt des gotzhus zu Rinow.

1428. am nächsten guten tag vor S. Gallen tag, Joannes abbt aller Hailigen zu Schaffhusen.

1428. Zinstag vor dem Hailigen wineesten tag, die grafin ursula mit dem herren abbt und convent zu Rinow. Nomen Abbatis hic non exprimitur.

Sub administratore Nicolao de Sultz.

1429. den 29. Maij bruder Hainrich Dentz Probst gotshuses zu Berowe, mit dem wirdigen herren, herren Nielausen von Sultz, Statthalter und verweser der abbtye zu Rinowe. ides

1429. Dunstag vor S. Felix und Regula, Fridrich Probst zu Richenow, mit dem erwirdigen herren, herren von Sultz, Statthalteren und verweseren der abbtye zu Rinow, auch für maunder der landgrafschaft im Cleggow. N. Nielausen

1431. Freytag nach S. Nicomedis, ulrich von Rümlang zu guttenburg verzeicht sich in seinem und seines bruders namen des Rechts der leibeigen schaft einer frowen, so zu Rinow verheuratet.

Sub Eberhardo Abbate Schwager.

1452. Dunstag vor S. Peter und Paul, Hans Aulinger zu Eglisaw.

1470. Freytag nach S. gallen tag, graf Johans von Sultz.

1485. Zinstag nach S. Jacobs tag, frow Priorin des closters daß.

1492. Freytag nach mitten Mayen, Caspar abbt von S. gallen.

1495. Dunstag nach dem hailigen oster tag, graf Rudolf zu Sultz, mit dem wurdigen und gaistlichen herren Eberharden apt des gotzhuses zu Rinowe, unseren lieben herren und Freünd.

Charta hic annos ac subsequentes habentur in Cista G. W. archivii nostri, quibus numero 70. admiscetur ordo, quo regulatur taxa Sumendalocs mortuarij, des Falls und des laß, ex urbario descripto anno 1464.

Sub Nicolao Rugger administratore.

1464. Samstag nach S. Laurenzen tag, frow Priorin vos S. Catharinen thal, mit dem Ersamen gaistlichen herren Nicolausen Rüdger pfleger des gotzhus zu Rinow.

1464. mentag vor unser lieben frowen tag der verschidung, Hans von Randegg Ritter, vogt mines gnedigen herren von constentz, erlaßt eine frow die sich verheiratet mit hainr. grießer von Seul,

der dem

der dem erwürdigen und gaistlichen Herren abbt und gotzhus zu Rinow mit eigenschaft Rines libs zugehört. Nomen Abbatis non exprimitur.

1486. Mitwoch vor dem Suntag, als mann inder Kailigen Kirch singt Letare, Hainrich von Randegg Ritter, vogt deshuses zu Küsenberg, an Statt und im namen des hochwürdigen Fursten und herren, herren Burchartz Bischof zu costentz, mit dem erwurdigen gaistlichen bruder Niclausen Rugger Cellerer des erwirdigen gotzhus zu Rinow. Pronomen bruder hic rarum est, cum aliàs constet, Nicolaum fuisse Sacerdotem; quid de Bruder Heinrich præposito in Berow, quem supra ad annum 1439. vidimus, sentiendum Lectores viderint alij.

Sub eodem Nicolao jam Abbate.

1487. die 2. Junij, Hainrich Schmid der zit obervogt im Cleggow des Roch edlen wolgebornen Grauf Rudolfen von Sultz Landgraf im Cleggow, und ander Rinen gnaden Brüder, mit dem erwürdigen herren Niclausen von gottesgnaden apt zu Rinow meinem gnedigen herren.

1488. den achtenden tag des monats abrellen, Hainrich Schmid von Erzingen der zit obervoct im Cleggow, cum eodem etc.

1490. uf Fritag vor der alten vasnacht, Heinrich von Erzingen, Sesshaft zu waltzhut, tauschet adelhait Schmidin, die im und Rinen vorderen von eigenschaft wegen zugehört haut, mit dem erwürdigen herren H. Niclausen von gottesgnaden etc. An idem Henricus in istis tribus litteris?

1478. an S. Sebastians tag, Priorin und Convent zu S. Catharinen thal, mit abbt Niclausen ꝛc.

Sub Abbate Laurentio.

1480. Hans grobel des Rates zu Zürich, und diser zit vogt der Herrschaft Andelfingen, mit dem hochwirdigen Herren, herren Lorentz geboren von Rischach, appt des erwirdigen gotzhus zu Rinow. titulus Hochwürden hic primo comparet. uf möntag vor S. Joannistag.

Sub Abbate Joanne Conrado.

1484. Uf S. Georgen tag aubent, Johans von gottes verhengde abbt des gotzhus zu Crützlingen, mit dem erwurdigen gaistlichen herren herren Johans Conrad etc;

1485. uf mitwoch nach usgender osterwuchen, die wolgebornen grafen allwig und Rudolf von Sultz.

1488. an S. Sebastians aubent, Frow Priorin von S. Catharinenthal. Item alia commutatio eiusdem anno 1492. mentag nach S. Franciscustag.

1491. an S. agtha aubent, Gothart apt zu S. Gallen. Item anno 1495. et 1497. ubi Gothardus vocat Conradum Abbatem nostrum. den erwirdigen

digen geistlichen Herren Joann Conrad von Gottes gnaden abt des gotzhus Rinow unseren lieben Herren und Vetter.

Haec ad Historiam nostram conducibilia, aliis omissis, notanda duximus, quanti porro adhuc dum aestimaretur istud jus proprietatis, patet in anna gaßerin, quae cum anno 1404. sine consensu abbatis Hugonis Rhenaugiae wittodurum secessisset, per Judices arbitros, ut moris erat hoc avo, condemnata fuit, ut jus piscandi in Rheno, quod loco feudi possidebat, amitteret, et insuper 30. florenos Rhenanos in poenam solveret.

Caput XVIII.

1106.

Caput XVIII.

Abbates Sæculi VII. Christi XV.

XXXV.

Conradus IV. de Gisingen.

Superiori Sæculo vidimus Conradum de Iestetten Abbatem, vulgo Curesel, obijsse die nona Novembris anno 1101, cùm die
CXVIII. 7ª octobris adhuc recepisset donationem Molendini in Kren-
kingen, ubi vocatur Abbas et Princeps: quo titulo præsenti
Sæculo usi sunt eius Successores fermè omnes. C. l. 31. an. 1185.
Eodem igitur anno 1101, ad finem vergente, quamvis dies lateat, electus
fuit Successor Conradus de Gisingen ex familia Nobili. Primæ eiusdem
C. l. 12. litteræ datæ sunt am Sambstag nach dem Maientag anno 1108. quibus
Joanni Friderici de Waldshut concedit feudum in Ehringen et Hart-
hausen, quod priùs habuerat Henricus Schneveli de Schaffhusia:
Sigillum integrum ex eo pendet. Superiùs adduximus ex litteris
eius nomine datis duas permutationes hominum ligiorum, et tertiam
CXXX. ex copiâ per Illustrissimum Dominum de Surlauben communicata.

Memoratu dignum evasit eius regimen ob mortem ultimi advocati Joannis IV. ex domo Habspurgo-Laufenbergicâ; post quem, consilio cum Conventu et Rhenaugiensibus, nec non cum Schaffhusianis et Waldshutensibus, quorum municipio Monasterium gaudebat, præhabito, novam advocatum elegit Fridericum IV. Ducem Austriacum, postpositis Comitibus Montisfortis, et de Saltz, quorum posteriòr adeo graviter eam in iuriam tulit, ut vi adhibitâ cogeret Rhenaugienses in verba sua jurare, donec à Friderico coercitus, eidem ad tempus quietè eam advocatiam reliquit, veluti suprà rem fusiùs commemoravimus. Abbas Conradus sæpiùs nominatur in illo rotulo hæredere conscripto. Breve regimen ad quinquennium non perduxit, nam die 12. Julij anno 1109. mortuus locum Successori mox moriturò dedit, ut ex instrumento electionis jam asserendo patebit.

XXXVI.

Henricus VII. de Betmaringen.

De hoc Abbate nihil superest, præter confirmationem ab Al-
CXXXII. berto Ejus constantiensi impertitam, cui instrumentum elec-
tionis inseritur. Ex hoc posterò discimus, Conrado Abbate pridie
defuncto, statim altera die, id est 18ta Julij Capitulares ad
eligendum convenisse, nempe Joannem de Aitlingen, Burchardū
de Schönstein, Hainricum de Betmaringen, Hugonem de
Almishoven, Hainricum de Mandach, et Joannem de Hoggelbach.
Pro Scrutatore constituerunt Burchardum Hagen Capellanum
Minij, qui Scrutinio diligenter excusso, reperit Hainricum de

Betmaringen.

Betmaringen fuisse electum, quem protin promulgavit consentientibus omnibus; ipse tamen nonnihil renitente, et imparem se oneri fatente, cui tandem non tam timidè, quàm devotè se subnisit. Post promulgationem populo factam, electus ad ecclesiam et super altare, atque in cathedram abbatialem deductus fuit, subjuncto cantico Te Deum Laudamus. Instrumentum electionis ipso transmissum, qui per edictum tam Constantiæ quàm Rhenaugiæ ad valvas ecclesiæ affixum, contradicentes, si qui forent, citari fecit, ac Denique die 25. Augusti, cum in Mourio Paradisi moraretur, confirmationem præsenti Abbati impertit, mandans Joanni de Aitlingen pusstodi, ut suo nomine electum in possessionem abbatiæ, et omnium ad eam pertinentium introduceret.

Electio sanè probabilis, et à plurimis expensis ac cæremoniis expedita. Describitur porrò in eodem instrumento electus Vir providus, ac in spiritualibus et temporalibus plurimè circumspectus, in Sacerdotio constitutus, expressè professus Regulam et ordinem S. Benedicti, ætatis maturæ, scientia et litteris, ac morum gravitate commendandus. Huius Abbatis probabiliter patria fuit insignis Bonefactrix Domina Margaretha de Betmaringen nata de Tetingen, quæ post quindecim annos Mourio rem ecclesiasticam in Jestetten donavit. Cæterùm præter nomen vix quidquam de eo superest, cum vix unum vel alterum mensem præfuerit, eodem anno suæ electionis defunctus. C. III. 6.

XXXVII.

Hugo ab Almishoven.

Ex Nobili familia, cui nomen à vico quodam inter Hissingen et Donesthagen sito. Initium Regiminis Hugoni analistæ nostri hactenùs statuerunt ad annum 1411. quod aliàs vita antecessoris nimiùm decurtanda foret. Sed non sumus nos vitæ ac necis arbitri. certe si quid monumenta cœva valent, Hugo eodem anno 1409. quo Conradus electus fuit Abbas. Invictè id probat titulus libri feudorum, qui pagina 16. sic habet: Dis sint die Mannlehen des gotshus von Rinow, die empfangen sint von abt Hugen, abt von almishoven, anno MCCCC. nono, usgspundecimo anno, Michaelis et ultra, quibus apertè asseritur, anno 1409. jam aliqua feuda collata fuisse ab Hugone, quæ quidem primùm conscribi cœperunt anno 1411. circa festum S. Michaelis, quibus ultrà, id est, aliâ feuda postmodum conferenda, addenda forent.

Hinc prioribus

Hinc prioribus viginti circiter feudis prima vna manu exara-
-tis nullus additur annus, quod nimirum ad id usq; tempus nem-
-pe annis 1409. 1410. 1411. fuerint collata: at vero reliquis
feudis posteriori manu additis adiunguntur anni certi
1414. 1420. aliqs. Certum est igitur, Hugonem iam ac 1409.
Conrado de Betmaringen in regimine successisse, quæ ratio
fuit, uta scriptoribus nostris conradus aut incognitus, aut
studio omissus fuerit: qui vero illum agnoverunt, Hugonis
initia ad annum 1411. distulerunt argumento cuiusdam
compromissi eodem anno facti inter Hugonem et conventum
ob graves quasdam discordias et actiones; non advertentes,
eo ipso regimen Hugonis anteponendum esse, cum diutius
discordiam perduraße, ac sæpius actiones repetitas fuisse,
ex ipso compromissi instrumento constet. His igitur con-
-troversiis necessario tribuere debemus annum 1410. cum Au-
-go anno 1409. iam ad finem vergente electus, et ad initium
anni 1411. reddita pax fuerit.

Quæ de re tam graviter inter se contenderint Abbas atq;
Conventus, non exprimitur; cum vero electio nullatenus
in dubium vocata fuerit, credibile est, redditus annuos ab
Abbate Religiosis præstandos, uti sæpius hactenus contigit,
CXXXV. materiam litis subministraße. Arbitri tandem constituti:
Nobilis ac generosus Dominus Domicellus Ioannes de Jengen
Baro et Dominus in Eglisow, Ioannes de Haydegg et Bur-
-kardus Mayer de Testetten, tanquam amici ipsorum con-
-fidentissimi Testes: Berchtoldus Abbas omnium Sanctorum
de Schaffhusa, Walther us de T. præpositus in Var, Fridericus
Plebanus Lottstettæ, Hainricus Plebanus in Rinow, Ioannes
Vogelli capellanus Dñi Abbatis Rhenaugensis; Ioannes de
Rischach, Eberhardus de Rischach, armigeri; Fridericus
de Betmaringen advocatus in Rinow, id est officialis seu
præfectus; Hainricus Fridrich Schultetus; Hainricus
Keller, Hainricus Gudelgos, Hainricus Scherer, oppidani
oppidi in Rinow; Burchardus Winmann, Rudolfus Goldschmid,
cives Schaffhusiani; Ioannes de Hegelbach advocatus in Ach,
et Ioannes Marti de ach. Partes litigantes: Hugo Abbas, et
Capitulares sequentes: Burchardus de Schönstein custos,
Nicolaus de Imendingen cellarius, Hainricus de Mandach,
camerarius, Ioannes de Hegelbach, et Ioannes de Rümlang.
Hi igitur matura deliberatione sæpius præhabita super
controversiis, discordia, contentione, ac actionibus omnibus
et singulis

et singulis qualitercunqs inter prædictas partes, abba-
-tem scilicèt et conventum, usqs in hodiernum diem cõmu-
-niter vel divisim in Subortis compromiserunt. Notarius, qui
hoc instrumentum fecit, fuit Joannes Wesler clericus de
Schaffhusa. datum est anno 1411. undecima die mensis Feb-
-ruarij, in stupa minori Domûs habitationis Venerabilis
Patris et Dñi Dñi Hugonis Abbatis. cæterum laudum ipsum
huius controversiæ, procul dubiò æqs litteris mandatum,
desideramus. Recruduit tamen post liminiò eadẽ discordia,
ût paulo post videbimus.

Inter hæc Hugoni Abbati non minùs acriter contra Her-
-mannum comitem de Sultz pugnandum erat, præmaximis enim duo-
-bus Abbatibus, qui Fridericum Austriacum advocatum ele-
-gerant, effecit tandem, ût Hermannus advocatiam dimitte-
cogeretur anno eodem 1411. am mittwoch nach S. Ulrichstag, C XXXIII.
id est die 8. Julij. econtra à Friderico Duce litteras protec- C XXXIV.
-torias obtinuit 24. Augusti insequentis. Subcui ustutela
cum secursus aliquamdiu degeret, ab ipso Imperatore Sigismundo
confirmationem privilegiorum impetravit anno 1418. in C XXXVI.
concilio generali constantiæ, cui omnes catalogi præsentem
fuisse Hugonem testantur. Schudius tamen, deceptus prima[e] to. II. pag. 109.
littera[e] H. Henricum nominat, quem Hugonem scribere de-
-buisset; inter primos tamen eum collocat, qui cum plurib⁹
personis, quam plerisqs alijs nempe cum decem adfuerit. Verum
eodem anno, proscripto Friderico, eadem privilegia ab Hermanno C XXXVII.
comite violata persensit, quin et visitationem ordinis regu-
-larem ex concilij decreto admittere coactus est anno 1417. B. I. 27.
à Sigismundo nihilominùs alterum diploma impetravit,
quo Monasterium liberatur à molestijs creditorum Domûs Hausen-
-burgo-Habspurgicæ eodem anno 1417.

Sequenti anno 1418. cum Sigismundus cæsar litteras resti-
-tutorias Friderici Ducis Hugoni Abbati transmisisset,
pristinum advocatum Rhenangiæ cum ingenti gaudio excepit,
eidemqs cum exercitu reditum spondenti, necessaria magnis
impensis præparavit. at eo manente, à comitibus de Sultz di-
-rissime vexatus, pacem iniquam, conciliante Joanno de Tengen,
pacisci coactus fuit ad initium anni 1419. Nec diu tamen
pax illa stetit, sed anno 1421. à Rudolfo Hermanni filio
in vincula conjectus, diversis itineribus ac remotis carcerib⁹
ad mortem fermè fatigatus fuit, prout pluribus supra ex

Rotulo Suppari

1140.

Rotulo Suppari retulimus, in quo Hugo vel inter extrema mala perpetuò Princeps vocatur. Sequenti anno 1422. per Annam Friderici Ducis coniugem liberatus, causam in utroque foro tam Imperiali quam Ecclesiastico ita peregit, ut Sulzenses advocatiam cedere Friderico cogerentur.

Respirans paululum Hugo Abbas anno 1425. die 28. Februarij Parochiam insignem in Berg contulit Balthasaro Sprēzinger Præpo-
T. III. 4. -sito S. Mauritij Zofingæ cum onere, ut litem, quæ super jure Patro-
-natûs verlebatur, prosequeretur, et evinceret, unde Parochiæ illi nomen
Præpositura adhæsit. eodem anno 1425. confirmationem apostolicam privi-
CXLII. -legiorum à Martino V. impetravit, atque anno sequenti incorporationem
Parochiarum in Jestetten, Oerlingen, et Rheinheim Monasterio Sua industria
conquisivit. anno 1430. Piscinam maiorem in Örlingen clodere aggressus, plurima adiacentia prata agrosque coemit: inter alia à Conrado
Schwager Nobili Schaffusiano den Hüllhof zu Örlingen, von den Mörgen
den Zehenten zu Wilgis Buch etc. diras lites cum Truchsesiis de Dioßen-
-hoven propter dictam piscinam expertus, quæ eum tandem penitus
submersêrunt. Dum Hugo propter has controversias anno 1431. Basileæ
moraretur, Rhenaugiæ civestatem ac honestam inter se Societatem
familiaris compotationis, die trinck Stuben gesellschafft, instituerunt,
eamque certis legibus circumscriptam à conventu et Capitulo Rhenaugiensi, datis litteris cum Sigillo maiori confirmari obtinuerunt, quæ
in hunc usque diem cum non modico proventu illæsa permansit. jus
huius Societatis penes certas tantùm familias ~~tantum~~ residet, et ad
primogenitum hæreditate transit. In propria Societatis domo caupo-
-nem habent, et delinquentes vino mulctant. unus conventualium
cum Scholari ijsdem privilegijs gaudet, quibus hodiè Prior conventus
utitur, eorum conventibus præsidens, nec dedignantur Abbates, quin
CLI. et Principes eorum Societati inscribi, mortuis etiam per sacra pa-
-rentant.

Anno 1432. ultima Mercurij aprilis, id est 30 aprilis, quæ eo anno in mercurium incidebat, Hugo Abbas d'Stringo Judicium publicum habuit, ubi per Nicolaum Rubin Scribam jura Monasterij prælegi fecit, in quibus continetur, quemlibet colonum teneri, abbati juramento se obstringere, bis in anno, verè scilicet et autumno, judicium habendum, in quo usque ad sanguinem delinquentes puniendi, duabus mulctæ partibus ad Abbatem, tertia ad advocatum pertinentibus, causæ, quæ ibi terminari non possunt, esse Rhenaugiæ in eadem Keller gericht prosequendas, Sylvarum inspectores, Pastores, coloni singuli denova instituendi, Sues in autumno per totum vicum nullo prohibente pasci ac laginari posse, et cætera huiusmodi, quæ omnia Vilani recognoverunt, desuper go
CLII. instrumentum publicum per Notarium Ulricum Mader de Alma clericum constantiensis Diœcesis confectum est. Notatur quoque in urbariis huius

Sæculi

Saeculi (cauponam) vulgò Tavern) privativè pertinere ad jus Abbatis / O. I. 10.
Monasterij intota villa arzingana.

Invalescentibus turbis cum Truchsesiis ac Comitibus de Suetz)
Hugo Basileam ad concilium rem delaturus à servis vasalli sui
Joannis de Tengen Eglisova capitur, et Sultzensibus traditur. Interim
conventus Rhenaugiensis cum ursula comitissa rem adversus Abbatem
agitat, et ad Episcopum de sert, nec non Equestris ordo Argoviæ
nonnullas querelas exponit. Tandem anno 1411. per compromissum C. U. III.
discordia ut cum eo Sopita, et Hugo ex captivitate dimissus,
Basileæ contra fidem datam causam prosequitur: sed à conven-
tu plane desertus cogitur Abbatiæ renuntiare, retenta sufficienti
pensione ex redditibus in Martelen. Retulus cum liberè resignasse
ait: econtra species facti libello Judiciali præmissa eum fuisse per
visitatores ex concilio depositum. Conjungamus utrumque, et sponte
coacte abdicasse, et abdicatum fuisse dicamus, cuius modi ex ea ipsa
peregrina non sunt. Cæterum fuit Hugo laudabilis constantiæ
Abbas, quin et inter persecutiones glorios-
-tricis Suis conventualibus concordiam alere Studuisset, qua postha-
-bita necesserat, vel justissimam causam succumbere, nam regnum
in se divisum desolabitur. Rem oeconomicam Monasterij promovere
Sategit, jurium conservator fortissimus, ut vel ex eo constat, quod post
Successorem Suum et administratorem Nicolaum de Sulz, iterum
à capitularibus pro administrandis negotiis anno 1440. expetitus
fuerit, qua propter fallantur ij, qui eius mortem citiùs collocant,
fallantur etiam reliqui, qui obiisse existimarunt die 29. Novembris
anno 1445. ut enim diem emortualem admittamus, certum est tamen,
eum decennio insuper Supervixisse, et pervenisse usque ad annum
1455. quo eius testimonium adhuc viventis coram Judicio provin-
-ciali Leggeriæ adducitur: und ob das nott tät, so wolt er j. willhel-
-mus. im Stad, des wol Kundschaft von im j. abbt Hugen, haben. A. V. 7.
quod ad hoc saltem felix, quod ex proxima villa Martelensi in-
-gentes revolutiones Monasterij ipse Securus Spectaverit.

XXXVIII.

Joannes II Kumbar.

Huius Abbatis meminit Rumpfius in Catalogo Abbatum Engelber-
L. VII. c. 2. -gensium sequentibus: Joannes Kumbar der 22te haushalter regirt
übel, verkauft die weingärten zu Bül und andere des closters güter.
er was hievor ein Johanit gewesen, und verzeret gut im concilio zu
Basel. Er hieß der Kumbar, und was sein regirung dem namen nit
ungemäs, do er die abtey verdarbt, erwelte er betrüglich Johansen
von wida probst zu Lucern an sein statt, und zoch er den kopf aus
der kalster. Johan von vyda der 23te hausvatter regirt bey 2. jaren,
und war mit listen durch Johan Kumbar vergenent und ein sum
gelts abkauft. Johan Kumbar war zum anderen mal abt mit hilf
der Eydgenoßen, regirt wenig jar übel; darnach ward er abbt zu Ri-
-now, da hielt er in maßen haus, daß er kum mit gantzer haut en-
-tran, und starb im elend und armut zu constentz. Similia habet
Lo. V. pag. 1056. gallia christiana: Joannes II. Kumer antequam Monachus Presbyter
ordinatus Johanitarum, cum per 9. annos praefuisset Monasterio
Engelbergensi, valde negligenter: anno 1430. Joanni de wida præ-
-posito Lucernensi, quod Rinsium Murbacensi subiacet, abbatiam
resignavit, non multò post eam repetiturus. Et alia interiectis.
pag. 1059. Joannes Kummer, aliàs Kumbar, qui suppetente favore 200. aureorum
obtinuit apud confoederatos Helvetios pagos, ut Joannes de wida,
quem sui loco præfecerat, abbatia privaretur, et ipse simoniacus
eandem rursus arriperet; illam vero sex annis ea vice gubernavit,
seu potius dilapidavit, qua postmodum dimissa Rhenoviensem anno
1427. invasit, et hac tandem exul miserè obiit constantiæ XIII.
Kal. aprilis anno incerto. Hanc porro commutationem annorum
galliæ christianæ falsam esse, statim apparebit ex monumentis
nostris.

Anno 1422. In congregatione ordinis Benedictini Provinciæ Moguntinæ
habita Augustæ, cui interfuit quoq; Hugo abbas noster, in visitatorem elec-
-tus fuit Joannes Kumbar tunc abbas Engelbergensis, et sequenti anno
1423. die cinerum Rhenaugiæ actu instituit, ut suo loco videbimus.
cum verò constet ex rotulo sæpè dicto anno insequenti ad finem
tendente, dum Hugo abdicatus fuit, iterum Rhenaugiæ comparuisse
visitatores ordinis; suspicor, eundem Joannem Kumbar præsentem
iteratò fuisse, et Hugone abbate electo, se se pro successore in-
-stituisse. certè rotulus ad finem indicat, immediatum Hugonis suc-
-cessorem fuisse Joannem: und gab # abbt Hug. # doch mit dem geding,
die abbtey uf
das man das gotshus besorgen solt mit ein erbaren boemen mann,
das layder! nit beschehen ist mit dem Engelberger. comparet sanè

Joannes

Joannes in monumentis nostris anno 1438. in augusto abbas Rhenaugiensis, ergo non primum anno 1437. sed potius ad finem 1436. electus fuit abbas noster, ad quem annum eum reponit Bucelinus in constantia Rhenana: anno 1434. Rhenaugiæ Hugo ab Elmishoven extinguitur, succedit Joannes Kumbar. extinguitur Hugo nempe civiliter, non naturaliter.

Itaqe Joannes anno 1435. montag nach S. Laurentij occurrit in quadam charta Judiciali Rhenaugiæ, in qua vocatur der erwurdige gaistliche herr, herr Joannes von gottes gnaden apt zu Rinow, min gnadiger herr. Decidit ur in ea contra Fritschi schilling altenburgensem, competere Monialibus Reginis ibidem, denen closen grete, anneli, und ursela, liberum accessum per eius agrum ad eorum claustrum, zuirem closter. discimus ex hoc documento, controversias altenburgicas Rhenaugiæ in Judicio nomine abbatis pertractatas fuisse: discimus ulteriùs, has virgines tunc altenburgi in forma alicuius cœnobii collectas fuisse, cum sorores Rhenaugiæ iam olim ex piis absentj quarum defectus procul dubiè persecutionibus internecinis advocatorum adscribendus. Eiusdem anni 1435. adsunt litteræ feudales am Samstag nach S. gertru den tag; quibus Joannes abbas confert Joannj fridrich de waltshut, feudum in Oxingen et Harthausen. commutationes quoqs hominum ligiorum anno 1436. Burius abbatis nomine factas, supra vidimus. cùm verò his omnibus in litteris dicatur abbas tantum Rhenaugiensis, concludendum, diu fuisse abbatiam Montis Angelorum cum nostram invasisse, ad eundem annum 1436. Hottingerus in historia sua Ecclesiastica scribit, Monachos Benedictinos congregationem generalem Basileæ celebrasse pro reformatione ordinis, ac mox Joannem Abbatem Rhenaugiensem missum ad Mönsium Murensem, cum esset illius Mönsij visitator, cui juramento præstito obsequentes se fore promiserint Georgius abbas cum undecim conventualibus die 15. Januarij anno 1436. Igitur Trithemio teste, illa congregatio anno præcedenti die 26. Junij celebrata fuerat, cui omnes Abbates Moguntinæ provinciæ ex decreto concilii interesse debebant, et Joannes abbas noster unacum pluribus abbatibus determinatus fuerat visitator non unius tantum Mönsij pro introducenda reformatione Bursfeldensi.

V. I. ii.

C. I. iv.

Regressus ad concilium Basileense Joannes die 2. Novembris anno 1436. impetravit abeodem confirmationem privilegiorum, cui in fine additur anathema contra persecutores et privilegiorum infractores, haud dubiè comites de Sultz, de quibus tamen his annis silent acta nostra, fortè, quod in aula Cæsaris commorantes, ut sæpiùs solebant, administrationem Cleggoviæ Ursulæ Matri reliquerint, cuius adsunt quædam chartæ his annis datæ. cæterum Fridericus Dux Austriæ etiam sub hoc abbate tutelam suam super Monasterium declaravit

litteris datis

Citteris datis anno ⁄ 37. quò anno Joannes abbas die 8. Maij ab Eugenio IV. Summo Pontifice iteratam incorporationem obtinuit Ecclesiarum in Ertzingen, et Rheinheim, quæ diversis difficultatibus hactenùs suspensa fuerat. Tandem anno ⁄ 38. die 14. octobris per compromissum possessionem adùt Parochiæ in Ertzingen, cedente ulrico Truchsesio pensione ubi contento. Possessio verò Parochiæ in Rheinheim iam anno ⁄ 37. die 27. Septembris adita fuerat per F. Joannem de Hegelbach Monachum Rhenaugiensem et Altarium publicum. Hæc ferè sunt, quæ laudabiliter gessit Joannes, nisi quod anno ⁄ 38. piscationem quandam redemerit die 28. Februarii, quam quidam feudi loco possederat.

Verum mala, quæ intulit, proponderare videntur bonis, nam neglectò proprio Munsterio, contractibus magno comitatu magnas fecit expensas, ac pro debitis expungendis anno ⁄ 37. decimas aliquas Jestetter oppignoravit pro 106. florenis, alibi etiam census eidem Ecclesiæ pro florenis quinquaginta duobus, quin et ipsi capitulares Domi debita contrahere coacti sunt, quadere in citteris quibusdam oppignoratitiis ita loquuntur: alsder erwirdig herr herr Joannes unser apt jetzunt etwilang zit und menig jar nit by uns in unserem gotzhus, sonder an frembden enden gewesen und noch ist, und unser gotzhus durch die Kümernuss in väl und beschwerungen in menger lay wege, sonns zugefallen sint, in gross schwer schulden kommen ist etc. item; diweil wir nieman haben, der sich des gotzhus annemo, als nottürftig etc. mutuos tunc accesserant trecentos florenos, quæ summa quanti æstimanda mox patebit, ubi eos ferme ad bellum devenit. Hæ litteræ quidem paulò post datæ sunt, nempe anno ⁄ 41. dinstag nach unser lieben frowen liecht mes, videst die 5. Febr. nihilominus quale fuerit abbatis huius regimen, satis clare ostendunt.

Interea circa annum ⁄ 38. Joannes Kambar municipium civitatis Tigurinæ, ubi is natus erat, nomine Monasterij contra voluntatem tamen capituli suscepit: verum cum Tigurum eo tempore Helvetiis reliquis fœdere junctum esset, tantam invidiam abbati concitavit, ut ei iisdem dejiciendi, sublato municipio, ansam præbuerit. Res itaque ad Cœnum constantiensem defertur, qui auditis querelis Joannem constantiùs evocavit anno ⁄ 39. et abbatis titulo eidem interim relicto, eum ab administratione amovit, quam Nicolao de Sultz commendavit, occasione forsitan arrepta, quòd Tutor esset Cleggoviæ. Etenim ex archivio Thüngonsi referente Perillustri Dño archiprætecto de Koller, constat, Ursulam Comitissam anno ⁄ 39. administrationem Cleggoviæ resignasse filiis, qui fortè absentes Nicolaum Patruum Tutorem et administratorem rogaverint, licèt eius regimen in Cleggovia haud diuturnius fuisse videatur.

CL XVI.

C. v. 7.

fuisse videatur, quam Rhenaugiæ. Joannem interea constantiæ ino-
-piæ præsum, scribunt alij, at 9to die ij. Decembris anno 1140. obijsse.
certum est ex monumentis nostris, eum ad initium anni 1141.
adhuc in vivis fuisse: Gallia christiana diem fatalem assignat 16.
Martij. qui si verus est, rejciendus est ad annum sequentem, nam
electo Eberhardo adhuc vivebat, ut ex nota specie facti constat. Re-
-signavit igitur vel invitus circa festum Pentecostes anno 1141. nec
diu supervixisse videtur. certè anno 1144. 17. Julij iam dicitur de-
-functus. B. Jo. testantur scriptores nostri corpus defuncti constantiæ
Rhenaugiam delatum, sed ignobili loco absq; omni inscriptione con-
-ditum. Potuissent tridam illam apponere. Intravit ut vulpes, regnavit
ut Leo. Interempse per fastum. ejectus fuit ut canis. de animata men
post diutinam purgationem Speremus meliora.

Nicolaus de Sultz administrator.

Teste Bucelino fuit is filius Hermanni IV. comitis de Sultz, ac
proinde frater Rudolfi, qui fuit maritus Ursulæ natæ de Habspurg.
In Germania sacra idem testatur, Nicolaum fuisse Monachum Hir-
-saugiensem et Priorem in Reichenbach, qui Prioratus à S. Wilhelmo
Hirsaugiensi fundatus perpetuò Principali Monasterio subjectus erat, licèt
teste Trithemio, Reichenbacenses in concilio Basileensi tentaverint,
sed frustrà, se ab obedientia Hirsaugiensium subducere. certè Nico-
-laum fuisse Monachum ordinis S. P. Benedicti, ipsemet fatetur in,
litteris resignationis mox proferendis.

Quotempore administrationem Monasterij nostri susceperit, litteris
quidem consignatum non est, id tamen procul dubio factum ad initium
anni 1139. etenim anno 1138. Dinstag vor dem X. winacht tag Ursula
Comitissa cōmutationem fecit cum abbate et conventu mit dem herren
apt und convent, ex quo patet Sultzium, Nicolaum nondum fuisse admi-
-nistratorem: verùm quia nomen abbatis contra morem nomen non expri-
-mitur, videtur, eum non fuisse in Munio præsentem, aut ad Ejum
jam delatum.

Prima littera Nicolai de Sultz data sunt die 29. Maij anno 1139.
in qua is vocatur: Der erwirdig herr herr Niclaus von Sultz Statt-
-halter und verweser der abbtye zu Rinowe. Secundæ eodem anno
Donerstag vor S. Felix und Regula, in quibus dicitur: der erwirdig
herr herr Niclaus von Sultz Statthalter und verweser der abtye
zu Rinowe, auch vor mund der Landgrafschaft im Cleggow.
Tertia littera reversalis de 22. aprilis anno 1140. quibus Beringerus
de Hochen landenberg, affinitate aliqua propter Ursulam ipsi conjunctus,
fatetur, se recepisse feudum in Klein andelfingen cum ponte et
transitu per Thuram à Nicolao subeodem titulo administratoris c. VII.

tam cleggoviæ

tam Cleggoviæ quam Rhenaugiæ. Denique eius Resignatio facta est die 29. Julij eiusdem anni 1440. unde patet, administrationem ipsius sesquianno longiorem non fuisse. Testatur hoc instrumento, administrationem nostri monasterij ipsi commissam fuisse à Rmo Epō Constantiensi, abbate Joanne, et conventu Rhenaugiensi, quibus et rationes dati et accepti reddiderit, salario, quod stipulatum fuerat, recepto: rogat, ut omnes deponere sibi liceat, licèt pacta ad plures annos se extenderint, litteras contractus se iam restituisse Episcopo, CLVIII. quibus juramento interposito, et proprii sigilli impressione renuntiat. Expertus nempe Bonus vir fuerat, impossibile esse duobus Dominis servire. Credibile est, eundem expirante etiam tutela Cleggoviensi ad Almrium Suum Reichenbacense aut Hirsaugiense remeasse. Mors eius in Necrologio nostro ponitur ad diem 15. Decembris. annus latet.

Mirum planè, Monasterium nostrum tot Pastoribus Superstitibus desertum nihilominùs fuisse. vivebat adhuc Martella Hugo, Joannes Constantiæ, Nicolaus discessit: Monachi coacti administrationem Hugoni ab Almishoven detulerunt; sic enim testantur litteræ, de quibus plura memoranda restant, ad diem 8. Februarij anni 1441. wiwol hat Hug dem das Gotzhus dozumal von Gott wegen empfolen was, den vorgedachten brief nit versiglet hab, so lie im doch wol wissend, und ingedenk, das der Kauf von sinem vatter beschehen, und das gut an des Gotzhus nutz Komen sige. agitur nempe de mutuis eo die acceptis pecuniis à Wilhelmo am Stad, pro quibus oppignorati fuerunt census 36. sustorum annis singulis præstandorum ex vicis Riedlingen et Buchberg. hic contractus illeave vocabatur Emptio-venditio cum pacto reulitionis, licèt revera mutuum cum enormi usura fuerit; quale enim interesse pro 200. florenis 36. sustorum? huius rei plura exempla prostant in actis nostris. vocatur in his litteris iterum Hugo administrator: der dozumal des Gotzhus pfleger was. recte tamen meo judicio illi contractui non assensit. mentio quoque fit abbatis Joannis sub nomine des Engelbergers, tanquam absentis et ab administratione remoti. Conventuales ut mutuas pecunias acciperent, litteras publicas Schaffhusij, dou der Gotzhus burger ist, per Burgermeisterum et Senatum expediri rogarunt, quæ invasioni cuidam anno 1451. occasionem dederunt. adeò interim fuit deplorandus Monasterij status, ut plerique Religiosi sustentationem quæriturі aliorsùm secesserint, remanentibus duntaxat in Monasterio tribus. Sed enim Deus optimus non diu tanta in desolatione Monasterium nostrum jacere permisit, sed novam stellam eodem verè exoriri fecit in Abbate Sequenti.

XXXIX.

XXXIX.

Eberhardus II. Schwager.

Recurrit iterum parvus Rhenaugiæ conventus tot Pastoribus orbatus ad Epũm constantiensem Henricum de Höven, qui Joanne quoq; Kumbar abbatiâ penitus cedente, Abbatem constituit Eberhardum Schwager ante festum Pentecostes incerta die anni 1441. ita tamen enim ipse testatur in specie facti contra Sulzenses comites, sibi cõmissam fuisse abbatiam ab Epso potente tam conventu quàm Joanne Abbate. Ex quonam Mũnio Eberhardus assumptus fuerit, certè non constat: Hirsaugiensis ipsorum administrator de Sultz, creditus hactenùs non improbabiliter fuit. Cæterum ex Abbatissæ Schaffhusiana ori undus erat, curiosfrater Conradus Schwager vasallus Mönchij jàm antea in chartis nostris notus.

Præprimis Eberhardus, cum comites de Sultz eum in Abbatiam admittere forgiversarentur, eos penitùs ab administratione provenientium Mũnij submovere fategit; viderat enim inopiam inde maximè provenisse, quod ijdem comites tunc toti abbatiæ incubarent, ùt ait in sæpe dicta specie facti, atq; fructus meliores in proprios usus converterent. quapropter melius judicavit, suppressa interim advocatiæ quæstione ad certum tempus nempe quinquennium de certa annua pensione, licèt iniquantq; nimia, pacisci, ut eò liberiùs negotiis Monasterij disponendis incumbere posset. Signata fuêre hæc pacta in octava Pentecostes, unde constat, electionem haud longiùs præcessisse. de anno quoq; mihi amplius dubitandum non est, quando ex communicatione Illustrissimi Domini de Zurlauben constat, Eberhardum anno 1441. die 27. octobris cõmutationem hominum ligiorum fecisse cum Abbatissa Turicensi. Rebus mox in meliorem formam redactis, Monachos exules à se congregatos fuisse, testatur, annoq; sequenti 1442. sibi de Suprema protectione providere Sotagens à Friderico III. Imperatore privilegia et libertates cum augmento confirmari obtinuit. cujus necessitatem instanno anno 1443. gerat declaravit, quandò occasione creditorum quorundam Domũs de Sultz vehementiùs exagitari cœpit. CLX. CLXI.

Anno 1444. die 8. Februarij emit Eberhardus pro 800. florenis tertiam partem villæ Jestetten, mit Lüthi, gutt, mit Zwing, gerichten, und Bennen, mit nutzen, vällen, gülten, renten, schaften, herrlichkeiten, und Zugehörten, auch in hus daselbst zu Jestetten à Nobili Domina Margaretha de Tettingen nata de Randenburg. Subscripsit quoq; et Sigillum apposuit cùs gener. Filiæ Maritus Ulricus de CLXV.

Rumlangin

Rumlang in gatenberg. ultimò confirmata fuit hæc emptio coram Magistratu Schaffusiano anno 1468.

Superest in sacrario nostro quædam theca cuprea deaurata, quam delineatam adiunxi commentario invitam S. Fintani. Hæc sequentem exhibet inscriptionem: anno Dñi MCCCCXLIII. completum est hoc opus per venerabilem Dñum Eberhardum Swager abbatem in Rinow. Huic Thecæ inclusum fuit caput S. Fintani, cum post biennium eius sacræ Reliquiæ exhumatæ fuissent. constat tamen ex inscriptione, pro aliis Sanctorum Reliquiis principio destinatam fuisse arcam, postè S. Patronorum, quorum effigies ibi incisæ cernuntur, nempe S. Petri S. Mauritij, S. Blasij, S. Januarij, S. Christophori, S. Ægidij, S. Barbaræ, S. Mariæ Magdalenæ, S. Apoloniæ, S. Verenæ, S. Margarethæ.

Eodem anno 1444, die 8. Septembris comite Alvico de Sultz, Monasterium hostiliter occupante, Schaffusium exulare coactus est Eberhardus, quem brevi subsecuti sunt reliqui conventuales, qui omnes in propria domo Zur Tannen morabantur, est enim amplissima, imo duplex aut triplex, quæ tamen his diebus abeodem Domino de Bayer iterum coempta fuit. Necesse fuit ibi aliqua debita contrahere, cum plerisque redditus à Comite de Sultz detinerentur. Fidejussores pro iis debitis Stirotamici abbatis, conradus Swager, Wilhelmus im Turn der elter, Hans Heggetzer, et wilhelm im Turn Zur Haselstuden, prout ex Schediasmate quodam Swagerorum communicato notavit Dñus abbas Bernardus.

Abbas Die 17. Septembris cum conventu in Sacello B. V. Mariæ Monasterij omnium Sanctorum votum fecit, singulis diebus Sabbathinis cantandi Missam votivam, et Salve Regina post completorium. Recursum deinde habuit ad Austriæ Ducem Albertum villingæ, à quo litteras monitorias nisi profuturas impetravit. Simili effectu præsentem adversarium impugnavit die 24. Decembris Diessenhovij, quin abeodem plurimis accusationibus oneratus fuit.

Anno 1445. die 10. Januarij villingæ calumnias efficaciter repulit, jura Monrij copiosissimè defendit, atque restitutionem realem in Murium evicit. Verum cum paulò post alvicus Comes quosdam Rheinaugienses ex domo publica captivos abduxisset, querelas interposuit Eberhardus, et litteras monitorias tam ab Epō constantiensi, quam à Duce Alberto impetravit, aliisque modis effecit, ut captivi dimitterentur quidem, quin tamen comes desisteret aliis modis vexare Rheinaugienses. Hæc compendiō loco dicta sunto ex fusiori illa facti specie, in qua Eberhardus pariter sæpiùs Principis nomine compellatur.

Anno 1446. die 15. Novembris ipso festo S. Fintani, inter tot turbas ingentiì jubilo reperta sunt Reliquiæ seu potiùs integrum corpus eiusdem S. Tutelaris nostri, cuius cultus in officiis publicis aliàs jam à tot sæculis perduravesat. Inventum est autem in tumulo hactenùs

ignoto

ignoto proppe chorum haud procul abeius recludorio, ubi Patrimaltare adeius honorem dedicatum fuit magna cum populi devotione. Scribitur enim adannum 1470. was uff S. Findans altar gevelt, wachs oder werch, und gelt, ist eines Custors. Facta est autem c.1.9. ista exhumatio auctoritate Episcopali, desupergo confectum instrumentum per Joannem Linch Vicarium generalem, et quot annis dies anniversaria huius inventionis solemniter celebrata. Sacra corporis Reliquiæ variàsin arcas dispositæ atgo altaribus impositæ fuerunt; quarum quodam tempore deperditæ, reliquæ vero anno 1744. ab Abbate Benedicto iterum in unum sarcophagum collectæ. Hodie in loco tumuli Mausoleum visitur ex lapide historiam S. Patri insculptam exhibente.

Interea cum Eberhardus ope Schaffhusianorum arcem Rhenaugiensem ad superiorem postam vi occupasset, comites de Sultz spoliatos se quærentes, restitutionem die 7. aprilis anno 1446. Diessenhoviis obtinuerunt. Verum cùm Schaffhusiani graviter à Sultzensibus offensi anno sequenti 1447. arcem Balm occupassent, pariter abillis, nec invito quin et monente imò juvante Eberhardo arx Rhenaugiensis ex altera Rheni parte, undetot mala prodierant, destructa fuit. parum enim utrorumq; securitati consultum fuisset, nisi utrumq; monimentum, quo Rhenus claudebatur, fundituseversum fuisset. confugit deinde Eberhardus, relicto Alberto ad regimundum archiducem, à quo anno 1454. litteras consecutus est, quibus tutorem et advocatum se fore adpromisit, relictis Monasterio his juribus et libertatibus, quaspropter Rhenaugienses subditos novum Romagium Monasterio præstarifecit.

Gravis hocanno 1455. controversia decisa fuit in causa trecentorum Rorenorum, quos conventus, ut supra indicavimus, à Wilhelmo am Stad anno 1444. mutuò acceperat, cum enim colani in Rüdlingen et Buchberg annuum censum 30. frustorum aliquotiès Wilhelmo præstare negligerent, ideirem ad Abbatem Eberhardum defert, qui debitum contra juris formam contractum solvere renuit, sed ut filius Wilhelmi ait, Sonder haut der abbt von Rinaw sinem vatter und ime schnöde wort erbotten. Hominas intentante, Eberhardus recurrit ad Episcopum et ad Magistratum Schaffhusianum, ut lis componeretur, sed Wilhelmus maxè impatiens totam prætensionem cessit filio æquivoco, quem vocabant Wilhelm am Stad dem Jüngern. Hic Juvenis ferox 70. Equites cum 29. peditibusconduxit, hinego manipulum centum omnino armatorum in arcem Almut Wilhelmi de Rendorff latentem intempesta nocte ambas villas Buchberg et Ruedlingen aggredi jubet, domos effringit, spoliat inermes, atgo sex primores secum captivos abducit, non nisi solutodebito redituros. † In eo tumultu cumquidam villanorum, die arma clut, se se apponerent, unus occisus, alij graviter vulnerati atgo pes-

cussi

am Stad anno 1444. mutuò acceperat, cum enim colani in Rüdlingen et Buchberg annuum censum 30. frustorum aliquotiès Wilhelmo præstare &c.

† castrum Almut antiquitùs Rendorffiorum adjacet villæ Hagnaw teste S. Wilibrord adannum 730. haud procul Aichen.

-cussi: den er und sin helfer habint ein vom leben zum tot gebracht, die gefangnen, nachdem si gefangen sint mißhandlet, gewendet und geschlagen. Rursus occisi hominis necem vindicatura agrestis furca proximum equitem potens eius equum transfodit.

Spoliati Rüdlingenses et Buchbergenses causam ad Iudicium provinciale Leggovio nomine Ioannis comitis de Sultz institutum deferunt: at sententia contra ipsos in favorem Wilhelmi lata fuit, ratas nimirum habendas esse litteras oppignoratitias Rhenaugienses à Magistratu Schafhusiano expeditas, quibus concedebatur, ut solutione non secuta pignori manus injicere liceret; licèt enim abbatis subscriptio defuerit, consensum tamen administratorem Hugonem fuisse, et pecunias mutuas in rem Monasterij versas, cuius testis producitur Hugo abbas resignatus: und ob das nöt tät, da wolt er des wol kundschaft von im haben. Cæterùm damnificatis recursus conceditur contra conventum Rhenaugiensem, si ultra debitum ac propriam moram vel culpam gravatos se æstiment. quin et in expensas ijdem actores condemnati sunt, eo tamen pacto moderatas, ut pro singulis equitibus medium florenum, pro peditibus quartam partem, ein ortsgulden, solvere cogerentur. Cùm verò Wilhelmus nobilibus Equitibus spolia ipsa, atque singulis quatuor florenos promisisset, decretum, ut ad hæc non teneantur condemnati, quin potiùs rapta omnia in summam soluti deputentur, residua restituantur, equum occisum, quem eques 27. florenis æstimabat, homine occiso compensatum sore. Heudorfio Wilhelmus promiserat tertiam partem æstimationis captorum, à qua præstanda absolvuntur Rustici, eadem causa, quòd capti cum spoliis, die gefangne und die nahme, id est, res captæ, die genommene sachen, significat enim nahme teste Haltaus iustam rapinam, si non fuerint in arcem allmut deducti, sed procul dubiò in locum immediat expertinentem amstadio. Nihilominus expensas ab armatis in almut factas 18. libras um, aliosque 22. florenos solvere coguntur, compellantur. Facta sunt huius sententiæ duo per magna instrumenta appensis sigillis Iudicij provincialis, am mittwoch nach Sulpitius tag, id est die 9. July anno 1455. quorum alterum in archivio nostro

R. V. 7. asservatur, procul dubio cum persolutâ pecuniâ census liberatus, et instrumentum Monasterio traditum fuit. Mirus processus! à moribus nostris profectò alienus. Post quindecim circiter annos Peregrinus de Heudorff propter quasdam prætensiones Ioannem am Rad Burgimagistrum Schafhusiæ captum Rüdlingæ abstraxit, eumque 1800. florenis æstimavit, quæ res ingentis fœdi incentivum fuit, ut suo loco videmus, an hæc controversia connexionem quandam habuerit? me latet, Peregrinus saltem eiusdem familiæ extitêre.

Hisce annis cùm Comites de Sultz non solum per Iudicium provinciale, sed etiam gravioribus modis denuò insultarent Rhenaugiæ, eosdem Eberhardus ad Summum tribunal Ecclesiasticum Romam detulit, unde fulmina excommunicationum vibrata fuêre anno 1455. Tandem his omnibus malis

hic abbas

Hic Abbas finem fecit, cum anno 1486. occupantibus Turgoviam Foederatis Septem cantonibus Monasterium commendavit, eccls. Advocato elegit, cessantibus posthac penitùs Sulzensium inimicitiis. quin anno sequenti 1487: donerstag nach dem hailigen ostertag id est die 5. aprilis comes Rudolphus in quadam permutatione Eberhardum amicum vocare non dubitavit, titulo hactenùs unquam audito: mit dem würdigen und gaistlichen herren Eberhart abbt des Gotzhus zu Rinow, unseren lieben herren und freund. Et quae etiam charta certò constat, falsam esse eorum opinionem, qui Eberhardum ante Bronium anno 1489. mortuum existimant. Imo negotia tantum administratori pertractanda commisisse anno 1486: et usque ad annum 1488. Supervixisse, ex Latim dicendis constabit. Indelineatione veteris Ecclesiae subdit. Aa. Sequentia leguntur: Ad scalam cathedrae sunt duo sepulchra eiusdem longitudinis et latitudinis, primo insculpta sunt duo pedalia pastoralia, secundo tale signum ✱. cum inscriptio, pedibus proterentium deleta fuerit, credibile tamen est, hunc Eberhardum nostrum, et successorem eius Nicolaum ibi sepultos fuisse, cum reliquorum omnium epitaphia integra perstiterint, nec ratio ulla suadeat, ut antiquiores abbates ibi collocemus.

g. IV.

c. I. 118. 6.

Nicolaus Rugger administrator.

Eberhardus Abbas cùm Monasterium in tuto collocasset, se autem viribus deficere persentisset, ut ad negotia obeunda se imparem crederet, annus Regiminis in R. F. Nicolaum Rugger Wittodurensem natum transferre decernit, ut eò quietiùs ac securiùs animae suae saluti consuleret, et ad tremendum mortis articulum se disponeret. Equidem anno 1485. F. Nicolaum jam fuisse administratorem excoligi quet, quod eodem anno sequentis nach Sant Antonientag, id est 21. Januarij causam contra cives Rhenaugiae coram deputatis Helvoticorum Tigurì peregerit, in quorum litteris vocatur der gaistlich herr Nicolaus pfleger des Gotzhus Rinow. Negstamen mutuum tunc credit Eberhardum R. F. Geroldus, cùm in charta permutationis cum Joanne de Landegg Equite et Capi constantiensis Praefecto Kaiserstuhl saepiùs et quidem sexties asseratur, eum contractatum celebrari cum abbate et conventu Rhenaugiensi: möntag vor verschidung unser lieben frowen anno 1484. dem erwirdigen und gaistlichen herren dem abbt und Gotzhus zu Rinow. Item: dem ist also, das dieselb änlin des obgenanten abts und sins Gotzhus zu Rinow und sin es nachkomen recht lehaigen haissen, und sin sol. Igitur vixit Eberhardus adhuc anno 1486. quid ni dicamus, eum per biennium sequens superstitem, cum nulla extet ratio, cur iam credamus electum fuisse abbatem successorem, donec praedecessor morti debitum solvisset, quod factum existimo anno 1486. die 17. Septembris, ut Necrologia nostra habent, certè Nicolaus Rügger anno eodem die 20. Nov. adnuendum sub nomine administratoris comparet: der Erwirdig und gaistlich bruder Nicolaus pfleger des erwirdigen Gotzhus zu Rinow. at verò in litteris sequentis anni 1487. die 9. Junij vocatur: der Erwirdig herr Nicolaus von Gottes gnaden

c. I. XXXIII.

B. I. 39.

g. IV. 72.

L. L. 12.

g. IV. 73.

g. IV. 74.

Gottes gnaden apt zu Rinow, gnädiger herr.

Hic igitur tempore Suæ administrationis anno 1463. bona Monasterij à tributis vindicavit anno 1464. Theloneum ad pontem civibus Sub certis conditionibus cessit: eodemque 12. libras pro anniversario Suo
B.I.29. fundavit: item Sententiam tulit, quâ Leprosi, die gute Rinder, censum
C.I.14. Ecclesiæ S. Felicis et Regulæ dare compelluntur. anno 1462. in conventu Fœderatorum Rapperswilæ liberavit Rhenaugienses à tributis contra Kiburgenses. Denique anno 1466. adhuc nomine
I.1.12. administratoris, des pflegers venit in festo S. Andreæ, ubi quandam Piscationem feudalem Monasterio restitui fecit.

XI.

Nicolaus Rudger, sive Rugger.

Witoduranus, antea administrator, abbas electus ad finem anni 1468.
Mss. CXLII. Superiori Sæculo adductum n. 13. item XXI. et XXII. hoc Sæc. cap. 22. aut ad initium 1467. Vir doctus, ut Mss. testantur, Strenuus, et œconomus optimus, qui dormitorium versus Rhenum ædificavit, dirigente opus Fratre Laurentio à Rischach, cujus nomen cum insignibus parieti inscriptum erat.

Anno 1468. Emptionem partis villæ Jestettensis, quæ hactenùs ob varias difficultates remoram passa erat, adoptatum finem perduxit.

Anno 1470. Cives Rhenaugienses die 3. Junij à Burchardo de Royer Schaffhusij, præhabito Abbatis consensu, mutuos acceperunt 100. florenos, pro quibus eidem vendiderunt 10. frusta annuatim solvenda, cum pactum usuræ illo ævo usuetum, sub conditione, ut ad imperium abbatis redimeretur.

Anno 1475. cum pagus ostersingen omninò flammis consumptus fuisset, et agri inculti manerent, lis orta contrà dominum de Lulach, an nempe ipsius census advocatitius, das vögt recht, oder die vogt Stuck, præferendus esset censibus Monasterio debitis? Sententia potiori parte in favorem Lulachii decisa, reservatis tamen pratis, die Seewisen pro Monasterio.

Anno 1472. ex commissione Sixti IV. Eberhardum de Rischach charthusianum absolvit, ut redire posset ad S. Blasium, factus deinde abbas est. F. wülbertz.

Anno 1477. Decima controversa zu Robst angen inter abbatem S. Blasij et Monasterium Monialium Riedersense ex una, et Rhenaugiam ex altera parte, in æquales partes per compositionem divisa.

Anno 1476. Prædium in hæri feudale Monasterio obligatum non præstitos adjudicatum à clås Liber vogt zu Eglisau des gnädigen herren Bernhartz
Z.I.14. Graders, causam agente Jost Juncker albrecht Mörler vogt des gotzhus Rinow.

O.V.14. Aliâs multa hic abbas Monasterio coemit. anno 1471. den halben theil des Kamer zehentens zu Rinow. anno 1475. die 21. Maij decimas vini et frumenti in Reckingen. etc. Litteræ desuper expeditæ per judicium provinciale

Provinciale cleggoviæ, agente Sunckes albrecht Mörles vogt desgott2 hus; eodemqo post decennium 1482. aliis litteris provincialibus ratificatæ fuerunt, cum venditor depretio 10. ßß remisisßet, ut sui memoria in sacris fieret. c. v. 18.

Anno 1478. Hospitali witoduræ in patria sua census et bona propria Mürij, in oberwiles, Jegerlow, Humlikon, Hen Kastet Flach cessit, atqo in vicem recepit duas partes decimarum in Tettikhoven, quas Hospitale nomine feudi hactenùs possederat.

Eodem anno 1478. sequentia leguntur in fragmentis rotulorum: Herr Lorentz von Rischach accepit von der Schules wegen des u. Kleinen post galli ele. erat forte scholasticus. Item accepit min herr Lorentz 1. quomodo loquendi abbatem designari certum est. 1ßß dominica oculi ad 79. quæ incidit in diem 22. Februarij; igitur intra illud tempus mortuus est Nicolaus. Verum ex libro feudorum constat, iam exeunte ano 1478. Laurentium ad Abbatiam promotum; quapropter haud diu post galli cantum occidisse Factorem Nikolaum credibile est. Necrologium obitum eius ponit ad diem 9. Decembris. Verum omnes dies illi his temporibus ibi notati mihi suspecti, imò arbitrario positi videntur; cum enim dies emortuales haud amplius calendariis librorum Ecclesiasticorum aut antiquitùs moriserat, inserentur, sed in libris specialibus Necrologiorum et anniversariorum, hi autem malitiâ hominum temporis defectionis discerpti atqo destructi fuerint, solum ex conjecturis novum Necrologium quoad hos compositum fuit, adeoqo melioribus argumentis semper locus relinquitur, quod si ergo Nicolaus primum die 9. Decembris obiit, vix eius Successor eo anno eligi potuit, multò minus cogitare de feudis tanto apparatu ut hactenùs nunquam; libro inserendis. de Sepulchro Nicolai ex conjectura iam aliquid diximus. B. I. 110.

XLI.

Laurentius à Rischach.

In libro feudorum pag. 211. ubi Sequuntur feuda ab hoc Abbate collata; Sequens titulus pulchro charactere inscriptus legitur: Dis sint die lehen, so ein gotzhus Rinow haut LXXVIII. adfinem igitur huius anni electus fuit abbas, cum prius inspector ædificiorum, et scholasticus fuerit. Benedictionem tamen abbatialem primùm suscepit constantiæ ad initium Sequentis anni 1479. cum in rotulis ad hunc annum expensæ ibi facta legantur, inter alias pro primis fructibus notantur 26 ß. floreni. In alio fragmento leguntur 25. floreni annui pro consolationibus. in alio item ad annum 1482. 30. floreni pro chrisativo subsidio. c. III. 12. 13.

n. 14.

Nobilis familia

1514.

Sæc. XV. cap. 18.

Nobilis familia Rischachiorum multos viros insignes protulit, qui dicuntur enumerari, accum insignijs depingi in quodam Ms. Missali S. Blasiano, ubi sequentia leguntur: a anno j1411. usqo j1499. regnavit Laurentius à Rischach huius loci abbas. Nescio an scriptor seu pictor potiùs erraverit in annis quam in loco; si enim sub termino huius loci intellexit Rhenaugiam, quomodotam enormiter anteverterе ac producere potuit abbatis istius Regimen? eodem in Ms. hæc postea subiungi dicuntur: Eberhart von Rischach zu Hochen-Stoffeln ist der 28. abbt zu S. Blasien gewesen im Jar j482. und hat 9. Jar regirt... und des nachbenanten Prälaten von Rinow leiblicher bruder gewesen, und beide zumal regirt. Hic abbas Eberhardus S. Blasij germanus frater Laurentij nostri cum anno j482. electus, suiset Benedictionem sua abbatialem Rhenaugiæ solemniter celebravit, ut colligitur ex rotulis œconomicis, in quibus sequentia contin entur: Item j. M. ß. Fründin Scherer, Seains herren von S. Blässis Knecht und volk uf sin erste Mess verzert haben, und d. mod. avenæ verzert. Item VI. ß. uf herren Vasnacht Herren von S. Blässis erster Mess umb Fisch handen schenkt zer. Primam Missam interpretor Benedictionem.

+ in præsentia abbatis nostri teste F. wülbertz ad hunc annum,

Idem Abbas Bernardus testatur, huius abbatis effigiem cum mitra depictam visam fuisse in domo Societatis Rhenaugiensis, vulgo auf der Reben: hodie non extat amplius. Titulum hochwirden ei primum tributum supra vidimus. Liber Parochialis Rheinheimensis Rabot, sub abbate Laurentio de Rischach institutam ibi fuisse confraternitatem sub titulo et protectione S. Michaelis archangeli. In litteris quibusdam reversalibus de anno j482. Dinstag vor S. Nicolaustag, vocatur: Der

O. f. 23. Hochwirdige Fürst und herr, Herr Lorentz von gottes gnaden abbt zu Rinow.

Eodem anno j482. emit abbas Laurentius partem quandam decimarum in wilchlingen, vulgo den Hegenzer zehenten, de quo sequentia leguntur in urbario coævo: Item zu wilchlingen ist gelegen ein zehent, haut gehabt wilhelm Hezzi vogt zu der zit Nüwenkilch, habent wir abbt Lorentz von Rischach kaufft umb 176 Guldin. actum oculi 82. Hæ decimæ exemptæ sunt à quarta Episcopali, cum aliæ decimæ ibi jam ad Monasterium pertinuissent. Litteræ desuper expeditæ fuerunt Schaffhusij Zinstag nach Verenen anno

A. f. 7. j482. ubi vocatur venditor wilhelm Hegenzer. Eodem anno Laurentius census quosdam alten burgi Monrio comparavit: et conventus bonum Trukenrein in Jestetten: ubi prærogativa Jurisdictionis

N. f. 22. asserta fuit, dum quidam Hans Burckart von Jestetten eidem insultans multatus, captus, carceri mancipatus, et juramentum

N. f. 14. et 13. de non vindicando, vulgo urpfed deponere actus conatus est abbati Laurentio, nec non wilhelmo Tulach, et wilhelmo Junteles condominis.

Idem jam prius

Idem iam prius factum à Clevi Müller 1470.

obiit Laudatissimus Abbas post paucorum annorum regimen die
30. Februarij anno 1480. uti habetur notatum in Calendario cuius- N. CCI. IV.
dam Breviarij Ms. his verbis: Mense Februario die 30. obiit Dñus
generosus Laurentius de Rischach abbas Monasterij Rinagensis anno
Dñi 1480. Sepultus fuit prope altare S. Nicolai, ac parieti proximo
sequens inscriptio incisa, quæ conservata fuit in Idea veteris Ecclesiæ: C. III. 180. b.
Venerabilis in christo Pater ac Dominus Laurentius de Rischach Lit. Z.
abbas huius Cœnobij, cuius anima in christo requiescat, anno Dñi
MCCCC. LXXXIII. Talitur igitur Bucelinus idum ad annum 1481.
in constantia Rhenana sequentia scribit: obiit Laurentius Rhenan-
giensis nobilis Abbas de Rischach, succedente Joanne conrade de
Grießen.

Hæc nominatim atq; pro Eggio de Rischach fratribus suis con-
stitutum fuisse anniversarium in S. Blasio ab Eberhardo abbate
ex bonis hæreditarijs in Imendingen et Buch testatur P. Willibertz
ad annum 1485. Eggius et agatha ibidem notantur eorum pa-
rentes.

XLII.

Joannes Conradus de Grießen.

E nobili familia antiquorum Benefactorum nostrorum† de
qua videatur Iselin in Lexicon, quemadmodum et de alijs familijs
occurrentibus, quibus otium mihi non est imorari. acta electionis
eius, sicut et aliorum, interciderunt: credibile tamen est, eodem
adhuc mense Februario anni 1480. Surrogatum fuisse prædecessori,
cum mox occurrat in monumentis nostris. Sic litteræ emptionis Pe-
cum mox occurrat in monumentis nostris. Sic litteræ emptionis Pe-
cimarum in Rockingen datæ sunt donerstag vor dem hailigen Palm-
tag anno 1480. qui hoc anno incidit in diem 20. Martij. Emptæ fuer-
runt hæ decimæ à Joanne Diessenhofer von Jöngen per 80. flor. et
litteræ dictæ expeditæ in judicio provinciali Eleggoviæ nomine
Rudolfi comitis de Sultz, causam procurante Hans Mantz vogt
seu officiali des hochwirdigen herren herren Johans conraden O. V. 15.
apt zu Rinow. Sie die 9. Maij Sou am freytag nach unsers
herren ufart, idem officialis Hans Mantz nomine des erwir- X. 1. 9.
-digen herren Johans conraden apt des Gotzhus Rinow, in
Judicio publice Kiburgico in Trutti. kon habito, Sententiam
prosperam obtinuit contra homines ligios ratione Ipsalü. Sic
denique in Libro feudorum pag. 82. legitur: Baltasar von
Gachnang zu Goldenberg hat empfangen di Vogtye zu Stach,
von minem herren apt Johan Conrad feria tertia Pasce 80.

idest die

† qui et feudum nobile ein Ritterlehen præcedenti sæculo habebant Rhenaugiæ. Lehenbuch. fol. ii.

Id est die prima aprilis anno 1483. cæterum feuda omnium plurima contulisse hunc abbatem vel saltem reliquis accuratius describi fecisse, suprà vidimus.

M. 1. 15. Anno 1487. Montag post Michaelis Joannes Conradus Abbas à Confœderatis Tigurì impetravit confirmationem et vidimationem juris præcognitionis in causa criminali Festetta. Eodem anno die 11. Novembris à Maximiliano I. Rege Romanorum electo confirmationem omnium privilegiorum Monasterij obtinuit.

Anno 1488. etiam 87. appellationes à judicio civico Rhenaugiæ factas recepit ac diiudicavit, nach recht und altem her Komen.

K. 1. 23. 24. anno 1490. Judæos contra voluntatem civium ope Confœderatorum Rhenaugia eliminavit. anno 1495. cum lis exorta fuisset inter Cõmunitatem Martellensem et Joannem Müller ratione Pascuæ, Henricus Schwarz officialis Monasterij sententiam tulit zu Rinau in Closter mentag nach dem hailigen Crütz tag zu Majen. Sigillum Abbatis appensum forma nova; non enim ipse abbas

V. 1. 13. repræsentatur uti in litteris C. III. 16. sed duplex scutum, quod per pedum pastoralem secatur, Supereminente Mitra, à dextris Salmo Monij à sinistris insignia de grießen.

V. 1. 16. Litteræ sequentes ejusdem Cistæ habent sententiam à Magistratu Tigurino pronuntiatam, cum ejusdem Sigillo, in favorem abbatis et Monasterij, qua adjudicantur duæ partes multarum in Martelon Monasterio, tertia parte dem vogt herren relicta, contra Joannem de Tengen, Vasallum Monasterij et eo tempore Præfectum Episcopi Kaiserstuli, burger zu Zurich, und vogt zu Kaiserstuli, Zinstag nach der uffart anno 1497. causam dicore, der fest Heinrich Schwarz, und sam claus Surt, ambtlüt der erwirdigen apt zu etc. V. 1. 12.

Anno 1489. gravis controversia agitata fuit coram Episcopo constantiensi contra Moniales S. Agnetis Schaffhusij ratione decimarum canabis in wiswil et Ezringen; cum enim à laudo præcedenti appellasset abbas, Moniales appellationem deserre

O. 1. 35. renuerunt: sed Epus appellari posse decrevit, post multas contentiones et controversias res magis in favorem Monialium decisa. Moniales quoque in altenburg censum quendam Rhenaugiæ in Judicio civico confirmari fecerunt, procurante causam claus Surt officiali Monij præcipuè nomine Adelhaidis, quæ ejus filia

V. 1. 11. videtur fuisse, am guten tag vor Judica anno 1493. Idem claus

N. 1. 24. Surt anno 1486. halt gericht auf der Pfaltz seu in cancellaria Monasterij, quod erat amplum et pulchrum ædificium ejusmodi

Judicijs

Judicio destinatum, ut testantur ij, qui viderunt, nam primùm ad initium huius Seculi destructum fuit, residua sacri tunni rotunda ad Ictus Rheni et Cavam ingredientibus in Ecclesiam, qua hodiedum punitioni delinquentium deservit. Claus Sust posteà, procul dubio ingravescente aetate pensionem annuam B. V.
assignatam accepit.

Anno 1488. Fundata est capellania in Etzingen, et anno 1492. E I. 20. 21.
Parochia Walterswilana, proventus praecipuos contribuente
abbate Joanne conrado, cùm iam ut in litteris dicitur, à tempore F. IV. 1.
immemoriali extincta esset. restam en primum anno 1512.
perfecta fuit. anno 1488. Instituta Sacellum B. Virg. quae
filia S. Notburgae Adventgemina dicitur, renovatum, et anno
sequi. die 17. augusti consecratum fuit, devotione et concursu
populi invalescente. Eodem anno 1488. in Parochia Bühl
mortuo Petro Rüdiger vicario abbas praevia redemptione,
Abbas Joannes conradus hereditatem adiit, cognatis tamen F. I. 5.
ex gratia 15 florenos dedit. anno 1489. Rolandus Göldin Tigurini
Burgimaisteri filius, et Praepositus Lindaviae, à Mörsio Parochiam in I. III.
Berg consequitur. anno 1498. cum in eadem Parochia Berg per pri-
mas preces Caesaris vicarius constitutus Henricus Gamp decessisset T. III. 5.
multis debitis relictis, per arbitrum archigrammateum Schaffusij no-
mine Spolij Mörsio adiudicati fuerunt libri, utigs impressi, quorum
ex primis typographis plures adsunt in Bibliotheca nuper collecti.

Anno 1486. Idem Abbas vendidit villam Mörlen à prima fundatione
Mörsio adpertinentem pro 28. florenis: mutuosgs accepit quadringen-
tos florenos à Mörsio vallis S. Catharinae, oppignorata villâ Testetten.
quastamen pecunias male non impendit, ut qui non solùm debitarium
Millium, florenorum expunxit, sedetiam quam plurima pro Mörsij B. I. 44.
utilitate coemit, quorum sillabum ex totulo coevo subjicimus, adiumen-
tis alijs monumentis.

Anno 1490. Dinstag nach S. Michels tag den Marc Hat hof von Cloi
ven au: emptio confirmata per Judicium provinciale Cleggoviae in
ponte habitum auctoritate aloisii comitis de Sulz Imperialis Judicis Q. V. 10.
Rottwil, procurante Nobili viro, den Junckher Hainrich Swartz
mines gnedg herren und des Gotzhus Rinow vogt.

Anno 1496. quidam Census annui in Wilchlingen: Item census pe- C. III. 16.
cuniarum cc. Librarum à Swarzio constantiensi abarce Kastell.

Anno 1492. Emptio Decimarum in Rechberg per Judicium provinciale C. I. 38.
ratificata. item anno praecedenti 1491. Decima in Riederen empta
per 226. Libras, quas jure feudali antea à Monasterio possederat P. I. 10.

Rudolfus

Rudolfus äscher Præfectus in Hiburg. Item Decima uſaspa, vulgò
G. l. 8 aspa Zehenten, à quarta Episcopali liberæ in Trasadingen, von
Albert von Nüneck Ritter von Rodis, festo translationis S. Fintani.
P. III. 5. Item pars Decimarum in Berwangen à Rudger im Thurn anno 1492.
N. l. 28. Anno 1490. Fri Holds Zehenten zu Festetten von dem Spendam Ott zu Schaf-
hausen. Item den Zehenten zu Ben Ken per 1700 fl. von Hans Jullereus,
W. l. 10. so er zu Lehen gehabt, mentag vor S. Benedict des heiligen abbt tag.
C. iv. Anno 1491. den Zehenten ab den Frauen Hofen zu Ehringen.
Anno 1496. den hof zu Klein andelfingen, von Beringer von hochen-
Y. III. 6. Landenberg, Sigismunts Son, der er zu Lehen hatte. Item Piscationem
I. 1. iij. Rhenaugiæ.
Anno 1497. quidam agri in Zweidlen empti fuerunt, quadere extant
Z. l. 16. litteræ expeditæ per Præfectum Tigurinum in Eglisau; quæ dinastia
eò ipso tempore à Nobilibus de gradlen revendita fuit Tigurinis.
Sub regimine huius abbatis duæ visitationes Regulares Congregationis
Burſfeldensis modico cum effectu habitæ sunt Rhenaugiæ, una 14. octob.
1485. altera 14. Nov. 1489. anno 1496. die 6. Martij inter fuit abbas Joan-
nes Conradus Solemni translationi S. Galli, velut authentica nostra
habet Dedicationi: ubi ab Abbate Udalrico Reliquias aliquas eiusdem
C. l. 9. Sancti donoaccepit, adiuncto instrumento.
Idem abbas paramenta Sacerdotalia, vulgo ornatus, cum pluviali et
B. l. 46. tunicis Leviticis fieri curavit, Rubri coloris ornatus renovatus fuit
anno 1626. an adhuc extet, ignoro: alter viridis coloris certò certius
C. l. 9. adhuc extat opere damasceno, qui pariter anno 1636. renovatus fuerat,
additis ansis flavi coloris, relictis tamen insignibus huius abbatis, quæ
in ima parte ornamentorum, ego saepius oculis meis vidi. Nunc instar
novi ornatus compar et renovatus à R^mo abbate Romano, additis ansis
deauratis, sed abolitis scutulis tam antiquis.
Laudatissimi huius abbatis regimen præsertim in proventibus Mo-
nasterij augendis, adultimum non sine quodam ipsius culpa turbatum
fuit. cùm enim ob Senium cæcitate atq; infirmitate depressus se
impares labori ferendo experiretur, in unum ex Conventualibus,
licèt virum egregium, nimia propensione affectus, R. P. Mathiam Stöck-
lin von Stockburg non solum onus sed et honorem transferre statuit.
Venit ergo in Capitulum, et eundem Patrem administratorem, seu po-
tiùs coadiutorem proclamavit. Reliqui Conventuales id capitulijuri-
bus ac liberæ electionis officere timentes, eam promotionem acceptare
renuerunt. Implaravit itaq; abbas Episcopum constantiensem, et
Foederatos advocatos, qui nuntios Rhenaugiam destinarunt, ubi in
præsentia Vicarij generalis, et gotthardi abbatis S. Galli, udalrici
antecessoris, et abbatis nostri cognati, R. P. Mathiæ in officio tamen
Solius negotiorum administratoris confirmatus fuit, quadere mentio
fit in

sit in recessu Helvetiorum Badensi anno 1596. ad Dominicam quasi modo geniti, quæ eo anno incidit in diem 11. aprilis: Herr abb Zu Rinow setzt mit consens der Löblichen Turgau regirenten orten, wegen alters und blindhait ainen pfleger, welcher Jährlich rine, und ainem Landvogt im Turgaw, oder von die Löbliche orth ordnen, rechnung ablegen soll, reservirt sich aber /. der abbt. / alle gewaltsame. Exhinc patet, ipsum abbatem occasionem dedisse Dominis advocatis, se se in electionem et administrationem intromittendi, quod hactenus nunquam factum, saltem ab advocatis agnitis. B. I. 45.

Confectum fuit super hunc actum à Nuntiis Confœderatorum instrumentum, in quo nihilde spe successionis P. Mathiæ Rächolin continebatur, imò exprimitur, eundem ab administratione amoveri ab abbate posse, si in rationibus, quæ annuatim eidem in præsentia conventûs, et deputati ab Advocatis reddendæ forent, minùs habens inventus fuerit. at verò P. Mathias, hoc non contentus, ab Epō aliam quandam confirmationem, procul dubio favente abbate, elicuit, quæ Capitularibus planè suspecta videbatur, aut forte aliquid obscurè successionis spem faciebat, non enim amplius extat. Itaque irritati Religiosi quinque Conventuales, cum P. Priore Henrico de Gerstringen, conventionem juratam, et majori Conventûs Sigillo munitam die 27. Maij eiusdem anni fecerunt, quæ promittebant, se jura et immunitates Monasterij contra quoscunque defensuros. quem in finem Badenam ad Conventum Confœderatorum recurrunt, et die 18. Junij litteras patentes obtinent, quibus ista hæc Epi confirmatio declaratus nullius roboris, ac recensitis, quæ in hac re ea usque pertractata sunt, de novo ratificantur priores illæ Nuntiorum Helvetiorum litteræ Rhenaugiæ in præsentia Vicarij Generalis emanatæ. B. I. 116. B. I. 47.

Rebus ita constitutis impossibile erat, pacem inter membra Monasterij consistere, cum offensus administrator et reliquis invisus dominaretur. Turbæ, quæ hac occasione acciderant, proch dolor! ex publicis Recessibus Helvetiorum, cum scandalo utriusque Sæcularium, colligi possunt. Hæc enim de his leguntur: Anno 1598. Zu Baden: Es sollen die alten Botten, qui prius Rhenaugiæ fuerant, / gen Rinaw reisen, sie von irem unrichtigen wesen ab und zu brüderlichen lieb und rue vermanen, auch den Span mit dem apt gütlich oder rechtlich endscheiden. Item eodem anno Zürch Simonis et Judæ: Die Botten von Schwitz und Glarus sollen wegen denen unruhen zu Rinaw hinus ritten, und darin handlen. Nec dubium, quin adornaverint, licet litteris mandatum non sit, ut postmodum in partes capituli inclinati fuerint, persuaso Abbati Joanne Conrado, ut dignitatem resignaret, libera electione Conventui relicta. nam haud diu post alius recessus Cogitur eiusdem anni 1598. Zürch nach othmari: Es soll ain neuwer

abbt gen

abbtgen Rinaw in Beysein der Bischöflichen constantz'schen, und Eyd genossischen gesanten Erwelt werden. quod etiam factum ad finem Mensis Novembris aut initium decembris; nam acta inter-cid erunt, aut potiùs tempore insecutæ defectionis à Tigurinis cum alijs pluribus ablata sunt.

Cæterùm hoc eodem adhuc anno electum fuisse Henricum de Man-dach, contrà plerosqs, qui eius electionem differunt post medietatem

N. 1. 5. sequentis anni 1499. invicte probatur ex litteris feudalibus, quas idem Henricus dedit anno 1499. Zinstag nach S. agnesen tag, id est die 22. Januarij ubi Sixto würth zu Eglisau das lehen zu Balm contulisse continetur. cum igitur abbas Joannes conradus abierit die 11. Augusti eodem anno 1499. evidens est, eum abbatiam resignasse, atqs Henricum de Mandach reliquis juniorem ac omnium ultimum capitularium votis P. Mathiæ Stächelin prælatum fuisse. constat tamen, eundem Patrem adeò gnaviter oeconomiam administrasse, ut in ipso electionis die actu de novo in officio suo confirmaretur, juberetqs Juveni abbati in negotijs præsto esse.

Sepultus fuit abbas Joannes conradus de grieszen in dextro latere chori S. Fintani cum hac inscriptione parieti proximo aureis lit-teris affixa:

obüt venerabilis in christo Pater ac Dominus Joannes conradus

C. 1. 180. B. Litt. D. de grieszen, abbas huius Coenobij, cuius anima in christo requies-cat, quarta die Mensis Augusti anno Dñi Mcccc xcix.

Caput XIX.

Caput XIX.

Monachi Sæculi VII. seu XV.

Religiosorum nostrorum nomina ex diversis monumentis importuno labore expiscari necesse est, objacturam iùt id centies deplorem, Necrologiorum nostrorum, adsunt tamen in actis nostris quatuor diversi Ruinis Sæculi catalogi, ubi Conventuales simul recensentur: primus est de anno 1409. In instrumento electionis abbatis Henrici de Betmaringen 1 secundus de anno 1411. in compromissoratione querelarum contra Hugonem abbatem; tertius de anno 1443. in specie facti contra comites de Sultz 1 quartus de anno 1496: in confœderatione capitularium pro defensione jurium. Hos igitur enumerabimus, adiunctis aliis, quos nobis charta et fragmenta suggerent.

In electionis Instrumento Henrici de Betmaringen de anno 1409. Sequentes scribuntur adfuisse electores: B. I. 24.

Joannes de aitlingen.
Burchardus de Schönstein.
Hainricus de Betmaringen.
Hugo de almishoven.
Hainricus de Mandach.
Joannes de Heggelbach.

De Henrico de Betmaringen et Hugone de almishoven jam satis actum ubi de abbatibus.

Joannes de aitlingen iam præcedenti Sæculo occurrit, cuius Pater Benefactor Monasterij, et duo eiusdem familiæ Henrici abbates erant. hoc anno 1409. custos fuit et primaria in conventu persona, cum nullus Prior adesset, cui proinde Episcopus negotium demandaverit, ut suo nomine neoelectum in possessionem realem abbatiæ introduceret, ut ex instrumento constat, cum anno 1411. haud amplius memoretur, procul dubio anno 1410. Senex obierat.

Burchardus de Schönstein anno 1411. die 11. Februarij iam custos B. I. 25.
suffectus erat. Ipso procul dubio sub titulo Prioris occurrit ad annum 1408. in quadam charta, ubi pro sororibus in altenburg litem quanda evicit der erber herr herr Burchart Priol in dem Gotzhus zu Rinow. N. 1. 11.
cum nomen prioris peregrinum tunc Rhenaugiæ esset, puto eorum nomen prioris peregrinum tunc Rhenaugiæ esset, puto eorumque ultimam litteram scriptam fuisse; idenim officium primus consecutus est post visitationem habitam anno 1423. ubi præcipitur, ut prior constituatur. obiit ante annum 1443.

Hainricus de Mandach dicitur à nostris Schaffhusianis; sed cur non possit dici Rhenaugiensis, cum eius familia ego habitaverit Rhenaugiæ, ibi ego nobile feudum possederit & vocatur Camerarius

in compromisso

In compromisso de anno 1411. ad annum 1449. non pervenit. Eidem aqui-
vocus ad finem Ruius Seculi factus est Abbas.

Joannes de Heggelbach memoratur quoqs in compromisso de anno 1411.

A. 1. 102. Item anno 1429. wiltdurus per Notarium publicum describi ac vidi-
mari fecit præcipua diplomata archivij nostri, in quo instrumento
vocatur Honorabilis ac Religiosus conventualis. anno 1434. contra
X. 1. Abbatem Hugonem nomine conventus concilium Basileæ adijt, ibiqs
C. III. 8. suspensionem cuiusdam decreti procuravit. anno 1436. scribitur
X. 1. herr hans von Heggelbach conventual, itemqs anno sequenti 1437.
C. 1. vivere desijt ante annum 1443.

In compromisso de anno 1411. sequentes nominantur Religiosi
Fratres:
Burchardus de Schönstein Custos.
Nicolaus de Ümendingen Cellerarius.
Hainricus de Mandach Camerarius.
Joannes de Heggelbach. et
Joannes de Rumlang.
Monachi.

Nicolaus de Ümendingen cum in præcedenti catalogo de anno
1409. non reperiatur, consequens est, eum intra hos annos nompe
anno 1410. professum fuisse. quia vero anteponitur Henrico et Joanni,
antecessum professis, videtur id tunc fieri consuetum, eoquod fuerit
Cellerarius. Hugo illius temporis abbas, cum familiæ ex set almushes
ven de Ümendingen, forte eius cognatus cum suscepit atqs promovit
jam anteà fortasse sacerdotem. anno 1419. herr Nicolaus von Ümen-
V. 1. 6. dingen convent Bruder Kaufft für sich und seine erben einen
Zehenten und grund zins zu nider martelen umb 50. gulden mon-
tag nach mitt fasten. Item anno 1440. scribitur Nicolaus de Ümen-
B. 1. 24. A. dingen Closter bruder, qua repetita fratris nomenclatura eius
sacerdotium reddit dubium. expiravit ante annum 1443.

Joannes de Rümlang cum die 25. Februarij iam fuerit monachus,
quod anno 1409. nondum fuit, sequitur cum Nicolao professum fuisse
anno 1410. anno 1443. iterum comparet, et anno 1444. natalur
pervenisse ad annum 1486. dicitur Figurinus, arx nobilis Rumlang
in territorio Figurino sita est haud procul a Clotten et Clattbrugg ad
illum rivum.

Rudolphus de Rischach, licèt in catalogo de annis 1411. et 1443.
desit, certum tamen est, intra hoc tempus Monachum Rhenaugiæ
fuisse, cum in instrumento Incorporationis Parochiæ in Lestetten,
quæ facta est per Joannem abbatem in Stein anno 1427. die 5. Sept.
resignante Dño

Resignante Dno Joanne Tregen olim Parocho, testis adducatur his verbis: Fratres Rudolfus de Risebach et Burchardus de Hagen eiusdem Monŕij in Rinow. certô argumentô, plures Religiosos adfuisse, quorum nomina intercidorunt. Sub finem huius Sæculi duo alii eiusdem familiæ de Risebach comparent, unus Abbas alter Monachus. D. IV. 8.

Species facti, Libello contra comites de Sultz præmissa, testatur, hoc eô tempore adfuisse Religiosos annoj 42.

Herr Burchart Hagen von Bondorf.

Herr Caspar Hoffmann.

Herr Hans von Rumlang.

Herr Nielaus Rugger von wintertur.

Herr Hans von winterberg.

Burchardus Hagen de Bondorf iàm annoj 427. testis erat Jestetten, ut mox dictum, vixit adhuc annoj 465. de quo in rotulis oeconomicis sequentia leguntur: Domine Burchardo tenecor ei j. ℔. ß. j. mo. tr. ij. mo. ave. und bleibter mir schuldig j. qr. Selig. B. I. 29. + imò anno 1509. Capellanus Scrutator electionis instrumentum Actans scripsit. CXXXII.

Caspar Hofmann prædià duo in Jestetten nomine Monŕij emit anno j 452. als anwald des gotzhus der ersam Priester herr caspar Hofman ein conventual des gotzhus zu Rinow. In supradicto Rotulo de anno j 465. eiusdem fit mentio: Dñus Casparus tenetur ei etc. Item Casparus Hofmann conventualis. N. I. 12.

Nicolaus Rügger administrator adannum j 462. abbas adannum j 487.

Joannes de winterberg Strennuus ac manu fortis, occurrit in eodem rotulis deanno j 464. winterberg teneor ei etc.

Nicolaus Has, de quo aliud non restat, quàm quod anniversarium fundaverit XX. Libris. für das Jarzit herr Nicolausen Hasen convent herren, adannum j 464. B. V. 14.

Erhardus Hoppler occurrit annoj 445. herr Erhart Hoppler conventual zu Rinow. ergo vel inter turbas Monachus factus est, cùm anno præcedenti j 444. non memoretur inter eos, qui Schaffhusium concesserunt. Eiusdem nomen habetur in rationum rotulis adannum j 472. anno j 478. stetit in Judicio Ecclesiæ nomine conventûs, herr Erhart Hoppler convent herr, et evicit causam contra quosdam Colonos, qui sine præscitu bona inter se diviserant. Judicium Ecclesiæ habitum nomine Domini Bernardi Grafen Freyherr, dan ersten mentag im Brachet. de obitu non constat. B. I. 34. 4c. Z. I. 13.

Bernardus de Jestetten. In quodam Calendario Ms. addiem 20. octobris hæc adscripta leguntur: hic indutus est Burchardus de Jestetten anno j 448. quidam legunt Burchardus, eoquod prima Syllaba V. LX.

Syllaba Syncopata Rit; sed cum littera n. huic nomini non quadret, pro-
-prius legendum puto Bernardus. Supereſt quædam tabula, in qua hiſtoria
crucifixionis Dominj repræſentatur: ex unolatere orat degenu quidam
Religioſus indutus habitu noſtro, ex altero ſæculari, ſorte eius Pater
vel Frater: in ſummo proſtat annus 1449. Sed ſcutum adiectum prodit
familiam Junteler. aut ergo hic eſt alius quidam Religioſus, aut certè,
ut ego quidem arbitror, idem cum Bernardo de Jeſtetten, eoquod familiæ
Jünteler hoc ævo condomina fuerit in Jeſtetten, et inde poſtaſſe ille
P. IV. 8. Bernardus nominatus fuerit. habitabat Jeſtettæ Juncker georg Jun-
-teller, et cum uxore Dorothea Cinglin donatione facta ibi Salve Regina
cantandum inſtituit anno 1487. Idem feudum Rheinaugiæ nomine
Schulteti accepit anno 1498. Lib. Feud. pag. 80.

In Rotulis ſæpè dictis quædam nomina miſcentur aliorum Religio-
-ſorum nominibus, quæproinde pariter ad Religioſos pertinere non
dubito, licèt in aliis catalogis ac monumentis non occurrant. Sunt au-
-tem ſequentes:

Conradus Schivend.
Hans conrad von Grieſſen.
Lorentz von Rischach.
Thias Stächelin.
der Mörlor.
der Munchwiler.

Joannem Conradum et Laurentium abbates factos fuiſſe ſcimus; ex hoc tamen diſcimus, illum ante hunc fuiſſe profeſſum, licèt in abbatia ſucceſſorem.

Conradus iàm occurrit in rotulo de anno 1464, item de anno 1472, cui varia cognomina hactenus dederunt noſtri: verùm non dubito, illum ipſum eſſe, de quo in alio loco rotulo de anno 1481. ſcribitur: herren
B. I. 41. hansconrad Schwend leibting XX. guldy. herren hansconrad VIII. guldy, cum enim jungatur religioſo poſt biennium in abbatem promoto, eo-
-dèmque modo annua penſio reſſeratur, quis dubit et fuiſſe Religioſum? porro Schwend familia nobilis Figuriana, ubi hoc ævo conſulem ha-
-buit. De duobus poſtremis Mörler, et Munchwiler res adeò expe-
-dita non eſt, quin dubitare liceat, an non tantum fuerint Schola-
-res; ſic enim habetur in rotulo de anno 1476. Schuel rechnung,
oder der Jungen herren, für den Schwend... von des göldlin geld...
dem Morler zu einem Schirtzug... dem Münchwil an den Beltz,
B. I. 40. und gürtel etc. quia tamen et Schwend et göldlin erant Religioſi,
imò ijdem Mörler et Munchwiler in alio rotulo de anno 1479. mis-
-centur et reliquis Religioſis Hoppler, gertringer, Rädlin etc.
credibilius eſt, eos pariter factos fuiſſe Religioſos. Familia
Mörler Schaffuſiana iàm præterito ſæculo feudum à Monaſterio
habuit. Lib. Feud. pag. 8.

Benedictus et Joſephus Laffeter Figuro Rheinaugiam anno 1791.
tranſcripti

Transcripti fuerunt, quòd minimum vixerint circa annum 1480. quod iniri edibile est, licèt nihil de illis in monumentis nostris occurrat, maximè cum ab anno 1443. usq; ad annum 1468. descriptus conventus nusquam fuerit, rotuli autem illi et Cazari sint maximam partem manci, et non omnes ibi adnotati reperiantur Religiosi.

Mathias Stachelin de Stockburg, quem supra reliquimus forte anno 1474. unà cum Laurentio de Rischach professus fuit, cumante non compareat, occurrat verum in rotulis anno 1476. et 1479. praecedenti saeculo vixit Monachus quidam noster Burchardus Städelin de Cappella, an eiusdem familiae? alii videant, Anno 1488. B. I. 42. 3. Jam cellerarius erat anno 1493. cum Joannes Conradus Abbas administratorem coopstavit, et coadjutorem obtrudere conventui conatus est. anno 1497. auf S. Margarethen tag nomine Abbatis, V. I. 18. cum à Judicio civico in certa quadam causa appellatum fuisset, ipse sententiam tulit, cui charta sigillum illud Abbatis insolitum novum appensum est. anno 1498. electo novo Abbate ipse nihilominus in administratione confirmatus. Supervixit usq; ad annum 1525. vir non solum industrius, sed et doctus, qui naturalia quaedam de animalibus conscripsit, magnoq; et pulchros codices pro choro conscribi fecit.

Ultimus Catalogus Religiosorum anni 1498. continetur in confoederatione capitularium facta pro defensione jurium contra abbatem et quos cunq; alios, amisso tamen S. Mathia Stächelini, in quem collim abatista convenit. Sunt autem sequentes: B. I. 48.

Hainricus Prior.
Jodocus Custos.
Wilhelmus de Tulach.
Burchardus de Rischach.
Melchior de gachnang.
Hainricus de Mandach.

Presbyteri.

Fortasse alii aderant Fratres non Presbyteri, uti Stephanus de Heudorff, quos jura capitularia non concernebant.

Hainricus de gerstringen reperitur in rotulis de annis 1472. 1476. et 1479. in alio rotulo ad annum 1485. notatur das Jar zit Herren Hainrich von Gerstringen Prioris, igitur illo anno huic officio iam deputatus erat, procul dubio post visitationem eo ipso anno die 14. octobris Rhenaugiae institutam, quam diu vixerit

Quamdiu vixerit, mihi nondum constat.

B. 1. 42. Jodocus de Goldenberg de Ilaach, iisdem in rotulis scribitur, quibus Henricus de Gertzingen, anno 1483. dicitur Gross-Keller. post decennium anno 1493. factus est custos, unde mitwoch vor S. Lucien tag emit pro lumine perpetuo 1. mo. tri. decem florenis, ex quodam fundo in Balm, à quo alii census debebantur theils dem Gotteshus theils dem convent.

N. V. 7. Wilhelmus de Fulach vir ingentis meriti postulatus abbas et Princeps Fabariæ. Henricus de Mandach non inferioris virtutis, licèt junior electus abbas noster anno 1498. Melchior de Gachnang nobilis familiæ, de quibus sequenti Sæculo, quô maiorem partem flos uerunt, agendum. de Melchiore id tantùm adverto, errasse eos, qui ex Ms. n. 382. ad diem 13. aprilis legerunt, eum anno 1498. Primitias suas celebrasse, cum in conventione illa capitulari numeretur inter Presbyteros jam anno 1496. Sic igitur ipsemet scripsit: Ego Frater Melchior de Gachnang divina auxiante g. gratiâ omissum, cantavi Primitias 1498. quæ notæ significant annum 94. non vero 98. prioribus numeris syncopatis.

Burchardus de Rischach probabiliter sub abbate Laurentio circa annum 1480. in monasterium venit, cuius sorte nepos erat. certè Burchardus iste diem obitus sua manu ad 10 Februarij adscripsit Ms. calendario n. CCLIV. quì dies emortualis Laurentij abbatis aliàs nos lateret. id autem colligo ex aliâ eiusdem manus inscriptione ad mensem augustum, quæ sic sonat: anno ab Incarnatione Dñi 1502. in die S. Dyonisij et Sociorum eius obiit validus Rudolfus de Rischach pater meus, cuius anima in pace requiescat. huius ergò filius erat Burchardus monachus noster.

Jam colligamus catalogum confratrum nostrorum, quos monumenta adhuc reliquerunt, eosque additis annis, quibus vixerunt, et officiis breviter describamus.

Joannes de Aitlingen custos 1409.
Burchardus de Schönstein custos 1411. Prior 1435.
Hainricus de Betmaringen abbas 1409.
Hugo de Almishoven abbas 1409.
Hainricus de Mandach 1409. camerarius 1411.
Joannes de Heggelbach 1409. 1411. 1429. 1434. 1436. 1437.
Nicolaus de Imendingen 1411. 1419. 1440.
Joannes de Rumlang 1411. 1443.
Rudolfus de Rischach 1427.
Burchardus de Hagen 1427. 1464. 1443.

Caspar

Caspar Hofmann 1443. 1452. 1464.

Nicolaus Rugger 1443. administrator 1463. abbas 1467.

Joannes de wintenberg. 1443. 1464.

Eberhardus Hoppler 1445. 1472. 1478.

Bernardus de Jestetten 1448.

. . . . Lünteler 1449.

Nicolaus Has. 1464.

conradus Schwend. 1467. 1472. 1481.

. . . . . Merler 1472. 1479.

. . . . . Munchwiler. 1472. 1479.

Joannes conradus de griessen 1474. Abbas 1480.

Laurentius de Rischach 1474. Abbas 1478.

Henricus de Gerstingen 1474. 1479. Prior 1485. 1496.

Mathias Stähelin de Stockburg 1474. cellerarius 1485. administrator 1496.

Benedictus Lafeter 1480.

Josephus Lafeter. 1480.

Jodocus de goldenberg cellerarius 1480. custos. 1492. 1496.

wilhelmus de Tulach 1496. abbas Tabariensis 1508.

Burchardus de Rischach 1480. 1483. 1496. 1502.

Melchior de gachnang. 1494. 1496.

Hainricus de Mandach. 1496. abbas 1498. obijt 1529.

Insignia singulorum Religiosorum nostrorum depicta conspicere licet in operose catalogo Rmi abbatis Bernardi de Rusca, quem integro tomo conscripsit, melius facturus, si monumenta, unde singuli excerpti, citasset, ac meliori crisi usus fuisset, veluti, ut ex centum unum exemplum adducam, dum pag. 103. scribit Hainricum de gerstingen adhuc fuisse priorem anno 1458. subscripsisse juramento capitulari 1496. et obijsse 1484. opportuit revixisse.

Caput XX.

Caput XX.

Disciplina Sæc. XV.

Ex instrumento abbatis Henrici de Betmaringen de anno 1409. constat, Electionem celebratam fuisse à solis capitularibus nullo extraneo nec Ecclesiastico nec Sæculari interveniente, eamque satam atque legitimam aquitam

B. f. 24. fuisse abeo ipso, ad quem ordinatio pertinebat.

Ex alio instrumento compromissi, quò Religiosi omnes in nobilem virum Joannem de Tengen aliosque Seculares compromittunt, patet, graves acdiutinas discordias intercessisse inter abbatem Augiensem et conventum

B. f. 25. anno 1433. quò nihil perniciosius Monastica disciplinæ esse, patet. Cùm verò Seculares compromissarii fuerint electi, proculdubio re scontroversa, quæ non exprimitur, attinebat temporalia, nimirum reddituś annuos singulis dandos, quorum causa iam superiori Sæculo lites quasdam exortas meminimus. Neque enim alia disciplina in præsenti servata, constat ex rotulis rationum, pensiones singulis tributas fuisse, quas

B. f. 51. pro necessitate et arbitrio privatim administrabant: et superest specificatio, quid cuique pro anniversarijs dandum, quin et vitalitia à suis consanguineis annuatim accipiebant: acnonnunquam iam Religiosi tales census parata pecunia emebant, aut anniversaria pro se ex reservatis fundabant. Nonnulli in officijs constituti, ut custos, et cellerarius, in separatis domibus habitabant, non minùs quam ipsi abbates.

Ut clariùs intelligantur ea, quæ pro reparatione disciplinæ in Mo-

Chronic. Hirsaug. nasterio nostro acta sunt necesse est, ut ex Trithemio breviter repetamus, quæ concilium Constantiense hac de re constituit. Itaque Patres concilii olim considerantes ordinem nostrum florentissimum in ut rosque statu pene collapsum, idque magnam partem provenisse ex eo, quod capitula triennalia, atque visitationes Monasteriorum ex à Summis Pontificibus decreta, negligerentur, decreverunt, ut eiusmodi capitulum seu conventus celebraretur ipsis præsentibus Constantiæ anno 1417. et ad id omnes abbates provinciæ Moguntinæ citaverunt, præcipientes sub pœna excommunicationis, ut ad diem ultimam Februarij in Monasterio Petri Domus comparerent, aliàs dignitate abbatiali mulctandi. Enumerat deinde Trithemius omnia Monasteria, quorum abbates aut per se, aut legitimo impedimento intercedente, per procuratores adfuerunt. Ex Dioecesi Constantiensi sequentes nominat: S. Galli, S. Gregorij in Mure, forte S. Martini, Campidonense, S. Blasij, alper Spachense, S. Mariæ ad Eremitas, Zwifaltense, S. Petri, Rinaugia, Isna, Steina, S. Ruperti, forte Trutperti, S. Marci in augia Maiore, Petri domus, Brigantinum, Schaghusen, ochsenhausen, wiblingen, S. Joannis, Fischingen, Blaubeuren, Montis Angelorum, weingarten, waldsenhausen. Sunt numero viginti sex, quorum plerique in propriis personis comparuere, inter quos et Hugo Abbas noster, unacum reliquis totius provinciæ, qui simul numerum 120. explebant.

Dic igitur

Sic igitur præstituta 28. Februarij Capitulum diu hactenùs intermissum celebrari cœpit, cui præsederunt à concilio deputati duo abbates extranei, qui formam præscribere deberent Capituli celebrandi, nimirum Ludovicus Trenorchinensis Cœnobij abbas Gallus, et Thomas Eboracensis anglus: quibus additi sunt præsides ex nostris Sifridus abbas in Ellwangen, et Joannes Monasterij S. Georgij: Multa ibi pro reparatione disciplinæ constituta sunt utiliter, præsertim ut visitationes et Capitula singulis triennijs instituantur, quod et diligenter observatum, saltem quoad Capitula, quorum constitutiones collegit et edidit Trithemius anno 1493. Porro singuli abbates in primo illo capitulo constantiæ adigebantur subjurejurando adpromittere, se servaturos, quæ tunc ibi decreta forent, atque intra spatium unius anni manum ad reformationem actualem adhibituros. Visitatores quoque electi, prohac nice in proximum annum Moguntiæ anticipandum, referrent, quæ viderint. Magis concilij labor sustinendus fuit, exeò enim reformationes post modum dictæ castellensis, Melicensis, et Burgfeldensis, exactæ sunt, quarum posteriorem reliquis potiorem Joannes Monachius ad Rhein hausen procurator abbatis sui Moguntinæ Diœcesis inchoavit primùm in Monasterio Clusensi, deinde in Burgfeldensi tunc pœnè desolato atque pauperrimo, adiuvante Joanne de Rode abbate S. Mathiæ civitatis Trevirensis. Exercevit subinde congregatio ista ad 88. Monasteria, quorum tamen unicum in Diœcesi constantiensi nempe alteespach situm erat. Sed redeamus ad nos.

qui singula Monasteria perlustrabit ad proximum Capitulum.

Non constat ex monumentis nostris, visitationem ante annum 1432. Rhenaugiæ habitam fuisse. In quodam tamen instrumento authographo sequentia continentur. Post capitulum constantiæ in Monasterio Petri domus in præsentia Deputatorum à concilio habitum, cum illicò visitationes instituta fuissent, multos abbates refractarios fuisse remuentes reformationem admittere. Hinc idem concilium Decanis Ecclesiarum constantiæ, Bambergæ et augustæ in mandatis dedit, ut eos censuris Ecclesiasticis ad parendum compellerent die 1. Novembris eiusdem anni 1417. an Rhenaugiæ visitatio usque ad annum 1432. instituta fuit, non exprimitur: ea tamen anno cum visitatores advenissent, Hugo abbas visitationem recusavit, hoc ab Monasterio absentavit. Quapropter Joannes Litti Decanus Ecclesiæ constantiensis executor à concilio olim deputatus ad instantiam visitatorum per publicas hasce litteras eidem abbati Hugoni præcepit, ut intra 15 dies visitationem admittat, alias pro denuntiato habendus. Datum Constantiæ die 22. decembris anno 1432. St. I. 27.

Cessit tandem Hugo, et visitationem admisit. Visitatores erant Joannes abbas Engelbergensis, et abbas Zwifaltensis, quos capitulum octavum die 11 Maij anno 1432. constituerat. Sed cum Zwifaltensis per gravia negotia sui Monasterij impeditus fuisset, venit Solus

Vènit Solus Joannes Kumbar anno 1433. et die cinerum visita-
-tionem habuit. Monasterij statum in recessu ipsem et sic describit:
Invenimus abbatem et conventum minus solicitos in Regulari dis-
-ciplina, et modicum exercitatos in Cæremoniis Monachalibus, si-
-militer et in observantia Refectorij et dormitorij negligentes;
imo aliqui propriis dominibus specialibus et quasi propriis usi sunt.
Invenimus tamen ornamenta, libros, et calices etalia necessaria ad
divinum cultum unacum Structuris et ædificiis Monrij laudabiliter satis
et competenti statu, quibus subiungit: abbatem et conventum statim
obedienter se submisisse regulari disciplinæ ac reformationi. Inter
alia observari præcipit: ut clausura custodiatur, nemo extraneus intro-
-ducatur; Mendicantes ad ordinem non recipiantur; sine licentia
et Breviario non exeant; tonsuram et vestes secundum decentiam regu-
-larem deferant, quod cum bis maioribus cum emphasi repetat, videtur nos-
-tros in his aliis Monachis conformes non fuisse. ulteriùs vetat ne feria
u. et in adventu carnes comedantur; ne conspiratio aut diffamatio
contra abbatem fiat; ne in propriis domibus, sed in cameris unà in
dormitorio cœnarentur. Singuli sine mora cuncta in manus abbatis
etiam litteras consignent; privati redditus tollantur; claves exeun-
-tes abbati tradant; Prior providus et discretus statim eligatur;
quilibet Sacerdos adminùs semel in hebdomate celebret divina etc.

Quòd ista tam parùm observata fuerint, causa reiiciendi tum
in turbas ob persecutionem advocatorum pratensorum eodem
tempore recrudescentes, tunc in ipsum hunc visitatorem, cui Rhe-
-nangia adeò placuit, ut dimissa propria abbatia hanc arriperet,
sed per fastum, et itinera, diutinam ab sentiam, magno comitatu
provicisci solitus, in tantum posset dare, ut Religiosi debita
contra hera, imò aliqui ipso victu discedere cogerentur. quod verò
abbatem Augiensem concernit, adeò lites cum conventu sopitæ
non sunt, ut mox in apertum prodirent, comitissa ursula pri-
-mùm, deinde Episcopo partes conventûs tuente. Priorem
quidem statim instituit P. Burchardum de Schönstein; utinam
et reliqua effectui mancipasset. Sed fasta so non potuit. cessè
dissensio non sublata, donec anno sequenti 1434. resignaret,
hoc duntaxat proventu, ut cum disciplina etiam res œcono-
-mica intercideret.

Anno 1435. concilium Basileense ad normam constantien-
-sis convocavit abbates ordinis nostri pro disciplinæ reform-
-atione promovenda. die 26. Julij celebratum est capitulum
nonum in ea urbe in Monasterio Prædicatorum, ubi Fridericus
è S. Blasio postulatus abbas augiæ, et Joannes de Steina Pro-
-sides orant. Joannes de Rode constitutus visitator generalis,

præter quem

Præter quem alii 12. nominati qui singula Monasteria reformarent, inter quos et noster abbas Ioannes Kumbar unus fuit, ut constat ex visitatione in Mario Murensi habita. anno 1429. capitulum decimum Mörim Bergæ præsidente Nicolao abbate S. Blasij aliisq; tribus, ubi prælectum et acceptatum fuit decretum concilij Basileensis pro reformatione ordinis, quod incipit: Sacrosancta generalis Synodus. id ipsum decretum postea Rhenaugiæ præscriptum. Notat adhuc annum Trithemius, in tota Europa 32. ese nostri ordinis provinciasi et in germania sex: in provincia Moguntina ad quam reducitur exempta Diœcesis Bambergensis, numerari Monasteria 120. ex quibus tamen decem eodem adhuc sæculo, cum reformationem suscipere reformidarent ut aiunt, sæculariata fuerunt, pactis ex malis Monachis pejoribus canonicis. Heu! quot Monasteria alia reformatio seu verius deformatio nobis hactenus non abstulit. eodem anno 1429. Schismate in concilio Basileensi invalescente, depositio Eugenio IV. electus Felix V. cui Basileenses adhæserunt.

Sub Eberhardo Schwager abbate nostro, continuis persecutionibus exagitata, disciplina regularis efflorescere haud potuit. ostenderunt tamen jugiter nostri inculta divino et Sanctorum fervente, et Monasteria restituendo avidi. ita enim loquuntur in litteris datis anno 1444. wir alb glider des gotzhus mit ganzem gemüt geneigt sint zu einer widerbringung unsers gotzhus, alß das gott der allmächtig wol weist. † In exilio quoq; Schaffhusij constituti, religionem suam atq; fiduciam in divinum auxilium interventu Beatæ Virginis singularis Monasterij protectricis non sine mirabili effectu ostenderunt, paulò post in integrum restituti, et in pignus divinæ protectionis accepto inæstimabili thesauro Sacri corporis Divi Fintani iniqui cum pergmagno in cultu hactenus est, ut non solum Rhenaugiæ, sed et in reliquis locis Mario subditis eius festum sub præcepto abstinendi ab opere manuum celebraturi, post inventionem tamen Sanctarum Reliquiarum magnopere adaucta fuit devotio, novo altari in loco sepulchri erecto, totoq; illius chori laqueari sactis vitæ ipsius Sancti depicto. Missæ quoq; quatuor diversæ compositæ atq; præscriptæ minimum pro festo, translatione, votiva per annum, atq; tempore Paschali. Die maiori etiam populi concursu promovendo, eodem anno 1444. idibus octobris obtentæ fuerunt indulgentiæ provisitantibus Ecclesiam nostram à Ludovico cardinali arelatensi legato delatæ concilii Basileensis Francofurti concessæ, quas ordinarius anno sequenti ratas habuit die S. Martij. Denique ipsum Concilium eodē

83. 1. 37.

† clerum et officia divina magna solemnitate et prolixitate habita fuisse, constat ex Ms. L. XI. cuius schema infra dabimus n. 3.

83. 1. 36.

83. 1. 22.

C. 1. 10.

C. 1. 12.

- cilium eodem anno 1447. nono calendas aprilis Rinlesinò
C. I. 13. maiores indulgentias concessit.

Circa annum 1476. in rotulis rationum mentio fit Scholæ,
St. I. 40. quæ Rhenaugiæ nunquam defuit, licet viri docti raro prodierint:
quin defectus disciplinæ in visitationibus rejicitur quoque in
litterarum neglectum; in quodam urbario de anno 1478. descri-
-bitur census annuus des Sangerambts. pag. penultima. +

+ constat quoque ex charta CLI. anno 1431. tempore licet tur-
-batissimo Scholam perdurasse, ubi Scholari cum conventuali-
jus Societatis Rhenaugiensis reservatur.

Tandem anno 1488. die 14. octobris diu intermissa visi-
-tatio reassumpta fuit per Gregorium S. Stephani Herbipoli,
et Conradum in Wiblingen Abbates, qui visitatores deputati
fuerant in Capitulo habito anno 1484. die 24. aprilis, cui inter-
præsidens ipse quoque Trithemius præsedit Moguntiæ. Monasij
nostri Statum sic dicti visitatores exponunt: Reperimus,
ipsum P. Munium quoad temporalia competenter, sed inor-
-dinatè dispositum, quoad Spiritualia verò pæne collapsum:
Inordinatam dispositionem temporalium procul dubiò in-
-telligebant, quòd Abbas et conventus distinctos, ac fermè
singuli Speciales reditus possiderent. causas collapsæ dis-
-ciplinæ gerunt S. Scripturæ ignorantiam, defectum seu pau-
-citatem Religiosorum, negligentiam in institutione Nobi-
-tiorum, et quod Abbas maiorem curam temporalibus quam
Spiritualibus impendat. ordinatur deinde imprimis cultus
divinus et horarum canonicarum persolutio, ad quas tamen
præsertim Matutinum, Primam et Vesperas, Signa non
tamdiu ut hactenùs protrahantur, diebus singulis culparum
Capitulum instituatur, Sigillum conventûs sub tribus dis-
-tinctis clavibus custodiatur ab Abbate, Priore et Seniore,
Tonsura duos transversos digitos lata geratur, vestes ejus decentes
abolitis pretiosis, Exeuntes Scapulari induti sint, et pallio,
cui Caputium annexum, lineis camiseis minimè utantur,
nec dormiant in plumis, Sed super madratias, uno in refectorio
communiter comedant ex singulis Scutellis, nec unquam desit
lectio, silentium ubique observandum, Post mensam Spiritua-
-lia uno in loco congregatis per horam aut dimidiam præle-
-gantur, Extranei, maxime alterius Sexus, cuiuscunque digni-
-tatis sint, intra septa Monasterii non admittantur, nemo exea-
-tur clausurâ sine licentia, quæ sine gravi causa non detur,
Balneum intra clausuram habeatur, ad Novitiatum deinceps
juxta Regulam S. P. Benedicti Nobiles et ignobiles, pauperes
et divites suscipiantur, Abbas exemplo præeat reliquis in-

chorо

choro, et in refectorio reficiatur; singulis annis coram conventu
sum arcam rationum computationem faciat, ut exinde status Mo-
nasterij quoad oeconomiam capitulo innotescat; vitentur serotinæ
sessiones; vestiarium sit unum omnibus commune; omnes recessus
hactenus in capitulo ordinis à tempore concilij constantiensis con-
stituti describantur, et observentur; sicut et decretum concilij
Basileensis pro reformatione Monachorum, quod incipit: Sacro-
sancta generalis Synodus; Ex cæremonialibus trium observantiæ
rum unum, quod abbati visum fuerit, scribatur, et in usum re-
ducatur. Nomine verò cæremoniarum heic Trithemio intelligun- pag. 526.
tur constitutiones et observationes trium reformationum Cas-
tellensis, Melliccensis, et Bursfeldensis; ex quibus tamen duo
priora haud diu in Monasterijs observata fuerunt, receptis plu-
rumq; posterioribus, quas Conradus abbas S. Joannis in Vin augia
edidit. Postremò in isto visitationis recessu abolentur omnia
officia et beneficia ex proventu funeralium, et pecuniæ quas
ab abbate pro dispositione privata accipere soliti erant, utq;
ista certiùs observentur, jubetur, ut Prior in singulis angarijs
prælegi faciat, secundo refectione, exceptopane et aqua, mulctandus,
donec lectio reipsa sequatur.

Anno 1489. die 9. mensis Novembris tertia habita est visitatio
per conradum abbatem de wiblingen, qui præcedenti visitationi
interfuerat, et Bartholomæum S. crucis in werden Augustensis
Diœcesis abbatem, qui in capitulo Moguntino die 6. Maij anno 1487.
habito visitatores constituti fuerant. In hac visitatione recog-
num superioris confirmarunt, præcipientes, ut tandem exe-
cutioni mandaretur, sub pœna in proxima visitatione impo-
nenda; quia, inquiunt, eam in nullis suis articulis invenimus
observatum: idq; eidem charta adscripserunt, appressis de no-
vo sigillis. quòd verò etiam post hanc visitationem à suis visi-
natoribus non recesserint, cunctaq; in priori statu perseveraverint,
colligitur, ex visitatione primùm sequenti seculo anno nimirùm
1508. instituta, ubi visitatores eandem chartam simili fermè modo
confirmarunt, subscripserunt, et sigillis denuò munierunt, certo
argumento, nullam aliam interea visitationem fuisse habitam.
adeò grave atq; durum est, inolitam consuetudinem ex alteram
naturam exuere. Hæc nimirùm gloria servabatur ad finem se-
quentis seculi Gerardo I. Zurlaubio, qui perruptis gravissimis
obstaculis Disciplinæ formam Bursfeldensi haud inferiorem tam fe-
lici ac constanti effectu introduxit, ut auxiliante divina gratia in
hodiernam usq; diem sine interruptione perdurarit. Ludri cam

Ludricam refert historiam Trithemius adannum 1486. de quodam Abbate, cuius nomen reticet, qui tamen ex actis nostris prodi facile possit. Dum enim in laudes B. Nicolai de Flue Eremitæ Helvetii prædictus historiographus effunditur, testatur se erore Conradi Wiblingensis abbatis cognoscisse, quod cùm ex commissione capituli Bursfeldensis Monasteria Diœcesis Constantiensis visitaret, curiositate magis quam devotione ductus, prædictum Eremitam, qui longe latèque Sanctus prædicabatur, cum collega adierit. alter iste abbas, aliàs vir doctus ac pius, sed nonnihil avaritiæ labe infectus, inter alia Beatum virum multis verbis urgebat, ut sibi ediceret, in quonam proprie avaritiæ Malitia consisteret? aliquamdiu tergiversatus vir Sanctus, tandem respondit: Quid me interrogas vir docte, qui melius malum illud agnoscis, dum 26. plaustra vini exiguo pretio coempta, elapso anno caro vendidisti? Sed Deo permittente utrumque vinum et pretium vendidisti? Revera autumno copiose singula plaustra 6. florenis Rhenanis emerat, atque iratè Bacho pro 24. florenis vendiderat: Sed Ejus rem edoctus aliorsum vinum transferri jusserat, priusquam ab Emptore pretium solutum esset. Beatum Nicolaum ultra 60. leucas abeo loco disjunctum fuisse asseverat Trithemius, ut non nisi divina revelatione factum nosse posset. utinam! qui similibus negotiationibus inhiant, præconium viri pii ac docti cæteroquin mererētur.

Sed claudamus hanc materiam charta quadam ex archivio nostro, quâ Abbas Joannes Conradus die Jovis ante Dominicam Misericordias anno 1490. fatetur, se accepisse evocationem ad proximum capitulum Hirsaugiæ celebrandum Dominica Jubilate: excusat præsentiam suam ob senium et infirmitatem, atque Henrico abbati omnium Sanctorum Schaffhusii commissionem impertitur ut jurare velit in animam suam, excusationem esse legitimam, se tamen determinandam soluturum, atque servaturum, quæcunque decreta fuerint. Miror, hanc chartam cum sigillo formæ antiquioris originaliter in nostro archivio permansisse, cum potiùs Schaffhusii aut Hirsaugiæ quærenda esset. Sed forte etiam abbas Schaffhusianus domi remansurus erat; quapropter remisso hoc chyrographo, aliud alteri abbati dirigendum erat. De hoc capitulo sequentia scribit Supriùs laudatus Trithemius, per omnia actis nostris conformis, adannum 1490. Eodem anno Dominica Octa post Paschæ, quæ fuit 25. aprilis celebratum fuit provinciale capitulum hîc in isto Monasterio Hirsaugiensi, in quo præsiderunt Joannes Trithemius tunc Spanheimensis, conradus in wiblingen, Bartholomæus S. Crucis in werdea, et Andreas Montis Monachorum propè Bambergam Monasteriorum ordinis memorati abbatis.

C. III. 18?

Caput XXI.

Officiales, Schultetі, Hebani Rhenaugiæ.

Jurisdictionem à Regibus et Imperatoribus Monasteriis concessâ primitùs administrabant advocati electi iuxta formam in Diplomatibus præscriptâ. Nec tamen minùs advocati dominabantur Monachis: amabant abbates, teste Rino Oering, liberos quidem homines, sed non potentissimos ad id munus destinare: quod primis sæculis à condito Monachio factum, ex historiâ nostrâ constat. Reichs geschicht. to. 1.

Talis erat Wicharius Wolveni abbatis advocatus anno 871. et Hilteradus advocatus Ruperti abbatis anno 912. aliique licèt pauci primis sæculis notati, verum cùm viri prospectentes aviditate bonorum ductì, postea, tum vi, tum favore Principum, advocatias involassent, suisque præsidiis: noribus advocatis, illi quasque pro libitu formâ disponere cœperunt. XIII. XXVII.

quod quidem Rhenaugiæ sæculo duodecimo et decimotertio sub advocatis de Lentzburg et Kronenbergen magno suo damno accidisse novit, ut dum aliæ Monachia maxima sumerent incrementa, ipsa licèt optimis fominibus fata, tamen excrescere magnopere haud potuerit.

Quapropter ad exemplum aliarum etiam abbates nostri jurisdictionem ordinariam pro minores advocates et officiales administrari jusserunt, relictâ in arduis duntaxat rebus advocatiâ honorariâ viris ex primâ Nobilitate natis. Id factum in Monachio nostro, postquam advocatia per auream Bullam Friderici II. anno 1241 redempta, quandò abdicatis Krenckingensibus Ratim anno 1243. in eorundem Nobilium instrumento occurrit ante cæteros Monachij ministros adscriptus. L. XVI.

Chönradus advocatus. quod deinceps submissiori iam Habspurgiorum advocatia continuatum fuisse, monumenta nostra testantur. Igitur, quos hodie officiales seu Præfectos dicimus, revera sunt advocati minores, ad pristinum quogadamodò institutum revocati: quo nomine nonnunquam in chartis nostris occurrunt. Licèt plerumque teutonicè verbo Vogt, quod antiquitùs proprie advocatus, prout sub nomine Vogtey advocatiam seu jurisdictionem exercitium intelligebant, vocarentur. Sæpiùs quoque dicuntur ambtmann, anwalt, et Schreiber, seu Scriba, quo nomine primitùs ipsos officiales præcipuos compellatos fuisse apparet, licèt posthac abijs tanquam Subordinati bene distinguerentur, quos hodie Secretarios et Registratores vocamus. Hodie apud nos retentum fuit est vetus vocabulum Vogt, seu obervogt, quod cæteris per villas dispersis sit præfectus.

Sæculo decimo quarto in nostris monumentis huius officij quidem fit mentio, sed nomina propria illorum, qui administrabant non exprimuntur. Erat porro illa ætate divisa jurisdictionis administratio inter Schultetum oppidi, et officialem Monachij, ita ut singuli singula, omnia tamen nomine abbatis, ut in chartis exprimitur, diiudicarent.

Quapropter

K. I. ii. Quapropter anno 1386. causa quadam à Conrado de Aitlingen Schultheto Rhenaugiæ adsorum des Ambtmanns remissa fuit sub abbate Cunesel de Jestetten. Hoc autem Sæculo decimo quinto plurimi suis nominibus designantur, inter quos sunt quidam viri nobiles seu Equestris ordinis; cumqs subinde plures iisdem annis memorentur, dubium nullum est, non uni duntaxat, hanc curam comissam fuisse. Scripti fuerunt hactenùs quidam eorum catalogi: ego autem iisdem verbis eos prodam, quibus continentur in chartis.

CXXXV. 1411. Fridericus de Betmaringen advocatus in Rinow sic scribitur inter alios testis in compromisso inter abbatem Hugonem et conventum; nec incredibile est eum anno 1409. abeiusdem familiæ abbate Henrico de Betmaringen fuisse constitutum.

CXXXVIII. 1418. Claus Külli von Rinow zu disen Ziten vogt des Erwirdigen gaistlichen herren abbt Hugen des gotzhus zu Rinow mines gnädigen herren sass zu gericht zu Rinow in der Statt unter der Linden an öjner Strass. ibi Henricus Scherer Schultetus nomine Verenæ oswald cedit an den Richs Stab, et donat Monrio omnia bona sua. Sigillum civitatis Rhenaugiæ.

K. I. 14. 1418. Clevi Rubli der Schriber von Rinow. sass mit verbantem gericht öffentlich zu gericht zu Rinow vor dem Keller an Statt und in namen des Erwirdigen gaistlichen herren abt Hugen des gotzhus zu Rinow miner gnedigen herren.. Zu urkunt sovil diser brief mit recht und mit urthail mit des obgenanten mines gnedigen herren abtz Hugo insigel öffentlich versiglet. etc. Idem occurrit in Instrumento Ulrici Mader Notarij: Discretus Nicolaus Rüblin Scriba ipsius Domini Abbatis. Item anno 1428. Nicolaus der Schriber.

C. II. C. IV. 17. 1427. Vir venerabilis Joannes Schrädi Syndicus et procurator Monrij Rhenaugiensis, nominatur in prolixo instrumento executorio incorporationis Parochiarum in Rhein heim et Erzingen, quapropter R. P. Geroldus eum officialibus nostris accenset. Verùm suspicor, hunc pro illo actu duntaxat procuratorem constitutum fuisse. certè

C. I. 8. n. 7. in instrumento procedenti de eadem materia noster R. P. Joannes de Hegelbach pariter sæpiùs vocatur Procurator et Syndicus.

A. I. 35. 1447. In libello, quod anno sequenti Eberhardus Abbas obtulit Alberto Duci, dicitur, quòd Hutzlibrant ambtmann Monrij à comitibus de Sultz fuerit captus, et XX. libris aestimatus, de quo proinde non dubitandum, licet in catalogis hactenùs fuerit omissus, fortasse quòd alius etiam memoretur eodem anno.

M. I. 7. 1447. Joannes Mettmann Schriber und ambtman, des Erwirdigen herren herren Eberharts abt des gotzhus zu Rinow macht. bot. it a nominatur in litteris à Judicio Imperiali Rotwilæ datis Sub nomine Joannis comitis de Sultz, quibus proscribentur cives

Rhenaugiæ

Rhenaugiæ trahi ad finem forum Judicij provincialis Cleggoviæ. an idem iste fuerit cum Stadlibrant, quod fortè vulgò dicebatur, ignoro.

1457. der wolbeschaiden Hans Senglin vogt zu Rinow im namen und an Statt mines gnedigen herren Eberhart abbt des gotzhus zu Rinow. Ita dicitur in litteris datis witoduræ nomine Magistratûs Tigurini. In aliis ibidem datis anno 1459. memoratur: der wolbeschaiden hans Senglin, als ain vollmächtiger gewaltzbott mines gnedigen herren abbt Eberharten. Item in litteris de anno 1467. der Ersam und beschaiden hans Senglin ain ambtman mines gnedigen herren von Rinow. occurrit iam in Instrumento publico de anno 1451. testis unacum wernero de Schinen, et Hamanne de Mandach. Dicitur à S. geroldo Ecclesiæ oriundus. X. W. 25. X. W. 22. C. I. 24. CL. XXVIII.

1461. Claus Surt Vogt, de quo teste S. geroldo in quodam antiquo registro sequentia leguntur: Claus Surt alter vogt hat ain Lypding 5. mutt Kernen, 5. mutt Roggen, und nach Sinem abgang Sin wijb, die er itzt hat, 5. m. Ker. 5. m. Rog. obiit anno 82. 83. V. 14.

1470. Conrad Stollinger ambtmann mines gnedigen herren von Rinow, Erscheint zu Ettingen, da das Landgericht gehalten worden von dem für nomen und wisen Ulrich antenritz obervogt im Klaggow im namen des wolgebornen herren Rudolf graven von Sultz. C. I. 27.

1478. Der Ersam fest albrecht Mörler vogt des Gotzhus zu Rinow, an Statt und von Bevelchs wegen des Erwirdigen gaistlichen herren, herren Niclausen abtz und Sines convents. Item in aliis litteris de anno 1476. iam occurrit sub nomine: Juncker albrecht Mörler anwalt des Gotzhus Rinow. P. I. 10. Z. I. III.

1480. Nicolaus Lafeter à Rino abbate Bernardo in suo catalogo hic inter officiales Monasterij numeratur, sed ut apparet, sine citatione monumentorum.

1489. Der Ersam und wis Hans Mantz Vogt des Hochwirdigen herren, herren Hans Conraden abt des gotzhus zu Rinow. Hic sæpius alternatim, factus est Schultetus Rhenaviæ ante et post præfecturam. O. V. 13.

1485. Hans wyller zu diser zit mines gnedigen herren von Rinow vogt und ambtmann. Ita vocatur in litteris Ecclesiæ datis sub nomine Nobilis viri Bernardi Gradner Freyherren zu Eggisau. K. I. 22.

1486. claus Surt vogt des closters Rinow saß daselbst offentlich zu gericht uff der pfaltz an Statt und im namen des Erwirdigen gaistl. hr. hr. Johans Conrad abbt desselben closters Rinow mines gnedy. herren. ad distinctionem Superioris, quem ad annum 1484. notavimus, iste vocatur alibi Niclaus Surt der Jünger, licèt posthac etiam ad distinctionem subsequentium dicatur der elter vogt. 1487. N. I. 24.

1487. Joannes Schnat, et
1492. Hainrich Schnoller, quos adduxit Rmus Bernardus

N.I. ii. inde probabilitatem quandam nanciscuntur, quia plures adfuisse officiales constat, quorum tamen nomina in chartis non exprimuntur. †

† anno 1488. Jacob von Rasen-Stein cum aliis officialibus causam pro Minia dixit Tigiri.

1495. Hainrich de Schwarz vogt des Erwirdy gaistl. Schloß.

N.I. ii. V.I.13. Johans Conrad abt etc. Littera à Magistratu Tigurina data anno 1497.
V.I.12. Hæc habent: Das für uns zu recht komen sint der Erwirdy gaistly Johans conrad abt zu Rinow amptlüt und anwolt, nemlich der vest Hainrich Schwartz, und der Ersam claus Surt: quibus omnibus terminis etiam in aliis litteris dominantur. Porro Hainricus Schwarz nobilis constanti onsis erat, prout patet ex alia charta in qua dicitur: der fest Junckher Schwartz.

1498. et 1525. Marcus Rusinger.
1499. et 1508. Joannes Sebastianus de Mandach propriore sisto vadem Rmum Bernardum meliorem Abbatem quam criticum. de secundo res certa est, occurrentes alia Sæculo sequenti dicendæ: interim præterire non possum duo instrumenta, quæ licèt primum anno 1510. confecta sint, plurimum tamen respiciunt præsens Sæculum, et ad illustrandam historiam officialium nostrorum mirificè conducunt. cùm enim coloni agrorum maximè in Martelen tergiversarentur singuli manipulos die vogt garben contribuere, testimonia desuper antiquorum officialium collecta sunt. Imprimis deposito

V.I.25. Juramento mit gelerten worten sagt Junckher Hainrich Schwarz, das er etwas by oder abden zwainzig Jaren vogt im Gotzhus bestellt worden, und in der Solt uf die vogt garben och der fällen und anders anzaigt, und zu verfolgen zugesagt p. testatur deinde, se dictos manipulos annuatim accepisse, deinde sagt claus Surt och burger zu Rinow, das er im gotzhus Rinow try abgestorbenen herren gedient habe, und by der zit derselbigen herren, by sechs oder siben vögt andienten im gotzhus gewesen sint, und im das wissent sy, das denen vögten allen allwegen die vogt garben gegeben worden sindt: er sie och vogt gewesen, und im och allwegen die vogt garben gesant worden; und als Jungher hainrich Schwarz im nach och vogt worden wäre, darnach nach Jgr Hainrich Schwarzen, er widergedient hab, umb by den vir Jaren die vogt garben ingenamen etc. In eodem Instrumento habetur, tunc nempe anno 1510. der alt hans Efiser vogt, und hainrich Surbegk Schriber im Gotzhus sussa.

V.I.27. Secundum instrumentum datum est eodem anno à Magistratu in Nukilchsusa Rmi Dñi Hugonis, ubi ad instantiam Henrici Surbegken als volmächtigen anwalt und Schriber des Gotzhus Rinow, Bastian von Mandach Regiment vogt zu Nukilch uf geswornen ayde gesagt, das etwas ungeverlich zit by ailff Jaren er von herren Mathias Bächelin conventherren und zu der zit pfleger des wirdigen Gotzhus zu Rinow als vogt angenomen und bestellt worden: demnach

Sye er by

Sye er 8y acht Jaren Vogt gewesen, und habe allweg die vogtgarben in deselbigen gotzhus dorferen und flecken zu Martelen und andere enden im Turgaw und baydertail Rins von ein em jeglichen Mayer und armen mann, der mit dem pflug Buwte empfangen etc. Confirmatur ex his instrumentis, quæ supra de officialibus seu advocatis minoribus diximus. Cæterum post medietatem sequentis sæculi uberes proventus iis fuerunt constituti.

Oppidi Rhenaugiæ.

Jam manui mus, Iurisdictionem partim, et forte citius per consules Rhenaugiæ seu Schultetos fuisse administratam. Horum verò potestatem à Monasterio et Abbate dependentem et auferibilem declarat ipsa forma electionis, quam Eberhardus abbas in libello Iudiciali anno 1418. sic describit, dum Albertum Ducem Austriæ sequentibus alloquitur: Durchlüchtiger Hochgeborner Fürst gnediger Herr: Ist von alter har Kom̃en, wenn mann ainen Schulthaissen ze Rinow setzen sol, das solle schehen in Cyweesen ainer apt, sunder och in dem gotz huse. und so Komet dan der alt Schulthais, und andwurt dem apt das Insigel, und die Schlüssel, und empfilcht dann # dergleichen der waibel den Stab, ain apt dem Nüwen Schulthaissen, den die gemaint erwelt hät, das Insigel und die Schlüssel, und dem weibel den Stab: derselb Schulthaiss und der weibel schwerend, oder gelobend dann, wie ain apt will, dem apt und dem gotzhus, alsdann har Kommen und gewanlichen ist. und welche zit im jare ain Schulthaisse sich spithielte, nachdem sich gespürte, und billich were, so möchte ain apt den Schulthaissen endsetzen, und ainen anderen lassen wellen. A. I. 35.

Catalogum sistimus, prout R. P. Petrus laboriosissimus archivista conscripsit: et quidem ubi in margine præter classem et cistam etiam numerus chartarum notatur, ego ipse nomina consulum reperi: reliqua, qui vult et potest, scrutetur. K. VI. 1429.

1015. Albrecht Schult hais ze Rinow. Z. I. 4.
1313. Eppi Schult hais ze Rinow. I. I. 14.
1360. Nielaus Runolf Schult hais. B. V. 17.
1384. der from und fest cunrad von aitlingen Schult Hais zu Rinow. B. V. 13.
1395. der Erber und beschaiden werner eppfersheimer der zit Schulthais ze Rinow, nimbt zu sinen handen ußain Mutt Kernen, so wendel Zimerman und anna sin frow an S. Regula Kirchen gestiftet haben, ze besserung von des totschages wegen Se Hugler der pfiffer laider geton het an Züllin selgen den pfiffer, zu Mächtilen. R. I. 2.
1415. Hainrich Dietrich. C. III.
1418. Hainrich Scherer. B. V.
1420. Bertschi Kunzel Schuet hais ze Rinow. X. IV. 8.
1422. Cuoni geburli Schult hais ze Rinow. K. I. 14.
1434. Der from und fest Jungker Hammann von Mandach Schulthais zu Rinow. N. I. 10.

1442.

A. I. 25. 1442. Hainrich Scherer. *

Ibidem. 1444. Ruodi Lenglower, Intrusus à comitibus de Sultz.

Ibidem. 1446. Hainrich Scherer restitutus.

A. I. 38. 1451. Mantz. Hans Mantz.

Rotulus. 1466. Hans Rüfflin.

K. I. 20. 1471. Hans Mantz. iterum.

K. I. 1472. Hainrich Scherer iterum.

G. IV. 78. 1474. Hans Mantz. iam tertium consul Münrio devotissimus. A. I. 38.

M. I. 1478. Oswald Schwizer.

R. V. 10. 1481. Hans Mantz. quartum consul, Deinde officialis seu Præfectus.

M. I. 1482. Oswald Schwizer iterum.

K. I. 29. 1485. Hans Fysser.

X. I. 11. 1488. Quintum consul Hans Mantz. causam dixit Figuri nomine abbatis Joannis conradi: diefromen festen und ersamen Jacob von Hasenstein, Hans Mantz Schulthais zu Rinow, und claus Suter. quapropter Jacob Hasenstain videtur fuisse officialis Münrij et Pater Plebani primi apostatæ. Rem evicerunt ratione novacium in Trutti Kon contra Margaretham am Stat, cuius advocatus erat: der Streng und fest her conrad Schwend Ritter und der Statz.

Rotulus V. I. 26. 1492. Hans Fiser iterum a. 1850. Vogt.

I. I. 14. 1496. Ruedi Simler Schulthais zi Rinow sass daselbs an Statt und im namen des erwirdy. und gaistly. H. H. Johans conrats abbt des Gotzhus Rinow mines gnedigen herren an rissstatt offentlich zu gericht, und kam fur mich de Erwirdy. und gaistlich Mathias Stäckeli der zit Pfleger des Gotzhus uber bevelch des gedachten mines gnedigen herrent. Redempta fuit Fiscatio in Elli Mon.

Rotulus. 1499. claus Schmid.

K. I. 30. 1501. Rudolf Simler iterum consul.
De reliquis Sæculo Sequenti.

Plebani.
Ecclesiæ S. Nicolai in
Monte.

Licet Parochia ista Rhenaugiæ anno 1298. Regularis effecta fuerit, nihilominùs per Sæculares Presbyteros administratam fuisse constat, Eorum Syllabum Subjicimus, quantum ex monumentis erui possunt.

K. I. 7. 1330. Conradus Lutpriester de Rinow.

U. I. 6. b. 1356. Joannes de Diessenhoven, ita se ipsum vocat in excerptis libri Anniversariorum iam deperditi.

CXXXV. 1411. Henricus Plebanus in Rinow testis adducitur in compromisso inter abbatem Hugonem et conventum, unacum Joanne Vogelli Capellano Dñi abbatis.

1430.

1430. Herr Hermann ain Lütpriester zu Rinow hat vor Ziten den wurzacher ingehebt. Liber Feudorum.

1484. Joannes Ruger comparet in rotulis rationum, in quo quidam alii plebani occurrunt, unde forte et ipse Plebanus usq; adhunc annum i nam eodem Bd. 1. 209.

1487. Hans Träger seu Trager notatus in rotulo Eccliæ S. Nicolai, qui anno 1427. Parochiæ Postottensi in manus Monasterij resignata, Renangiam obtinuit, et obiit 25. Nov. 1475. iuxta citatum extractum Libri anniversariorum. L. 1. S. C.

1476. Laurentius Nusburger, de quo in eodem extracto sequentia leguntur: die 26. Jan. anno 1477. ward gemacht der tafstein S. Nicolai sub Dño Laurentio Nusburger de wintertur: vixit adhuc 1480. L. 1. S. J.

1488. Dominus Michael Ferrifaber, Scholasticus et Plebanus Eccliæ S. Nicolai Rhenangiensis. Ita testis nominatur in Instrumento Epi Constantiensis ratione appellationis contra Atrium S. Agnetis. O. 1. 95.

1492. Herr Heinrich Rotpletz Lütpriester uf dem Berg, hat den Kirchen rodel beschriben: ist gestorben anno 95 ig. Hunc excepit Dieterichus Hasenstein presul dubio filius supra memorati Jacobi, qui primus in defectione communi fidem deseruit, et parochianos ad deserendum induxit, cui proinde adscribendus defectus monumentorum de ista Ecclesia parochiali eiusdo Plebanis, qui libros adpertinentes aut distraxerit, aut destruxerit. Corpus Beneficij describitur in registro nostra computationum Sequentibus. Item das Corpus der Pfarr Rinow uf dem Berg ist Järlich 15. Mutt Kernen, 15. Mutt Siliginis, je Malter haberen, 8. Som und ij. firtel win, ain anzöjig Karren heuw, und ain fuder Strow. Hec non quædam ratione anniversariorum, quæ ibi adduntur. Sed de his Satis. L. 1. S. K.

Caput XXII.

Caput XXII.

Mss. Sæculi XV.

1. Ms. CXXXIV.

Libellus precatorius, cui præmittuntur Regulæ pro conficiendis Calendarijs. Inserviebat usui Rimi abbatis Joannis Theobaldi, qui plura hinc inde inscripsit, ut pag. 50. accessum ad Missam etc. pag. 148. habetur non inelegans instructio tam confitentis, quàm confessarij. Pag. 249. manu posteriori adjicitur ordo pro Monachis, magis privata respiciens, piissime tamen conceptus, sed, ut arbitror, ex antiquo descriptus.

2. Ms. XXI.

Psalterium pro choro scriptum in foliis membranatius, cujus Epocha notatur his verbis pag. 128. Finita sunt hæc duo psalteria, indicatur sequens, anno Dni 1139. circa festum Purificationis gloriosæ Virginis Mariæ, sub abbate Eberhardo, procurata et comparata per Fratrem Nicolaum Rüdger, professum hujus Monasterij, in honore gloriosæ Virginis Mariæ, et S. Findani, et aliorum Sanctorum, quorum Reliquiæ sunt reconditæ in hoc Monasterio: orate pro nobis vos Fratres carissimi, et pro Benefactoribus. pag. 74. Sequuntur toni ad psalmos, secundùm quod tenentur in observantia ordinis S. Benedicti, ubi notandum, eos tonos in initijs et finalibus concordare cum modernis, sed in medio habere inflexiones, quas modo omittimus. pag. 77. In Litanijs inseruntur Patroni nostri; atque etiam Sancta Adelburga Patrona in Bübl. pag. 79. habentur hymni à modernis ut plurimùm diversi. pag. 117. Officium defunctorum cum geminatis lectionibus; nam singulis lectionibus modernis aliæ lectiones minores præmittuntur.

3. Ms. XXII.

Psalterium alterum præcedenti omninò simile, cui in fine pariter additur, procurante S. Nicolao Rüdger fuisse exaratum, leguntur præterea hæc verba: anno 1150. recompacta. Fortassis adhuc inserviebant pro choro.

4. Ms. XCIV.

Breviarium Romanum præmisso Calendario et rubricis pro eodem, scriptum pro Dioecesi Constantiensi anno 1468. ut ultima pagina notatur ad initium codicis hæc leguntur: Mürij Renovienses dono Joannis Hermanni à Friburg. 1650. nihil memoratu dignum occurrit, præterquam quòd invitatorium die Epiphaniæ emittendum præscribatur ob Herodis invitationem.

5. Ms. LXI.

Breviarium magnum pro choro nostro Renaugiensi anno 1484. conscriptum, ut habetur pag. 224. opus præclarum, ex quo saltem disciplina chori tunc observata cognosci potest. Officia à modernis adhuc dum plurimum discrepant. antiphonæ O. ante Nativitatem pag. ii 56. habentur duodecim. Sabbato Sancto post Completorium cantatur Salve Regina

Regina ex voto emissa anno 1444. Laudes non nunquam bis cantabantur,
ut in inventione S. Crucis, de S. Alexandro quoq; et Socijs. Festum Trans- 110.
-lationis S. Fintani solemniter habetur. In Translatione S. Benedicti 111.
officium à festo diversum. Solemnis Commemoratio Reliquiarum de 156.
Faventia. In vigilia S. Fintani Specialis lectiones. officium infrà 186.
octavam et in octava S. Fintani, officium eiusdem in tribulatione; 193.
item tempore Paschali. Processiones post Vesperas in omnibus festis 198.
duplicibus instituebantur, et ibatur quotidie ad Mausoleum S. Fintani 217.
cantando antiphonam eiusdem Sancti interposito Magnificat, et
addita oratione: Item Missa prima votiva singulis Sabbatis de B.V.
quatenus in Festis præcipuis et eorum octavis omittebantur, sicut
et Vesperæ Defunctorum, aliàs quotidie recitandæ. octava conceptio- pag. 365.
-nis B.V. solemniter celebratur, sicut libri indicant, utpote ex fun-
-datione nempe speciali; de qua suo loco. Festa Sanctorum in Heldo-
-madam Sanctam incidentia anticipantur. In Coena Domini et Para-
-sceve ignis benedicebatur in cimiterio infra claustrum in Festo; Sab-
-bato Sancto in Cimiterio Maiori ante Ecclesiam. In Mandato abbas
lavat pedes tribus pauperibus; deinde singuli Domini tribus alijs.
Post prandium lavantur pedes Fratrum de conventu præeunte
Diacono; qui dum dicit: Surgite eamus hinc; itur in abbatiam ad
collationem. Die Parasceves ad horam Sextam prædicatur Passio; sub
Missa Sacerdotes et Juvenes de Conventu communicant. In nocte Resurrec-
-tionis Matutinum hora undecima; inde abbas indutus elevat corpus Do-
-mini nudum intonando Te Deum Laudamus; quo finito reponit in
calicem: Locò Benedicamus, cantatur; Christus ist erstanden.
Quarta feria Paschæ feriatur instar præcedentium. In Festo S. Felicis
et Regulæ processio ad eorum Ecclesiam; et Missa prior Solemnis. In
die animarum multæ orationes pro singulis ferme Sepulchris.
Festum Dedicationis in ipsa die S. Fintani; cuius officium solemniter
habetur die sequenti. Porrò quæ à pagina 383. notavimus continen-
-tur præter multa alia in Speciali directorio, quod observatum fuisse
hoc Seculo non dubito, licèt ad finem ista legantur: conscriptus et
utcunque resarcitus à Joanne Krug Jugiensi Rinoviæ a. 78. id est 1578.
is Parochus Ebringæ fuit anno 1578. M. Missale magnum pro habiliter scrip- M. B. Ms. IX.
-tum Schaffhusij; cum in eo contineantur Festa S. Leguntij, Fidis, et
Eberhardi die 20. Febr. Præmittuntur Calendarium, Ungue habetur die
2. Mar. Kunigundis viduæ. 13. Mar. conversio S. M. Magdal. 15. Mar.
Hainrici Cæsaris. 19. Mar. Joseph Justus Nutritor. 2. Maij. Sigis-
-mundi Cæsaris. 19. Sept. et 18. oct. Januarij et Soc. Imperitia scriptoris
utrique se prodit. In Missa vigilia Nativitatis Dñi præscribitur ter respe-
-tendum Introitum, lectio quoq; duppler ex Novo et veteri testamento
pro more antiquo: prout et alia à modernis discrepantia.

7. Ms. LII.

7. Ms. LII.

Missale Rhenaugiense Scriptum Statim post annum 1446. quo inventum est corpus S. Fintani, cuius Missa ponitur pag. 208. Sicut et in ipsius festo, et aliorum Patronorum nostrorum. Caeterum convenit plerumque cum superiori Missali.

8. Ms. LVIII.

Annotatio Missarum festivarum per annum: Item invitatoria, versiculi, Responsoria, Lamentationes cum notis choralibus modernis, Scripta pro choro Rhenaugiensi prout festa inserta docent, praesertim Translationis S. Fintani, vigiliæ, et octavæ eiusdem, Reliquiarum de Javentia etc. pag. 93. invitatorium cum notis, et alia huiusmodi, ex quibus sequitur, etiam Matutinum fuisse decantatum. Benedicamus, Ite Missa est, et Deo gratias cum diversis additis e.g. Deo et Mariæ filio etc. pag. 135. habentur Lamentationes singulæ cum diversis pulchris melodiis. In Præconio Paschali omisso versu o Felix culpa additur etiam pro Abbate N. et Rege gloriosissimo N.

9. Ms. XXIV.

Missale antiquum nec Sæculo præsenti inserius, quod plerasque secundum morem antiquum à modernis disparem continet in excerptis ab A. R. P. Basilio Subpriore videre est. Ego id solum adverto pag. 24. præscribi Præfationem de S. Trinitate in Dominicis à Purificatione usque ad Dominicam Palmarum, altera de Jejunio Solùm in feriis retenta.

10. Ms. VIII.

Liber permagnus choralis pro tempore æstatis, in quo non solùm invitatoria, sed etiam Responsoria prolixa et antiphonæ ad Matutinum in Dominicis cum notis modernis signantur, quorum numerus pro choro monastico inservisse declarat.

11. Ms. XVI.

Simile antiphonarium pro choro nostro Rhenaugiensi tempore vernali, continens tamen eâdem primæva manu officia propria de S. Fintano, et S. Januario cum notis modernis.

12. Ms

N°. Ms. CXXXVIII.

Psalterium Davidis, cum Canticis, Hymnis, et quibusdam offi-
-ciis de Communi Sanctorum.

N°. Ms. CXLVI.

Varia preces, officium Defunctorum, cursus Marianus in aliqui-
-bus praesertim psalmis à nostro nonnihil diversus, cui praefigitus
Calendarium. videtur esse ex Mario omnium Sanctorum Schafhusij.

N°. Ms. CLIV.

Psalterium S. Hieronymi seu Breviarium S. Hieronymi in
psalterium, quod Wallarius to. 7. edidit post genuina S. Hie-
-ronymi opera. compositum est ex precibus Jaculatoriis et pijs
suspirijs admodum psalmorum, et officij canonici. pag. 4. prae-
-mittitur rubrica prolixa, similis sequenti, quae extat pag. 52.
Revelatum est à Spiritu Sancto, quod, qui qualibet die dixit sb.
praemissam oratiunculam, aut semper portavit, gladio non
peribit, nec alias. caeterum libellus est pulcherrimus scriptus
cum litteris initialibus pictis, auro phrigiatis, serico tectis, ne
miremur haec recentiori calamo adscripta: Dis Büechlin sant
Hieronimus psalter gaps unser gnedige frow von österrich un-
-serem erwirdigen Vatter Hainrich Fabri Selgen, und er gab
es Schwester Ursula Schamfigin, das sy es ir lebtag solt han,
und nit solt en weg gen: aber wen sy abgieng, so solles allem
convent dienen in der gemeinde. Posterior addidit: Ex libris
Oswaldi Lätter Sacerdotis 1651. De ipsis quidam ex nostris: Nunc
Monasterij Rhenoviensis ex haereditate. Meliorem locum li-
-bellus iste nanciscceretur in Bibliotheca augusta windobonensi:
nec impossibile videtur, Nomen austriacae possedricis divinare,
cum ad finem huius saeculi videatur scriptus, quando jam nu-
-merus earum diminutus. Adscribendus ergò libellus aut
Eleonorae Sigismundi Ducis coniugi defunctae anno 1480. aut
Mechtildi uxoris Ducis Alberti filiae Ludovici palatini defunc-
-tae anno 1482. vid. Hergott. Monum. aust. to. 2. p. 2. pag. 125.
et 131.

N°. Ms. CLVI.

N°. Ms. CLVI.

Libellus precatorius continens orationes pulcherrimas devotionales, quibus tamen subinde præfiguntur rubricæ à præsumptione seu superstitione haud immunes. Scriptum à Religioso nostrate autumo, pag. 117. habet: de parentala et origine S. Benedicti abbatis Patris nostri, cuius initium: Justinianus Imperator avus S. Benedicti fuit. pag. 122. De Dignitatibus et magnificentiis ordinis S. Benedicti. initium: Papa Joanes XXII. qui præfuit Sedi apostolicæ anno Dñi 1317. etc. finis: unde inter cætera Laudabilia eiusdem ordinis anno Dñi MCCCC XVII. in Sacro concilio generali constantiensi ante valvas Ecclesiæ Mñrij Petri Domus cum magnis literis scriptum fuit: Sex Millia et Sex centa Sunt adhuc Mñria ordinis S. Benedicti. Libellum hunc hoc Sæculo Scriptum fuisse constat ex anno adiecto ad calcem pag. 186. ubi legitur annus 1499.

N°. Ms. CLVII.

Libellus precatorius plurimis et elegantibus decoratus iconibus, super aurę fulgenti depictis, præmittitur enim Imago Sancti cuius-libet orationibus ad eum directis, quamvis aliquæ excisæ insolentes fuerint. pag. 367. adjicitur manu recentiori officium canonicum de S. Tintano. In folio prævio hæc legantur: Sum Mñrij Rhenoviensis sub Abbate Theobaldo, ex quo tamen ætatem libelli nonnemo perperam depressit.

N°. Ms. CLVIII.

Libellus devotionalis variis imaginibus adornatus, quæ eundem artificem habuisse videntur, quem habuit libellus Serenissimæ Ducissæ austriacæ, quamvis pro Monacho Benedictino conscriptus fuerit, cuius effigies totiescomparet, nempe pag. 26. 101. 119. et 135. In folio anteriori sequentia leguntur: Ex dono R.D. Joannis Mirtelli conventualis S. Blasij et Parochi in Lusshaim intimi sui amici, in perpetuum eorum amicitiæ vinculum tenet me mancipio Joannes Krug, tunc temporis Medanus in Ertzingen, anno restitutæ salutis 1584. Hic Joannes Krug Directorium Rhenaugiense restaurauerat, altori codici annexum, de quo supra sub n. 5.

N°. Ms. CLIX.

18. Ms. CLIX.

Libellus teutonicus praeter aetatem nullius momenti: praefert titulum: Erscheinungen alicuius inclusae, misera sua conditione indicat materiam, quam continet.

19. Ms. CLXI.

Libellus devotionalis latinus, à pag. 1 us. germanicus. abinitio incipit Rosarium gloriosae Virginis Mariae, in quo cuilibet salutationi angelicae proprium tribuitur mysterium.

20. Ms. X.

Missale magnum juxta chorum Constantiensem, in quo secundùm morem voi huius plura contenentur diversa. manus temeraria litteras initiales pictas excidit.

21. Ms. CLXII.

Cursus B.V.M. officium Defunctorum, precèsqs aliæ devotionales, praemittitur calendarium, cui ad diem 3. aprilis adscribitur: Ego Frater Melchior de Gachnang Divina auxiliante gratia, cantavi primitias 1511. id est anno 1494. addiem 9. Sept. idem notavit: In illa die mortua est Mater mea. Religiosum nostrum scripsisse hunc libellum patet ex festis S. Tintani, Dedicatione etc. R. P. Georgius Sebastianus Harzer de Salestain anno 1576. ut ipse notavit, possedit hunc librum, eidemqs varias preces de suis Patronis addidit. Post quem eundem habuit Caspasus Abbi Claronita professus anno 1581.

22. Ms CLXIII.

Materiam criseos movere potest iste libellus precatorius variis imaginibus illustratus, qui eundem omnino scriptorem atqs pictorem habuisse videtur, quem habuerunt libelli supra recensiti Subnumero 14. et 17. quomodoenim ista conveniant, criticus mihi dicat: austria, S. Blasius, Rhenaugia? nam Rhenaugiæ scriptum fuisse hunc libellum, testantur suffragia pag. 257. de nostris tantùm B. Patronis, et oratio post psalmos Penitentiales, quæ sic sonat: Domine ne respicias peccata nostra, Sed ad deprecationem Genitricis tuæ S. Mariæ, et per eius S. merita, et per intercessionem Sanctorum Petri et Pauli, Andreæ, Benedicti, Blasij, Januarij, Mauritij, istorum et omnium Sanctorum tuorum adiuva nos, Sicut tu vides necessitatem nostram,

qui vivis etc.

qui vivis etc. pag. 288. præmissa imagine celebrantis à nostra ætate non abhorrentis, præscribitur accessus ad Missam, cum orationibus ad induendum et introitum, à modernorum ritu planè diversus.

23. Mss. CXXVIII.

Nocturnale secundum consuetudinem Monasteriorum Sublacensis et Sacri Specus, pag. 269. Scriptor huius codicis unacum ætate Seipsum sequentibus prodit: Explicit Nocturnale scriptum per fratrem antonium de augusta, Monachum Mnrij Sacri Specus et Sublacensis anno 1497. die veneris sexta mensis octobris. Sequitur ordo ad communicandum infirmum, et visitandum in extrema unctione, nec non commendationis animæ, et exequiarum, quæ à hodiernis ritibus non admodum discrepant. Pagina ultima idem scriptor hunc versum addidit, cum quo et animum meum coniungo: Rogo penna cessa, quia manus est mea lassa. F. A. id est Frater antonius.

Hactenus codices Mss. in pergameno, qui cum omnes de officiis divinis et orationibus privatis tractent, per usum frequentem satis ac devoti attriti, indicant tamen, studia reliqua fermè à Monachis nostris exulasse. Inquiramus nihilominus papyraceos, qui forte alias quoque materias exhibebunt.